Bibliothèque numérique
medic@

Hippocrate / Francisco Perla (éd.).

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis illustratus a Francisco Perla Calviensi

Rome : Bernardinum Tanum, 1638.
Cote : 5858

BIUM

(c) Bibliothèque interuniversitaire de médecine (Paris)
Adresse permanente : http://www.bium.univ-paris5.fr/histmed/medica/cote?05858



Hic Liber. Compendium est quoddam totius Medicinæ
Physiologiam enim continet partium corporis Humani:
earum affectiones describendo breviter, tum naturales, tum
etiam præter naturam. Vaticam: unde Inscriptionem sumsit: de Locis
in Homine. Doctrina Auctoris Hippocrate digna est:
totaque recepisse et Gal. et Erotianum constat in Explicat.
Locum Hippocratis!

Vide Martian. p. 73. Ed. Rom.


Bar. et Util.
6.208
5858

©BIUM

HIPPOCRATIS COI MEDICORVM PRINCIPIS

Liber de Locis in Homine.

COMMENTARIIS ILLVSTRATVS

A

FRANCISCO PERLA CALVIENSI

Medico Philosopho Ciue Romano.

ROMÆ, Apud Bernardinum Tanum. M. DC. XXXVIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

©BIUM



©BIUM

EMINENTISS.^MO AC REV.^MO PRINCIPI

FR. ANTONIO BARBERINO

S. R. E.

CARD. AMPLISSIMO

Maiori Pœnitentiario.

FRANCISCVS PERLA PERP. FEL. PREC.

HAud diù animo mihi euoluendum fuit, Eminentiſs. Princeps, cui potiſsimũ meas has lucubrationes, qualeſcunq; eæ ſint, offerre deberem: cum Tua enim ſint genitæ in Aula,

hoc

©BIUM

hoc eſt, in Regia Virtutis, Tuaq; munificentia educatæ, non niſi Vni Tibi iure omni debentur. Illud potius non parùm me anci-pitem detinuit, ſcilicet, num tanto Principi, VRBANI VIII. ter Maximi Pontificis Germano Fratri, non tam dignitatis faſtigio, quàm virtutum claritate conſpicuo, minimum id offerre fas eſſet. Verùm Tua hæc Regalis Sacerdotij Purpura Solem in omnibus emulatur, qui, etſi ſublimia illuſtret, ima nihilominùs fouere non renuit. Inter innumera propè religioſiſsimi Animi Tui ornamenta micantibus

©BIUM

bus radijs mirificè se se vnde-
quaque effert Pietas, qua pau-
perrimos quosque beneficentis-
sima caritate respicis, prospicisq;,
eorumque myriades ad Te, ve-
lut ad pauperum Patrem, ca-
teruatim quotidiè confugiunt,
haud dubium consecuturi sub-
leuamentum. Quid igitur timeã
exiguũ hoc munusculum offer-
re, in quo languentibus, hoc est,
hominũ omniũ miserrimis, suc-
currere docetur? Prætereo iam il-
lud, quod in re non adeò absimili
Plutarchus Imperatori suo dixit,
Magnatũ est vt magna in suos
beneficia conferre, ità & parua

com-

©BIUM

eorumdem hilari ſerenaq;fronte munuſcula excipere. Qualecũq ergo hoc meum ſit, humiliter dedico; vtque ea, qua ſoles, animi benignitate accipias, ſupplex obteſtor, humillimæ ſeruitutis meæ, perpetuæque obſeruantiæ monumentum, quandò & Cœlitibus ſimplici lacte Ruſtici, multæque Gentes ſupplicabant, humiliq. litabant Farre, quibus non erant Thura, nec vlli fuit vitio Superos quocunq; poſſent modo colere. Quòd ſi pręclariſsimo Nomine Tuo inſignitum, munitumq;fuerit, nihil vereor quin tutum à quibuſq; prauioris animi

inua-

©BIUM

inuaſionibus quàcunque pera-
graturum ſit; ſique minima Re-
giarum Tuarum Apum pretio-
ſiſsimi Nectaris ſtillula conſper-
ſum extiterit, amarulenta quæuis
obtrectātium vitiligatorumque
conſilia lenire, inque dulcedinem
vertere ſatis aptum erit. Vale
Cardinalis ampliſsime, Neſto-
reoſq; felix viue annos, Chriſtia-
næ Reipublicæ magis ſemper,
magiſque profuturus. Vale.

LE-

©BIUM

LECTORI INGENVO.

HIPPOCRATIS Coi librum de Locis in Homine dilucidandum susceperam, ingenue Lector, non eo quidem consilio, vt Typis quandòque illum traditurus essem; non dum enim tantum conceperat Animus, sed vt meas potius lucubratiunculas, qualescunq; eæ sint, in aliquem dirigerem scopum, ne illud mihi accideret, quod de Ocno fabulatur Antiquitas, cui, dum funem sparto strenuè contorquère nitebatur, adstans Asella, quod tortum erat auidè abrodens, omnia haud ipso aduertente absumebat; ità vt post diutinum, industriumque laborem, nil penitùs se congessisse intelligeret: Memoria namq; rerum cognitarum seruatrix, ratò earum prodiga non est; positque variam, multorumque Authorum lectionem, parùm, vel propè nihil, plerumque adseruasse non pauci experimur; præsertim si nullo proposito fine, incertè hùc illùc legendo Mens diuagetur. Hinc satius visum est in librum hunc, tum Authoris præstantia, tum præceptorum grauitate insignem, Medicinæ totius compendium, vtque adscrebatur, à nemine, cuius iam extet opus, hùc vsque illustratum, labores impendere, ac quicquid otij ab alijs supererat curis, adhibere; sperans, aut memoriæ subsidium id futurum, aut saltem fore, vt non frustrà prorsùs me ibi insudasse quandòq; intelligerem. Ardua nihilominus videbatur prouincia, eò quòd per

abditos

OBIUM

abditos complures Naturæ receſſus, perque abſtruſa antiquæ eruditionis monumenta, nulla præeunte face oberrandum erat: imbecillioribus ſiquidem ingenijs, cuiuſmodi meum ingenuè fateor, aliquem præire neceſſe eſt, inquit Seneca ad Lucillum; Lazarus enim Sotus, quem id ipſum præſtitiſſe, apud Zacutum Luſitanum de Medicorum Principum hiſtoria non ſemel legeram, neq; ad meas vnquam peruenerat manus, quamuis ſtudiosè apud plurimos perquiſitus, nec quemquam inuenire licuerat, qui eum ſe vidiſſe affirmaret: quapropter vel non abſoluiſſe, vel ſaltem in lucem non edidiſſe iure ſuſpicandum erat. Verùm tanti Authoris mentem in pulcherrimo adeò o puſculo aſſequendi inceſſanter adhùc vrgebat amor, neminemq; temeritatem exprobraturum perſuaſum erat, vbi omnis abeſt ambitio, vnumque virtutis ſtudium intenditur: Excolimus ſiquidem ingenium; Audacter inceptis plerumque fortuna fauet; inque magnis voluiſſe tantùm quandòq; ſat eſt; præſertim quòd inanis numquã futurus videbatur labor, vbi agri vbertas non minimam virtutis meſſem pollicebatur. Incepi igitur, Deoque afflante, per varias aggreſſiones, atque interuallatim, vtcumq; tandem abſolui. At vix ad calcem perduxeram, cum inopinatim en opus Lazari Soti, quòd diù, fruſtràque ex multis totius Europæ Emporijs Librariorum ope conquiſitum, D. Angeli Colij induſtria, Aſclepiadei eruditiſsimi, qui, Hippocratis cultor eximius, in colligendis egregijs quibuſque vndequaque Authoribus nemini habetur ſecundus, Matrito Romam adfertur; factaq; videndi copia, non legi quidem, ſed Helluonum more deuoraui. Fateor, non leuiter animo

Sen. epiſtol. 95. ad Lucillum.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 11 sur 478

©BIUM

consternatus sum, tum quòd locum iam prius occupatum cognoui, quem liberum prorsus credideram; tum quòd tanti Viri laboribus meum saltem aliquantisper leuiorem reddere non licuisset: subortaq; iccirco quadam in partum opus despicientia, ne dicam odio, supprimere prorsum, ab vlteriorique abstinere politura statutum mihi omninò erat. Sed re postmodum maturius discussa, inde animus demum accessit, quòd in egregio hoc dilucidando Authore, diuersa me incessisse via conspicerem: quandoquidem singulis non modò contextibus paraphrasim attexueram, verùm synthaxi addictus, singulorum ferè verborum explanationem adieceram; quapropter & me noui aliquid attulisse, omni procul dubio sperari poterat; (de quo tamen alijs iudicium relictũ iam sit) postremam proinde manum vtcunque adhibui. Doctorumq; Virorum hortatu suaderi tandem passus sum publici illud iuris fieri, etsi discriminis id plenum non ignorem, quandò tam varia sunt hominum ingenia, iudiciaq;, & ad obtrectandũ potiùs, quam ad probandum perpetuò parata. Vltrò equidem fateor in multis deficere me potuisse, & reipsa forsàm erraui; humanũ enim id est: Verùm Plinianò iam illo vtar. *Res ardua vetustis nouitatem dare, nouis authoritatem, obsoletis nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam, dubijs fidem, omnibus verò naturam, & naturæ suæ omnia: Itaque iam non assecutis, voluisse, abundè pulchrum atque magnificum est.* Æquiores certè me excusatum habebunt, probabuntque saltem, quòd otiosus viuere noluerim, sed facultati, cui addictus sum, pro ingenij tenuitate vtcumq; prodesse laborauerim. Reliquis non scribo, ac proinde nulla cum ijs mihi res

Plin. in præfat. nat. histor.

habetur

©BIUM

habetur. Cæterùm non eſt cur diutius in Authoris huius cognitione immorer, cum ſit Hippocrates Cous, magnum illud Græciæ Oraculum & Numen, Deorum Regumque affinitate non minus, quam virtutum omnium præſtantia vbique terrarum conſpicuus, cuius ſapientiam tota admirata eſt Antiquitas, tota eſt venerata Poſteritas; cumque humanitatis faſtigium ſupergredi videretur, Aras, Templaque ei erigere, Diuinos offerre honores, eadem Græcia non dubitauit. Tanta hic polluit pietate in Deos, caritate in proximum, cupiditatum omnium moderatione in ſe ipſo, vt non niſi Chriſtiana Religio ad eius perfectionẽ deſiderata ſit. Cõplura de Eo Poſteritati tradidit Soranus Cous, cui Coorum bibliothecas euoluere datum fuit. Herodotus Halicarnaſſeus, Perſicarum rerum Scriptor veteriſſimus, nil prorſus eius meminerit, fortaſsè quòd, vt ex multis facile conijci poteſt, vix ſua ſenectute Hippocratis adoleſcentiam attigerit. Vnus Thucydides ab inuidentiæ nota vindicari minimè poteſt; nam cum Hippocrati coeuus vixerit; (ambo enim circa octuageſimam primam Olympiadem floruerunt, anno videlicet trecenteſimo ab Vrbe condita, Decemuiratu Rempublicam adminiſtrante; apud Perſas verò regnante Artaxerſe Longimano, nuncupato Aſſuero: quod eſt annis circiter ſeptingentis triginta poſt Troiæ excidium, Quadringentis quinquaginta duobus antè Chriſti Domini aduentum, Quingentis ſexaginta duobus poſt Homerum;) cumque Peloponneſiaci belli Scriptor adeò eximius habitus ſit, vt cæteris Græcis omnibus in hiſtoria ſcribenda palmam eripuerit; fœuiſſimam tamen illam deſcribens peſtem, quæ 3. etiam epid. ſec. 3. & apud Lucretium lib. 6. re-

Torſellin. in epith. hiſtor. ex Euſeb. Chron. & ex Diodoro Siculo.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 13 sur 478

©BIUM

gistrata reperitur: (ab Ætiopia enim egressa, immaniter admodum in Athenienses omnes debaccata est; eaque tandem Hippocratis industria depulsa, Diuinos assecutus fuit honores); incertum tamẽ est an gloriæ emulatione, vt inter præclariora ingenia plerumque fit, an alia nobis ignotiori causa, tanti Viri nomen penitùs subticuerit. Eius tamen summis honoribus meminit Suidas, Pausanias, Strabo, Macrobius, Plinius, alijque non pauci; nam Plato eiusdem velut ab Æsculapij stirpe oriundi, Medicique eximij mentionem habuit in Protagora, & in Phædro. Hic namq; bonarum omnium artium Parens, naturali non modò scientiæ fundamenta iecit, (vt amplè inter cætera testatur aureus ille de Natura Humana libellus, ex quo & Achademia ditata est, & ampliſſimæ Peripatticorum diuitiæ promanarunt; vnde Gal. 1. de vsu part. cap. 8. *Plato*, inquit, *Hippocratis imitator si quis alius vnquam fuerit, & ab illo dogmata mutuatus est maxima.* Et com. 3. in lib. de Alim. *si quis*, inquit, *in Aristotelis & Theophrasti libris sit versatus, is commentarios Physiologiæ Hippocratis illos conscriptos esse sit arbitraturus*; (detestando licet ingrati animi exemplo, cum vix semel obiterque lib. 7. Polit. cap. 4. magni huius Senis meminerit.) Sed Medicinam ab ea seiunxit, vt retulit Celsus, amplissimisq; Asclepiadum Dogmatibus auxit atque perfecit. Vixit in Macedonia Perdiccha Regi carissimus, vixit & in Thessalia, quò, Patriâ Athenensi bello pulsus, confugerat, ibique quatuor potissimùm conscripsisse libros testatur Suidas, qui velut Diuino emanauerint ab ore, vbique celebrantur, Iusiurandum videlicet, Prognostica, Aphorismos, & admirabile quoddam sexaginta librorum

Opus,

©BIUM

Opus, omnem Medicinæ scientiam cõplectens, quod, aut temporis voracitate amisimus, aut, (quod magis optandum est), in minores alios distribũtum fuit libellos, qui singulari Diuini Numinis munificentia hùc vsque adseruantur.

Inscribitur verò hic, quem præ manibus habemus, περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον, hoc est, de Locis in Homine, eò quòd in ipso de partibus agatur, quibus humanum corpus coagmentatum est, tum naturaliter, tum præter naturam affectis, quæ loca ex communi Medicorum vsu appellantur, vt pluries docuit Galenus; vnde & ipse suum librum de Locis Affectis inscripsit. Describit namq; noster hic Author humani corporis opificium, morbos pariter obiter explicans, quibus componentes illud particulæ conflictari consueuerunt: Quapropter quædam est totius Medicinæ quasi epithome, seu compendium, Physiologiam non modò, naturalemque partem explicans, verùm etiam affectus præter naturam. Ex quo intelligi potest quanta sit Libri huius vtilitas. Dubitant attamen nõnulli, num magni Hippocratis genuinus omninò sit, tum quòd ad vnguem elaboratus neutiquã appareat, tum quòd aliqua continere videatur, quæ Hippocratis doctrinam minimè redolent: quinimmò apertè veritati refragari videntur. Verùm si quis studiosius inspiciat, Authorem suum satis apertè prodit Opusculũ hoc, quippè cui neq; dicendi grauitas desit, neq; sententiarum vigor; Veritati autem, Asclepiadumque dogmatibus consentanea habere, iam satis ostensum in commentarijs arbitror. Cæterùm præclariora etiam ingenia sua habent perfectionis incrementa, nec æquali omnia prodeunt cultura, cum neque eadem

Gal. lib. 1. de Loc. Affect. initio.

©BIUM

dem ſemper ad meditandum, ſcribendumque ſit ingenij alacritas & promptitudo. Differt ætas ab ætate in ſcribendo. Ornata quidem, at minùs vegeta fert Iuuentus. Suauiora præmaturaq; dat Virilitas. Abſoluta demum, perfectaque viridis Senectus; nam, vt docuit Plato in Conuiuio, *Tunc mentis oculus acutè incipit cernere, cum primùm corporis oculus defloreſcit*. Illud certè non inficiandum eſt, ab Erotiano, Galeno, Celſo, Ruſo Ephæſio, aliiſq; illuſtriores quaſdam vt Hippocratis ſententias non niſi vno ex hoc libro deproinptas, paſſim citari, vt in Commentarijs, prout res tulit, pluries annotatum eſt, proindeque legitimum quouis tempore habitum fuiſſe, pro certo habendum: Vnde à Mercuriali in ſua librorum Hippocratis cenſura, inter eos, qui ab Hippocrate ſcripti quidem ſunt, non autem editi, enumeratur, quaſi vlterius adhùc perfici potuiſſet. Atqui nil adeò elaboratum eſt, quin perfectius adhùc reddi poſſit, ſi otium ſuppetat; atque ingenium. Satis nobis erit, ſi ex eodem emanauit Tripode: Vix namque fieri poterit, quin aliqua ceu Diuinitatis ſcintillula coruſcet.

Plato in conu. in eil. laud. Alcib.

Opus itaque in tres à me libros diſtinctum fuit, cuius diuiſionis ratio ne te lateat, ſcias ex materiæ varietate, de qua agitur, varioque procedendi ordine initium duxiſſe: nam primò in Humani Corporis ſtructura enarranda magnus Senex detinetur, omniumq; ferè partium hiſtoriam recenſet; mox morborum complurium naturam, curationemque explicat, quibus partes illæ obnoxiæ exiſtunt; varias demum aphoriſticas proponit ſententias, cùm ad Prognoſim, tùm ad Diagnoſim, atque Therapeticam ſpectantes, qui-

©BIUM

quibus totum Opus absoluitur: Hinc & ipse, perspicuitati inseruiens, tres constitui Libros, quorum Primum iure Anatomicum diceres, Secundum Therapeuticum, Tertium Aphoristicum haud ineptè appellares. Breuitati cum claritate sermonis, quoad licuit, studui. Ab Hippocratis Dogmatibus ne latum quidem vnguem discessi: Quinimmò ipsum non nisi ipso, vbicumque fas fuit, interpretari conatus sum, Marinelli partitionem, seu dinumerationem secutus. Neq; in Galenum, vt nonnullis, qui se Hippocraticos acriter nimis profitentur, in more est, contumelioſus fui: quin etiam vt magnum alterum Medicinæ Numen vbique plurimi mihi factum est, Veritati tamen primas semper pro posse deferens. Quòd si in partium historia nonnulla prætermissa videantur, ideò factum scias, ne opus nimium excresceret, tibique proinde molestior efficerer: Præsertim cum meum sit institutum Authoris mentem aperire; vbi præsertim abstrusius quid, & à communi recentium Medicorum consensu alienum proponere videtur: Cæterùm exactam historiam Anatomistis reliqui. Si ergo has ingenioli nostri primitias boni consuleris, vegetiora fortasse quandòque offeremus. Vale.

Re-

©BIUM

REVERENDISSIME PATER SACRI Palatij Apostolici Magister.

QVando in Arte Medica noua inuenire, aut impossibile, aut certè periculosum, melius propterea publica hominum saluti consulitur, si Asclepiadarum ingenia in indagandis veterum Authorum dogmatibus exerceantur, vt pro explicatione Hippocratis libri de Locis in Homine, difficultatis, & vtilitatis plenissimi, laudabiliter, ac feliciter Franciscus Perla doctissimus genio, & ingenio præstitit hoc opere, quod nunquam non probabitur, sed semper commendabitur ab ijs, qui solidam, vberemque doctrinam sectantur, quod Humanorum corporum morbis curandis conducat quàm plurimum, Animarum verò saluti officiat nihil.

Angelus Colius Senen. fis.

Imprimatur, si videbitur Reuerendissimo P. Magistro Sacri Palatij Apostolici.

A. Torniellus Episc. Nemau. Vicesg.

Imprimatur,
Fr. Nicolaus Riccardius, Sacri Palatij Apost. Mag.

©BIUM

HIPPOCRATIS COI
MEDICORVM PRINCIPIS
DE LOCIS IN HOMINE
Liber Primus.

COMMENTARIIS ILLVSTRATVS

A FRANCISCO PERLA CALVIENSI

MEDICO PHILOSOPHO CIVE ROMANO.

Textus I.

1. Mihi quidem videtur principium Corporis nullum esse, sed omnia similiter principium, & omnia finis: circulo enim scripto principium non reperitur.

Corporis humani nullum est principium, nullus finis.

HVMANI corporis fabricam, quæ medicinæ totius subiectum est, particulatim descripturus Hippocrates, priusquam ad singularia deueniat, vniuersalem quandam totius cognitionem proponit, Pictorum exemplo, qui totam prius imaginem ruditer in tabula delineant, singula quæque pigmento, coloribusque postmodùm expressuri; quandò & ad horum pariter exemplar ipsamet etiàm natura, vt annotauit Arist. 2. de gen. anim. cap. 4., dum animal condit, lineamentis omnia primùm describit, mòx singula perficit, atque elaborat. Mirabilem itàque innumerarium partium in humano corpore vnionem, connexionemque hìc nobis exponere intendit, vt causam hìnc admirandi consensus & sympathiæ, quæ intèr omnes corporis huius partes intercedit, intelligere postmodùm valeamus.

Natura dum generat lineamentis omnia primò describit mox singula perficit.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 19 sur 478

©BIUM

In homine fulget ciuilis societatis imago.

leamus. Fulget namque in homine, vt scitè aduertit Arist. de motu anim. cap. 7., quædam ciuilis societatis imago, ac quemadmodnm in rectè instituta Republica alij quidem imperant, alij verò obediunt, communem omnes felicitatem interim, conseruationemq; intendunt: Quinimmò ea sub societate communiq; instituto ità vniuntur, vt nihil prorsùs boni, maliue cuipiam Reipublicæ membro accidere possit, quin tota illicò Respublica quodammodò coafficiatur; nil ipsi Reipublicæ, quod ad membra quælibet mòx non extendatur. Sic prorsùs & in humano corpore innumeræ profectò sunt partes, natura, situ, vsu, actionibusque differentes: earumque aliæ principes nuncupantur, eo quod publicum ineant officium, omnique corpori facultatem impertiantur; aliæ deferendo, præparandoue principibus subseruiunt; aliæ denìq; alium vsum præstant; (*nulla siquidem pars habetur*, inquit Gal. 17. de vsu part. cap. 1. *propter se ipsam; aliter esset frustra & abscindenda*) omnes attamen continuata quadam serie sic inuicèm mutuo neruorum, arteriarum, venarumq; amplexu in circuli morem vniuntur, vt nulla reperiatur pars, quæ ità alterius sit principium, vt cæterarum multarum finis ipsa non sit: ìdq; vt suos omnes inuicem vsus communicare possent, inque vnum commune opus, indiuidui nimirùm totius conseruationem, eiq; debitas operationes, perpetuò conspirarent: ac proindè in particulæ vnius læsione totum læditur indiuiduum; in totius indiuidui læsione particula quælibet coafficitur, & contristratur, vt infrà tex. 8. & 9. peculiarius explicabitur. Doctrinam hanc, velut sacrum naturæ arcanum, verbis oraculo simillimis summus Dictator lib. de Alimen. registrauit: vbi post quam docuisset tum num. 4.
solidarum partium, tum spirituum alimentum mira quadam facilitate àb intimis ad extremas quascunque partes, ad pilos vsque & vngues deferri: & àb extimis rursùs ad intimas, vt est aër in corporis ambitu àb arterijs attractus: quod certè non aliam òb causam contingit, quàm quòd corpus vniuersum venis, arterijs, alijsque innumeris meatibus, ceu fistulis, quàque versùs interseptum sit, proindeque totum fluxile est ac transpirabile; cumque tribus constet,

Partium diuersitas & societas in corpore humano,

Nulla pars est propter seipsam tantùm.

Partes omnes perpetuò in animalis bonũ conspirant.

In particulæ vnius læsione totũ læditur indiuiduum.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 20 sur 478

©BIUM

ſtet, membris, humoribus, ſpiritibuſque, vt habetur 6. epid., hæc omnia naturali quadam connexione ità inter ſe vniuntur, vt in quauis operatione, quæ in corpore celebranda ſit, eam communem velut ſcopum aſſumant, ad quem dumtaxat obtinendum mira quadam ſympathia confluunt omnes humores, conſpirant omnes ſpiritus, conſentiunt coadiuuantque omnes partes; itaut iurè dicatur confluxio vna, conſpiratio vna, conſentientia omnia; Quem profectò conſenſum ſic tandem exprimit. *Iuxtà totius quidem corporis naturam omnia. Iuxtà partem verò partes in vnaquaq; parte ad opus. Principium magnum ad extremam partem peruenit, & extrema ad magnum principium peruenit. Vna natura eſſe & non eſſe.* Quod eſt dicere. In totius quidem corporis natura, ſeu ſtructura, omnia quæcunque illud componunt, ſibi inuicem conſentientia ſunt; vel, vt exponit Gal., in famulatum vnius operationis omnes particulæ conſpirant, eò nimirum, quod omnia in illo vniantur & cohæreant. In parte verò, hoc eſt, in determinato quolibet membro, partes omnes, quibus membrum illud coagmentatum eſt, conſpirant inuicem, intenduntq; opus atque actionem membro illi principaliter debitam, vt in oculo ad viſionem, in auribus ad auditum, & ſic de ſingulis; ob eam videlicet, quam in organo illo habent connexionem & cohærentiam. Ex qua tot partium in vno corpore vnione fit, vt principium magnum, cuiuſmodi Cor eſt, Cerebrum & Hepar, ad minimam quamuis, atque poſtremam perueniat partem, non modo facultatum participatione, verùm etiam facta per neruos, arterias, venas, aliasq; intermedias partes continuatione; & ex vltima parte ad principium magnum. Quo quidem pacto principes non modò partes quoddam quaſi circulum inter ſe conſtituunt, eo videlicet, quòd Cerebrum Cordi Hepatiq; neruos; Cor Cerebro atque Hepati, arterias; Herpar Cerebro & Cordi venas impertiantur; verùm ſingulæ etiam particulæ ea vaſorum circulatione complectuntur. Ex quo fit vt vna dumtaxàt natura eſſe & non eſſe videatur; non eſſe quidem vna òb multiplicem adeò partium varietatem; eſſe autem vna òb mirabilem illarum vnionem & conſenſum. Inquit itaque.

Sect. 7.

Confluxio vna, conſpiratio vna, conſentientia omnia.

Hippocratis explicatio.

Gal. 1. de vſu part. c. 8.

In famulatū vnius operationis omnes particulæ cōſpirāt.

Partes omnes corporis quomodò inter ſe circulum conſtituant.

Corporis humani vna natura & nō vna. quomodo id intelligatur.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 21 sur 478

©BIUM

Mihi quidem videtur non enim omninò sic est; sed ità esse apparet si reciprocam innumerarum partium vnionem, vasorum ductus, ac labyrintheas ambages primo intuitu inspiciamus.

Principium corporis nullum esse primùm scilicet atque absolutè ordinis principium secundum partium situationem: nam, cùm ex 5. metaph. c. 1. principium sit primum vndè aliud, sequitur, quòd de ijs sit, quæ ad alia dicuntur, quòdq; varios possit habere respectus. Certùm autẽ est hìc non intelligi de principijs intrinsecis & in essendo, vt sunt materia & forma, aut elemẽta & humores, vt semen & sanguis: hæc siquidem, vt habetur lib. de nat. human., & de struct. hom., congenita sunt, necessariòq; semper reperiuntur in homine, dum vixerit. Neque de extrinsecis principijs, & in fieri, quemadmodum priuatio & finis, quæ necessaria ostenduntur à Peripateticis quacunque in mutatione. Multò minùs intelligi potest de principio prioritate generis, seu nobilitate, cùm iam suprà dictum sit, partes quasdam principes dici òb officij præstantiam, quo cæteris imperant. Neque de principio prioritate originis, siue radicationis: libro enim de alimento, venarum radicationem hepar, arteriarum cor esse asseruit. Neque demùm de prioritate temporis, vt aliqui opinati sunt òb ea verba *Omnia similiter principium, & omnia finis*: nam, quamuis contrà Aristotelis & Galeni sententiam lib. 1. de diæt. noster Author asseruerit fœtus partes omnes simùl discriminari & augeri, neque prius alteras alteris, neque posterius: Verùm maiores natura priores apparere minoribus, cùm non priores existant: Quæ profectò sententia verior etiam censenda est, cum argumenta, quæ pro contraria afferuntur opinione, tum Aristotelis asserentis cor primò generari, tum Galeni, qui hepar primò generari voluit, à necessitate desumpta vel vitalis influxus, vel alitionis, exigui prorsùs momenti esse videantur: Fœtus namque, dum concipitur primòque formatur, proprio haud indiget naturali, vitaliq; influxu, cum hæc commodissimè à Matre per vmbilicalia vasa excipiat; proinde neque hepate, neque corde prius cæteris partibus indiget.

Principium quid sit, & quot modis dicatur.

Principia in essendo congenita sunt homini.

Venarũ radicatio hepar.

Andr. Laurent. l. 8. q. 15

Fœtus partes omnes simul discriminantur & augentur.

Fœtus dum formatur neq. corde, neq; hepate indiget.

Arist. 2. de gen. animal. cap. 1. in fin. & cap. 4. ante medium. Galen. de form. fœt. cap. 3.

nu. 9. nu. 1.

nu. 7.

nu. 22.

Verùm

©BIUM

Verùm primo illo vitæ exordio formatrix facultas, siuè per se, separata ab anima, spiritosa in seminis parte residens; siue animæ adiuncta, quæ semen animauerat, vt ex Themistio, atque Scaligero mordicùs tuetur doctissimus Sennertus: (Anima siquidem sui est domicilij architecta, illudq; perficit, atque vndequaque exornat, dum omnis corporis ratio eò comparata est, vt animo tanquam domino seruiat, nutuq; regatur illius) per seminis particulas disseminata, in omni parte æquè operatur, singula eodem tempore delineans, cùm animal intendat, de cuius corporis integritatè omnes partes existunt. Quamuis, inquam, hæc Hippocratis germana sit atque verior sententia, citato libro de diæta apertis verbis registrata; eam attamen in præsenti textu nequaquam ijs verbis doceri, satis testantur ea, quæ sequuntur. *Circulo enim descripto principium non reperitur*. Vult siquidem in humano corpore nullum reperiri principium primum & absolutè, sed omnia principium esse, & omnia finem, non simpliciter, sed secundum quid, velut scilicet in circulo, quod iam descriptum est. At descriptum circulum non ideò caret principio sineque, seu omnes eius partes principium sunt, & omnes finis, quòd omnes simul inchoentur, & simul perficiantur, cùm certum sit ab vno determinato puncto incipere, atque in idem desinere: vnde à Mathematicis sic etiam definiri consueuit. *Figura plana, quæ describitur à linea recta finita, circà alterum punctum quiescens circumducta, cum in eumdem rursus locum restituta fuerit, vndè moueri ceperat*. Ex quo patet circulū in suo fieri principium habere & finem; sed quòd in eo iā descripto designabiles omnes partes ità dispositæ sunt, vt vnaquæque in ordine principium sit subsequentis, finis verò antecedentis: vndè, vt aduertit Arist. in problematibus, principio & fine caret; proindèque æternitatis symbolus fuit Ægyptijs, atque in hoc vno æternum cieri motum posse, docuit idem Arist. 8. phys. Quo quidem pacto humano etiam in corpore singulæ partes ità inuicèm connectuntur, tum per se, tum per neruos, arterias, venasque, vt nulla pars ità sit vnius principium, vt alterius finis etiàm non sit, modo hactenus explicato. Quo circuli exemplo, eodemque

Anima sui domicilij architecta est. Epicur. apud Plutar. de placit. Philos. l. 5. c. 3. Senner. lib. 4 Hypomn. c. 6. & deinceps, & alibi. Scal. exer. 6.

Circulus quid sit.

Circulus principio & fine caret æternitatis est symbolus, atque in ipso æternus cieri potest motus. Sec. 17. plobl. 3. Lib. 8. phys. t. 75

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 23 sur 478

©BIUM

prorsùs ſenſu vſus eſt Hipp. lib. de offſ. nat. ad varias vaſorum circulationes, diuaricationeſque declarandas, ſic inquiens, *Venæ per corpus diffuſæ ſpiritum, & fluxum, & motum exhibent ab vna multæ germinantes; atque hæc vna vndè oriatur, & vbi deſinat non ſcio: circulo enim facto principium non reperitur.* nu. 17.

II. Similiter etiam morborum in toto corpore.

Medicus quæcunque conſideret, in humani corporis valetudinem dirigit.

QVicquid conſiderat Medicus, (etſi omnia, quæcunque creata ſunt, aliquo pacto ſpeculetur) ad humanam tutandam valetudinem, vel morbos depellendos, dirigit. Hinc eſt, quod Hippocrates, vt Medicum decebat, propoſita partium humani opificij harmonia, ad morbos ſtatim explicandos accedit, quos partes illæ, ob mutuam connexionem, mutuò ſibi impertiuntur, vt obſeruauit etiam in libello de hom. ſtruct. Morbi ſiquidem, cum accidens ſint, ſuum habent eſſe dependenter à ſubiecto, illiuſque naturam ſequuntur. Aſſerit ergo, quòd quemadmodum corporis nullum abſolutè eſt principium ordinis, aut ſitus, ſed partes omnes principium ſunt, & omnes finis ſecundum quid, reſpectu ſcilicet cæterarum vel antecedentium, vel ſubſequentium; ſic pariter & morborum nulla corporis pars abſolutè principium dici poteſt; ſed ſingulæ principium quandoque eſſe queunt, aut finis. Nulla etenim pars eſt, quæ aut connaturali, aut adſcititia imbeccillitate ſuperuacaneos aliquos congerens humores; conſocijs partibus, aut alijs quibuſcunque, prout aliqua ſuppeditatur opportunitas, eos interdùm tranſmittere non poſſit, morbique cuiuſpiam origo exiſtere; aut, vice verſa, ab alijs excipiens, morbi, quo cæteræ infeſtabantur, finis eſſe non queat: Cuius porrò veritatis non alia vtique verior adduci poteſt ratio, quam artificioſa omnium partium connexio, qua corpus totum fluxile, conſpirabileque redditum eſt: ex quo natura, nullo edocta magiſtro, occultas adeò, neminique cognitas vias ſibi inuenire conſpicitur, dum altera parte laborante, alteræ coafficiuntur, vel morbificas alterutrim materias excipientes, alterutrim à morbis vindicantur. Illa namque primum eſt,

Nulla corporis pars abſolutè principium eſt, aut finis omnium morborum.

præ-

©BIUM

præcipuumque fundamentum cuiuſuis methaſtaſis, necnon ſympathiæ cuiuſque & conſenſus, quem humano in corpore paſſim quotidie obſeruamus. Atqui, propoſitioni huic ipſe-
nu. 40. met videtur aduerſari Hippocrates, tum in epiſtola ad Demetrium Regem, vbi caput humanorum morborum radix peribetur; tum hic inferius, vbi vterus morborum omnium cauſa in Mulieribus aſſeritur, vt iam illud Fernelij ſubticeam *Pernicioſa admodum ſententia eſt Abdomen inſaturabile, omnium tum corporis tum animi vitiorum fons & origo.* Verùm hæc de ijs, quæ ſæpenumero fiunt, dicta accipi debent. Caput namque ob calidam humidamque temperiem; ob cucurbitularem figuram, trahendo aptiſſimam; ob ſitum elatum, tenuibus excipiendis humoribus, vaporibuſque peropportunum, ob amplam ſubſtantiæ molem, ſuperuacaneis congerendis obnoxiam, ſæpèſæpius morborum occaſio membris omnibus exiſtit. ità & vterus gignendæ non modò proli, ſed corpori vniuerſim expiando non rarò dicatus, communis quædam cloaca cum ſit, ſi à munere quandocunque deſiſtat, vel praue operetur, complurium morborum præcipuam cauſam mulieres eum experiuntur. Abdomen denique, in cuius cauitatibus variæ pro corpore vniuerſo nutriendo coctiones celebrantur, ſi quid erroris in victu perpetretur, complura ſæpè congerit recrementa, quæ cuiuſque generis morbis promptiſſimam præbere cauſam conſueuere: attamen indè non fit, quin cæteræ etiam partes, etſi minùs frequenter, morborum principium finiſque, & ipſę quandoque eſſe poſſint.

Artificioſa partiũ omnium cõnexio cuiuſuis metaſtaſis & ſympathię in humano corpore præcipuum fundamentum eſt.

Hic lib. 3. t. 56.

Fern. 1. de morb. cauſ. c. 14. initio.

Caput, Vterus, & Abdomen cur morbis compluribus occaſionem præbeant.

III. Quod quidem ſiccius eſt, morbos magis recipere, & magis dolere à natura ſolet, humidum verò minus. Morbus enim, qui in ſicco eſt, ſtabilitur, & non ceſſat; qui verò in humido, diffluit, & aliàs aliam corporis partem occupat, & ſemper tranſmigrans, requiem facit, & citius quoque ſedatur, vtpote non ſtabilitus.

Siccioramagis egrotant & dolent, humidiora verò minus.

PArticulam μὲν, quam Cornarius *enim* tranſtulit, nos *quidem* vertimus; nam, cum vtrumque ſignificare poſ-

ſit;

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 25 sur 478

©BIUM

sit; ex illa incongrua redditur atque inexplicabilis penè oratio: nam cum dictio *enim* causalis sit coniunctiua, ineptè ponitur, nisi vbi redditur ratio præcedentis sermonis, quod minimè fit in proposito contextu. Causa siquidem cur omnes corporis partes principium esse possint, finisque quorumuis morborum, non est earum siccitas, aut humiditas, sed connexio potius & vnio. At si *Quidem* vertamus, quæ coniunctiua distinctiua est, plana omninò, atque conspicua redditur: Nam, cùm superius dixisset Hippocrates singulas corporis partes principium esse posse & finem morborum omnium in vniuerso corpore; distinctiuam modò apponit, inquiens, sicciores quidem partes facilius cæterarum morbosos apparatus recipere, tenaciusque retinentes, non de facili transmittere: vndè facilius finem, difficilius principium esse posse alieni morbi: velut è contrà, humidiores difficilius retinendo recipere, facilius transmittere, proindeque facilius principium esse posse, difficilius finem consocijs partibus. Quod vt nam intelligendum sit, iam planum fiet: etenim si quis minùs attentè, atque, vt dici solet, superficietenus, rextum hunc incideatur, præterquam quod nullam cum superioribus connexionem habere dixerit, paradoxa, ne dicam absurda, continere affirmabit; siquidem, quod siccius est, est magis compactum, morbolisque causis minùs expositum; maioris proindè roboris, magisque resistens, morbos ergò minùs recipere debet, non contrà: vtque docet Gal. lib. de consuetud. cap. 3. *rarum & molle corpus facilè patitur incalescens & frigescens; densum autem, & durum tolerat spernitque omnia, quæ ipsi extrinsecus occurrunt*. Extat præterea ipsiusmet Hippocratis auctoritas aph. 15. sec. 3., vbi siccitates humiditatibus salubriores minusque læthales affirmat: Hæc etenim qualitas maximè aduersatur putredini; eam quinimmò prorsus expugnat, dum madorem absumit, cuius propriè putredo est; denlandoque, innatum calorem àb extraneo tuetur, ne, per poros eductus, euanescat. Quod ergo siccius est, minus erit morbis obnoxium, cum morbi sæpissimè putredinem sequantur, quæ facillimè excitatur in humidis: Hæc namq; ob pororum laxitatē extraneo calori nimis peruia sunt, à quo

Rarū & mollecorpus facilè pātitur, durum verò minus.

innatus

innatus calor corrumpitur, ex quo ſicca ab humidis facili negotio in mixto diſſolui contingit. At cur ſiccius magis doleat? Dolor ſiquidem eſt paſſio ſenſus tactus, cuius proprium inſtrumentum eſt caro, ſeu partes omnes animatæ molles, vt docuit Ariſt. lib. 2. de part. cap. 1. & 5. & lib. 1. de hiſt. animal. cap. 4., caro autem humida eſt; humida igitur magis dolere par erit, non ſicca. Quinimmò ſi ſiccius natura magis dolere conſueuit, cur ligamenta & oſſa, quæ omnium ſicciſſima ſunt, ſenſus expertia habentur? Quod ſi nerui, quamuis ſicci, exactiſſimè ſenſiunt, id indè prouenit, quòd eorum ſiccitas, atque, vt ita dicam, terreſtreitas, ab animalium ſpirituum copia maximè attemperatur. Hùc accedit, quòd eàdem prorſus ratione, qua Hippocrates videtur probare dolorem ſiccioribus in partibus magis excitari, eàdem, inquam, partium illarum inſenſibilitatem adſtruit Plato in Timæo, vbi voluptatis, doloriſque cauſas inueſtigans, diſtinguit primò partium corporis naturam in eam, quæ facilè mouetur, hoc eſt, alteratur, vt ſunt mollia & humida; & in eam, quæ difficilè, vt dura & ſicca; ſubditque quòd *quandò in id, quod facilè moueri ſolet, aliqua vel breuis incidit paſſio; pars eius quælibet ſequentibus partibus vndique paſſionem ipſam transfundit, quouſque ad prudentiæ ſedem perueniatur, vbi per hos quaſi nuncios potentia illius, quod paſſionem tulit, noſcitur. Quod verò contrà eſt affectum, & immobile quodammodò permanet; circularem illam tranſfuſionem non habet, & ipſum, quod patitur, ſolùm, proxima verò minimè mouet: Quapropter cum partes aliæ aliis paſſionem primam non impertiant, totumque animal hinc minimè agitetur, ſenſus expers id, quod patitur, extat. Id profectò circa oſſa, capilloſque, & reliquas partes, quæ terreæ vt plurimùm in nobis ſunt, accidit.* Ex quibus verbis ſatis patet, vt ex Platonis ſententia quò ſicciores ſunt partes, eò terreſtriores eſſe, ac minùs alterabiles; dolorique proindè minùs obnoxias. Cæterùm quòd humida minùs doleant, haud arduum eſt perſuadere: Humiditas namque maximè aduerſatur dolori, vt patet ex Gal. 2. catatop. cap. 1. quippe quæ tantum abeſt, vt continuum ſoluendo, (quod ad dolorem excitandum neceſſariò prærequiri infrà oſtendetur) ipſum

Nerui, quāuis ſicci, cur maximè doleant.

Humiditas aduerſatur dolori.

©BIUM

procreare possit, vt faciunt calor quidem & siccitas distrahendo diuellendoque, frigus verò contrahendo, nimisque densando, vt diuisa potiùs in vnum glutinet, partiumque vnitati summoperè prosit, eas defendens, ne facilè dehiscant: Vndè anodyna quæuis glutinosam habere humiditatem obseruamus, vt sunt olea, balsama, cæterique arborum pretiosi sudores; cùm tamen sicca è contra facile discontinuentur, quòd parum habeant humidi illius, quo terreæ partes, ceu glutino quodam, vniuntur. At eadem humida morbis minùs tentari, ne quaquam rationabile est, cùm, vt suprà vidimus, morbosissimæ sint humidæ naturæ. Hæc sunt, quæ contextui huic primo intuitu aduersari videntur, quibus ansa præbetur ijs, qui de summo hoc Authore non vndequaq; optimè sensiunt, cum neque ordini adnixum, & quo ad pleraque, inconsonum proclamare, aliasque ei notas inurere, vt Galenum sæpè sæpius feciſſe ostendit Valeriola lib. 5. enarr. 2. Verùm religiosius agendum est cum antiquitate, vtque asseruit ipse Gal. *si quando euidens aliquod mendacium in magnis Authoribus deprehendamus, potius dubitandum est nos non intelligere, quàm illos aliquo pacto errasse*: proindeque attenta admodum lectione meditationeque eorum mens quasi è latebris, vbi non rarò vel ad maiestatem recondita latitat; vel idiomatis translatione caliginibus offusa est, eruenda. Sed age dum, & ad pensum redeuntes; magnum Senem amicè interpretemur, qui post explanatā in superiori contextu vniuersaliter artificiosam partium omnium in humano corpore vnionem, ex qua opportunitas oritur in partibus ijsdem morbos quoslibet ad inuicem communicandi; indèque consecutione quadam quasi necessaria pronunciasset, morborum similiter nullam humani corporis partem absolutè principium dicendam esse, sed singulas & principium & finem quandòque esse posse; iam inter easdem distinctionem apponit, vniuersaliter explicans, quæ nam partes difficilius, quæ facilius alias coafficere, aut àb alijs coaffici aptæ sint, communicatà materiā morbifica. Ex quo patet de ijs præcipuè morbis in hoc libro agi, qui è fluxionibus, variaque partium inter se altercatione in noxijs expellendis materijs oriuntur. Ad prognosim præterea spectat quodam.

Anodyna glutinosam habent humiditatem, qua cōtinui solutionem auertunt.

Hippocrati plurimas notas inussit Galenus.

Gal. 2. Aph. 34.

Prisci, grauesque Authores non temerè reprehendendi, & cur obscuri sint.

©BIUM

quodammodò aurea hæc ſententia, qua ex laborantis partis natura prædicere docemur morborum non modò breuitatem, aut longitudinem; verùm etiam qui nam ex ipſis facilius, ſæpiuſque immutari, & affines lædere partes valeant. Diuiditur textus in duas partes, in quarum prima partium humani corporis diuiſio proponitur, quatenùs ſcilicet magis aut minùs diſpoſitæ à natura ſunt alterutrim lædere aut lædi. In ſecunda verò diſtinctionis ratio adducitur. Quod ergo ficcius eſt, ob ſuam denſitatem duritiemque conſocijs partibus quàm facilè coafficitur; cumque laborat, contumaliter etiam laborat; neque ſimiliter, eademque facilitate, alias afficit. Coafficitur quidem facilè eò quod aduenientem quemuis noxium humorem alitumue ſua denſitate apud ſe ſiſtit, nè vlterius præterlabatur; inque ſuis poroſitatibus paulatim deindè infarctum, retinet. Contumaciter verò laborat, quia ſi morbificam aliquam in ſe habuerit materiam, ſiue à fluxione, ſiue congeſtione conceptam; tenaciter adeò, tum òb meatuum anguſtiam, tum òb duritiem, qua expulſiuæ conatibus haud cedit, retinet, vt difficillimè effluere, aliaſque ad partes adlabi ſinat: indeque pertinaciter ægrotat, neque adeò facilè cognatas partes ad ſympathiam deducit, conſenſu videlicet poſitiuo. Secùs accidit in humidis, quæ laxa cum ſint, molliaque, ſi quid recipiunt, vel congerunt; de facili elabi patiuntur. Adlabentibus verò infeſtis materijs, liberum plerumque tranſitum concedunt. Ex quo fit, vt neque adeò facilè ſociarum partium morbos contrahant, neque ipſæ contumaciter laborent, ſi quandò præternaturaliter eas affici contingat. Quapropter.

Quod quidem ficcius eſt quemadmodum Membranæ, Neruj, cæterequæ ſpermaticæ partes.

Morbos magis recipere hoc eſt, & ſæpiùs, & firmius recipere: ſæpiùs quidem, non certè quòd noxiæ aduenienti materiæ faciliorem præbeat aditum intrà propriam ſubſtantiam; nam contrarium potius dicendum eſſet, tum òb allatas ſuperius rationes, òb ficciorum denſitatem, tum òb Galeni authoritatem in aph. 49. ſec. 6.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 29 sur 478

©BIUM

vbi carnosas partes, quoniam earum substantia & mollior & rarior est ligamentis, citiùs inflammari, & sanari asserit: Contrarium autem euenire in natura ligamentorum, chordarum, atque neruorum: Qua enim ratione vix aliquid in se humoris externi suscipiunt, cum duræ sint & densæ huiusmodi partes, hac ipsa ratione cum difficultate dimittunt; sed, vt dictum est, sæpiùs promptiusque laborat à fluxionibus, eò quia aduenientes humores vaporesque, quibus humidiores particulæ raræ laxæque liberum plerumque præbuere transitum, naturali densitate iuxtà se sistunt, atque vlterius progredi inhibent, eosque deindè paulatim inbibunt. Hoc docuit pariter Gal. 2. de loc. af. c. 7. circà finem. *Pruriginosis*, inquit, *dolor re vera ad solam superficiem pertinet: non tamen primario pro ratione ipsius propria, sed per accidens, eò quòd densior subiectis sibi partibus cutis sit*. Sic noxij non ratò humores, vaporesque àb interioribus ad extera depulsi, carneam membranam, adipem, aliasque humidiores partes innoxiè transeuntes, demùm à ficcioris cutis densitate detenti, ibi erodendi vim eserunt, dum pruriginem, psoram aliasque huius generis cutaneas labes pariunt. Ob eandem densitatem firmius etiam, maiorique inhæsione recipiunt, quicquid recipiunt, ficciores hæ partes, quam humidæ, eo prorsùs pacto, quo asses infixum clauum maiori quadam inhæsione excipiunt, quam faciant vel lutum, vel aliud quid simile, vdum laxumque, itàut illas per modum permanentis, has per modum transeuntis plerumque recipere verè dicas.

Et magis dolere — hoc est, intensius, maiorique contumacia ægrotare: vtitur enim verbo πονέω, quod dolere, laborare, aut quomodocunque præternaturaliter affici significat.

A natura solet — ex naturali scilicet, peculiarique constitutione, quam habet id, quod siccius est, cum sit compactum, & minime peruium.

Humidum verò minus — rarius ità recipit, vt retineat, minoriq. contumacia laboret. Morbus enim, qui in sicco est, stabilitur & non cessat.

Hæc secunda est pars propositi contextus, in qua sententiæ ratio

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 30 sur 478

©BIUM

ratio adducitur, explicaturque : tametsi nobis suprà iam satis explicata existat : quod enim siccius est, morbos promptius, ac proindè sæpius, àb alijs excipere, intensiusque & contumacius ægrotare, consueuit, eò quod morbifica materia in ipso retinetur, impingitur, atque ità obfirmatur, tum òb partis siccitatem, qua humores subindè magis crassescunt, tum òb pororum soliditatem & angustiam, qui neque medicamentis ingressum, neque coarctatis humoribus egressum facilè concedunt, vt illinc postmodum difficillimè auelli expellique valeant, cum neque expulsiuæ pulsionibus, neque medicamentorum tractioni cedant. Adde quòd, cùm siccìores ac spermaticæ partes eo careant humido, quo copiosus naturalis calor sustentatur, friggidæ plerumque sunt, dissipandisque humoribus minùs aptæ. Hinc est, quod non adeò facile cessent morbi in sicco, sed neruosis in partibus curatu difficillimos quotidiè experimur : Quin etiam, neque adeò facilè communicantur consocijs partibus, etsi eas facillimè in sympathiam trahere natæ sint consensu priuatiuo, si videlicet ità affectæ fuerint, vt quod alijs ex naturæ instituto impertiri deberent, nequaquam impertiantur.

Qui verò in humido, diffluit, & aliàs aliam corporis partem occupat morbus, morbique materia, quæ humidiori in parte residet, cuiusmodi sunt viscera, cæteræque carneæ partes, venis compluribus, arterijsque intextæ, diffluit, facillimèque ad cognatas partes, modò ad vnam, modò ad alteram, excurrit, prout hàc, aut illàc quacumque ex causa facilius diffluere conceditur : idque òb pororum in humidis partibus laxitatem, venarumque patentes cuniculos, qui perfacilem ingressum atque egressum exhibent, proindèque varias morborum transmutationes atque abscessus, laborantibus humidis, expectare debemus, òb humorũ methastasim, natura, nullo edocta magistro, occultas sibi vias moliente. Hinc Cels. lib. 3. àb vno Medico plures eodem tempore curari non posse asseruit : quasi hæc humorum instabilitas continua indigeat Medici adsentia, quò varijs illinc emergentibus symptomatibus, nouisque morbis

©BIUM

morbis occurrat. Quòd ipſum Hipp. lib. de dec. orn. ijs verbis monuerat. *Ingreſſu vtere frequenter, viſita diligentius, his, quæ à deceptis per errorem ſunt, occurrens vt mutentur: inſtabilia enim ſunt, quæ in humidis conſiſtunt: quapropter & facilè à natura, & à fortuna tranſmutantur*, nam vt docet Gal. com. 1. lib. 1. aph. *occaſio præceps eſt òb materiæ, circà quam verſatur, fluxibilitatem: mutabile ſiquidem facilè eſt mortale corpus, ac pro mutationis modo alijs alio tempore æget auxilijs.* nu. 10.

Medicus eur ſæpè ægrotos miſere debeat.

Et tranſmigrans requiem facit non poſſunt namque partes omnes ſimul dolere, vt dixit 2. epid. ſec. 5., cum rarò accidat, vt tanta ſit noxij humoris vbertas, vt omnes, aut plures partes, eodem tempore obſidere poſſit, ſed dum alteram occupat, priorem relinquat neceſſe eſt, atque ità requieſcere ſinit. t. iv.

Et citius etiam ſedatur nam, non modò requiem præbet morbus, qui in humido eſt, eò quod eius materia facillimè aliò tranſmigret, ſed citiùs etiam extinguitur, atque penitùs exterminatur, cum nequeat altas inijcere radices òb eam mobilitatem, quam humida quęuis ex ſua natura habent; partiumq; peruiam ſubſtantiam, òb quam infeſtus humor & à natura, & à medicamento quàm facile diſſipabilis eſt.

IV. Corporis autèm ſingulæ partes altera alteri, vbi hìnc, aut illìnc proceſſerit, morbum ſtatim facit.

EXplicatis in vniuerſum partibus, quæ ex ſui natura òb peculiarem ſubſtantiæ modum facilius, difficiliusue aliarum morbos excipere, aut proprios impertiri natæ ſunt; quatenùs nimirùm aptiores, aut ineptiores exiſtunt ad morbificas materias capeſſendas, retinendaſq; alias nùnc rationes peculiarius explicare aggreditur, quibus potiſſimùm in humano corpore ſympathiæ exoriuntur: Cùm enim ex nobiliorum Philoſophorum conſenſu ratum ſit, nullum naturale agens agere in diſtans, ſed contactum aliquem, phyſicum ſaltèm, niſi mathematicùm, ad actionem neceſſariò prærequiri, vndè & Ariſt. mundum hunc ſuperioribus lationibus quodammodò

Sympathiæ ratio in humano corpore.

©BIUM

dò continuum neceſſe eſſe aſſeruit, vt indè omnis eiùs virtus gubernetur; rationabile etiam eſt, partes, quæ præ cæteris in humana armonia ſibi inuicèm compatiuntur, peculiari aliqua etiam ratione ſimul tangi atque connecti: de qua quidèm connexione in præſenti textu nunc peculiariter agitur. Cæterùm non in vno hoc dumtaxat contactu ſympaticarum num. 66. partium fraternitates, (ſic appellat Hipp. lib. de art.) ſeu analogiæ continentur, ſed, vt doctiſſimè Fracaſtorius enucleauit, præter agentis facultatem, materiæ etiàm aptitudo prærequiritur: ità vt, in quauis actione, vt ea ritè ad expetitum finem deduci poſſit, tria omninò ſint neceſſaria, Agentis facultas, Aptitudo matèriæ, Conueniens applicatio, quæ in contactu, ſitu, & mora conſiſtit. Neque tria hæc in æquali ſemper euidentia & gradu in qualibet agentium analogia ſympathiaq; exiſtunt, etſi omnia aliquo pacto requirantur, ſed quandòque applicatio, interdùm materiæ aptitudo, eminentiori in gradu conſpiciuntur, quamuis reliquæ duæ non deſint. Hinc conſenſum triplici ratione accidere poſſe memoriæ prodidit Gal., ex vicinia ſcilicet, ſeu proximitate; ex muneris ſocietate; ex affinitate generis; idque aut poſitiuè, communicato ad inuicem prauo aliquo humore; vapore, aut qualitate, vt in oculi ſuffuſione à ventriculo, in epyleptica conuulſione ex aura venenata à crure; in refrigeratione hepatis à ſcirrho lienis; aut priuatiuè, non tranſmiſſa videlicet materia, aut facultate, quæ ad actionem aliquam ritè obeundam ex naturæ inſtituto micti debebat, vt in torpore digiti òb neruum in dorſo læſum, vt ſcribit Gal. 1. de loc. af. c. 3. & 6. & alibi. In proximioribus ſiquidem, ijſque, quæ muneris ſocietate conſentiunt, applicatio præcipua eſt, cùm ea procul dubio màgis applicata exiſtant, quæ proximiora; ad proximitatem autem continuitas reducitur, contiguitas, cohærentia, vnioq; vaſis aliquibus medijs celebrata: vndè ea, quæ muneri cuipiam obeundo dicata ſunt, vt particulæ omnes oculum componentes, Viſioni; Vterus & mammæ proli generandæ educandæque, proxima, præq; cæteris applicata dicenda ſunt, illæ quidem, quia in eodem membro cohærent; hæ verò, quod vaſorum communione vniantur. In

Ar. 1. de gen. & cor. t. 43. & 45. & 1. meteor. ſum. 1. c. 2.

Fracaſt. de rerum ſympath. & antip. cap. 41.

Tria ad quãcumq; actionem neceſſario requiruntur: Agẽtis facultas, Materiæ aptitudo, conueniens applicatio.

Gal. 3. epid. com. 1. t. 4. Sympathia triplici ratione accidit.

ijs

©BIUM

ijs autem, quę generis affinitate ſociata exiſtunt, materiæ aptitudo præcipua cauſa eſt, cur adeò promptè inuicèm patiantur : nam quemadmodùm actiones omnes & paſſiones ſimilarium partium, opera ſunt, & effectus formalis contrarietatis, quę inter ipſas intercedit; ità materiæ affinitas & ſimilitudo in ijſdem cauſa eſt vt promptius ſequatur actio, ſeu tranſmútatio : vndè quę eàdem conſtant ſubſtantià, eandem pariter aptitudinem habent, vt eodem morbo capiantur: ità vt ſi pars aliqua aliquem morbum contraxit eò quòd contrarietatem cum agente morbifico haberet, & peculiarem aptitudinem, vt perfacilè àb eodem pateretur òb materię familiaritatem; ſequitur vt altera etiam pars, quę eiuſdem ſit rationis, eaſdem òb cauſas præ cęteris partibus facilè àb eodem afficiatur; atque ità neruoſum neruoſo generi, venoſum venoſo facillimè compatitur, eandemque contrahit labem: Actio namque fit inter contraria, quæ cum genere, hoc eſt, ſubiecto idem ſint; ſpecie, ſeu, accidentali forma actiua, plurimùm differunt; vndè formalis contrarietas cauſa eſt cur ſequatur actio, ſubiecti autem identitas & ſimilitudo cauſa eſt cur promptius eadem ſequatur. Quibus ità enarratis, certum eſt in propoſito textu de ſympathia agi, quæ ex proximitate prouenit, & ex operis communione, cum & hęc communio cohęrentiam, vel vaſorum communitatem præſupponat, vt dictum fuit; quemadmodùm inferius textu 9. & 10. de ea ſermonem habebit, quę generis affinitatem inſequitur. Vnde ſic dicit.

Actio ex cõtrarietate formali inter agens & paſſum oritur, at facilis actio, ex materiæ affinitate in ijſdem.

Cur venoſũ venoſo generi, neruoſum neruoſo facilius cõpatiatur.

Corporis ſingulæ partes vbi hinc, aut illinc proceſſerint

hoc eſt, vbi alteri coniunctæ fuerint, peculiarique ratione præ cęteris applicatæ à vicinitate per contiguitatem, vel continuitatem, vel cohæſionem, vel per vaſorum communionem; quòd venas aliquas, arterias, aut neruos inſertos adinuicem habeant, vel ad commune aliquod opus obeundum, vel òb alium quemcumque finem animali proficuum.

Altera alteri morbum facit

communicata videlicet morboſa alterutrim aut mate-

©BIUM

materia, aut qualitate, aut debita facultate, aut materia denegata. Sic ex vicinitatis iure cerebrum conſentit vtero, cui per ſpinam connectitur; vndè occipitis dolor mulieribus frequentiſſimus. Ventriculo conſentiunt inteſtina, quæ ei continuantur; & ad recti inteſtini, vteriq; inflammationem, accedit ſtranguria; Iecore inflammato, ſuperuenit ſingultus ex aph. 58. ſec. 5. Diaphragma compatitur ventriculo, Hepati, lieniq; malè affectis, ijſque læſis, & ipſa læditur reſpiratio; eò ſcilicet, quod hęc omnia inter ſe proxima ſunt, dum vterus inter veſicam, rectumq; inteſtinum medius reſidet; driaphragmati verò Ventriculus, Hepar, & lien adnectuntur. Vaſorum pariter communione Ventriculus conſentit cerebro, cui per ſexti coniugij neruum vnitur: vndè capitis dolor ex laborante ventriculo; vomitus autem ex cerebro, aut membranis eius, malè affectis. Atque ità quemadmodùm maiori in Mundo ſummus ille rerum Opifex entium varietate mirè delectatus, præter prima illa elementaria corpora, manifeſtis qualitatibus adeò inter ſe pugnantia, tòt foſſilium, tot ſtirpium, tot animantium ſpecies, naturâ inter ſe, viribuſque diſſidentes, creauit; omnia, iuxtà illud ſapientię 11., in numero, pondere, & menſura conſtituens; vnumquodque ſcilicèt in determinata ſpecie, ſuis abſoluta numeris, atque perfecta; menſurata tamen, atque intrà ſuæ eſſentię limites quaſi coercita, cum pondere, ſeu propenſione in proprium, ſibique peculiare bonum: quæ prout naturâ vel cognata ſunt & familiaria, vel, plus quam par eſt, diſſident, ad pacem & amicitias, ad odia, bellumque excitantur; mutuo tamen fœdere vnita, ad mundi elegantiam, perfectionemque mirificè conferunt, & quandam ceu harmoniam diſcordi concordia pariunt. Sic prorsùs in homine, minori mundo, rerum omnium compendio ſineque. *Eſt*, inquit Valleſius, *inter membra noſtra, cùm ſecundum naturam ſe habent, antipathia quædam, quam natura in bonum animantis creauit. Calida nimirùm demulgent friggida, friggida calidorum feruorem ſedant, Humida emolliunt ſicciora, ſicca confirmant humidiora: ità à ſe ipſis mutuò patientia, ac ſibi ipſis mutuò obſiſtentia, continent ſe ipſa in mediocritate animalibus vtili, atque hæc antipathia naturalis eſt.*

Conſenſiētia ex vicinitatis iure.

Rerū ſympathiæ, & anthypathię in vniuerſo mundo.

Vall. cōtr ou l. 4. c. 6. Antipathia inter humani corporis membra in bonum animātis creata eſt.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 35 sur 478

©BIUM

At manifeſtior adhuc ſympathia inter eadem cõſpicitur, dum præternaturali in ſtatu conſtituta ſunt, vt dictum fuit, ità vt, etſi partes omnes in humani corporis compage familiariter vniantur; aliquę nihilominùs ſunt occulta quadam maioriq; analogia ſociatæ, vt in lãguoribus re ipſa quotidiè experimur.

V. Venter Capiti, Caput carnibus ac Ventri, & reliquæ omnes iuxtà eandem rationem, quemadmodùm Venter capiti, & caput carnibus ac ventri.

Venter pluriſariam accipitur ab Hipp.

PLurifariam voce hac κοιλίη ideſt, Venter, vſus eſt Hippocrates, quippè qui interdùm thoracẽ, interdùm ventriculum, qui alimenta excipit; interdùm infimum ventrem, vbi ciborum ſuperfluitates colliguntur, modò vterum, modò internam quamlibet cauitatem cùm in cerebro, tum in Hepate, liene, cæteriſq; viſceribus exiſtentem, ea denotauit, vt clarè probat Foëſius in ſua Hippocratica Oeconomia: complures namque agnoſcit ventriculos in humano corpore; quinimmò lib. de arte, omne inconcretum, & quod non coaluit, nu. 10. ſiue pellicula, ſiue carne contegatur, ventriculum habere affirmauit; ità vt in bracchijs etiam, fœmoribus, Suriſque, vbi videlicet muſculorum intercapedines ſunt, ventriculos recenſeat, qui, dum ſanum eſt corpus, flatu ſeu ſpiritibus; dum ægrotat, ſanie, corruptiſque humoribus repleri aſſeruerit; & Ruffus Epheſius magnas omnes venas & ipſas ventres appellari teſtatus eſt lib. 1. de corporis humani partium appellatione c. 33., atque ab horum pleriſq; caput perpeti poſſe, iã docuit Gal. in 1. prorrhet. cõ. 3. t. 6., & Auic. lib. 3. fen. 1. trac. 1. cap. 15., De vno tamen inter cæteros inſigni, in quem ſcilicet alimenta colliguntur; maximumq; ficco & humido promptuarium vocatur lib. 1. de diæt., hic gratia exempli Hippocratem loqui, clarè oſtendunt, qui poſthac ſequuntur contextus. Huius itaque exemplo iam explicat Author, quod ſuperiori contextu generaliter de ſympathia docuerat; eodemque vtitur Gal. ad hoc ipſum perdocendum lib. 3. de loc. aff. cap. 5. ſub finem: Ventriculus etenim, cùm nernum perinſignem à ſexto cerebri cõjugio recipiat, ac per œſopha-

Ventriculus capiti cur maxime cõſentiat.

nu. 12.

gi

©BIUM

gi patentem viam, internamq; palati tunicam capitis partes attingat, tantus inter ipsum, cerebrumque, intercedit consensus, vt nullus sit in capite morbus, qui ab ipsomet ventriculo sympathicè prouenire non queat, vt sunt vertigines, sopores, Vigiliæ, Delitia, conuulsiuæ omnes, & apoplecticæ passiones, communicatis nimirùm humoribus, Vaporibus,
cap. 4. prauisq; alijs qualitatibus; ità vt iure Hipp. de hom. struct. hyperbole quadam dixerit. *Quæcumque passiones in capite fiunt, ex stomacho proficiscuntur*. Caput è contra, editissima in corporis parte residens, orbicularique, quam obtinuit, figura, omnium, quæ ingeruntur, superfluitates, ceu cucurbitula vndequaque attrahens, tenues præsertim, tum humores, tum vapores, qui innata leuitate facillimè ad ipsum eleuantur, si præternaturaliter repleri contingat; vel ab externa aliqua vi ad membranas vsque, aut ad cerebri substantiam affici; non modò ipsimet ventriculo, cui peculiariter sociatum est, suas illicò impertitur affectiones; ità vt ipso vulnerato, statim bilioſus superueniat vomitus, forsàm quod læsa pars, dum morbum à se excutere nititur, concutitur quodammodò, sociumque Ventriculum vnà commouet; cui bilis accurrens, vomitum excitat; sed ad carnes etiam quicquid noxium habet, transmittit, vt latè videbimus lib. 2., vbi de cerebralibus fluxionibus agemus. Ad carnes, inquam, tam musculosam, quàm parenchyman, seu viscerum propriam, cæterarumq. partium substantiam, non modò ob situs opportunitatem; verùm etiam, quòd omnibus per neruos, arterias, & venas colligatum sit. Et

Omnes capitis passiones à stomacho prouenium.

Capite vulnerato cur bilioſus statim aduenìat vomitus.

Iuxtà hanc rationem communicatis videlicet ad inuicem morbosis causis,

Cæteræ omnes partes vbi connexionẽ aliquam peculiarẽ habuerint, siue generis, siue proximitatis, siue muneris; in morbis inuicem sibi compatiuntur.

VI. Etenim vbi Venter egestionem moderatam non fecerit, & ini psum cibus ingeratur; humiditate ciborum ingestorum corpus irrigat. Ipsa autem humiditas à Ventre obstructa aceruatim ad Caput viam

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 37 sur 478

©BIUM

facit; & vbi ad caput peruenerit, à vasis in Capite non recepta, fluit quòcunque contigerit, & circùm circà caput, & in cerebrum per os tenue; & partim quidem os ipsum subit, partim verò circùm Cerebrũ per os tenue: & siquidem in ventrem rursus peruenerit, Ventri morbum inducit. Si verò ad aliquam aliam partem incubuerit; illi ipsi morbum facit. Ità etiam reliquæ partes altera alteri morbũ inducit.

PErgit Hippocrates eodem ventris exemplo patefacere, vt nam affectæ partes suas inuicem affectiones impertiantur: est siquidèm Ventriculus, vt suprà annotatum est ex. 1. de diæt. & 4. de morb., magnum sicco & humido promptuarium, quod ad maris instàr dat omnibus, & accipit àb omnibus: nam corpus ipsi retribuit, vbi vacuus fuerit, & fruitur de ipso, vbi plenus exiſtit. Cùmque, vt habetur ex Democrito libell. de nat. hum., naturalia inter viscera medius omnia suscipiens, chorum ducat, & accumbat coctionem gubernans: (naturali enim œconomiæ præficitur, naturæque thesaurus in ipso excudi incipit, quo insiti deindè caloris dispendia reparantur), dum ex vegetabilibus, animantibusq; probata alimenta in alibilem succum excoquere nititur, studio indiget non vulgari, tùm in qualitatis delectu, tùm in quantitate, ordine, & tempore, quò propositum finem assequi valeat: nã aliòqui pro alimentitio humore varia gignuntur excrementa, morborum ferè omniũ, tum animi, tum corporis, fatalis causa atque origo. Vnde cecinit ille.

1. De Diæt. nu. 13. 4. de morb. nu. 2. & 15.

epist. 23. nu. 38.

Horat. lib. 2. Satyr. 2.

..... At simùl assis
Miscueris elixa, simùl Conchilia Turdis,
Dulcia se in bilem vertent, stomachoque tumultum
Lenta feret pituita. Vides vt pallidus omnis
Cœna desurgat dubia? Quin corpus onustum
Hesternis vitijs, animum quoque prægrauat onà,
Atque affligit humo Diuinæ particulam auræ.

Diog. Laert. in vita Diog. Cynic. Venter vitæ Charybdis datorq; omnis iucunditatis & iniucunditatis.

Iure igitur Diogenes cynicus Ventrem vitæ Charybdim appellabat; & Arætæus, Ducem & datorem omnis iucunditatis & in-

©BIUM

& iniucunditatis. Huius itaque exemplo vtitur, eò quòd ex hoc vno partium ferè omnium morbi prouenire queant: *Ventris namque segnities* (tum videlicet in coquendo, tum in egerendo) *omnium confusio, vasorum impuritas, cerebri diminutio* scripsit 6. epid. sec. 3. initio; & Q. Serenus. Q. Serenus Sämonicus

Qui stomachum Regem totius corporis esse
Contendunt, vera niti ratione videntur.
Huius enim validus firmat tenor omnia membra:
At contrà eiusdem fraguntur cuncta dolore.

Inter plurima autem, quæ in cibo administrando commicti possunt errata, eius tantumodò meminit, quod in tẽpore consistit, tamquam maximi, atq. omniũ frequentissimi: sępè namq. ciborum suauitate illecti homines, nouum assumunt alimentum, veteri non dum elaborato neq. digesto, nullaque adhùc accedente necessitate. Neq. enim ventriculum consulunt, cui tamen hoc munus delegatum est, vt quodam ceu latratu molestiaq. de sua non minùs, quàm de cæterarum partium indigentia indiciũ præbeat: vt enim retulit Auic; *natura fecit vnum membrum pro se & alijs appetere cibum, alimentique absentiam sentire, vt onus aliorum solus ipse portaret*; Quod pro more elegantius iam priùs docuerat Hipp. 1. de diæt. ijs verbis. *Venter, quòd* Ventriculus suo latratu cęterarum partium indigentiam indicat. Aui. fen. 18. 3.

intelligi non potest, nouit: per hunc enim intelligimus, quod sitit corpus aut esurit. & Macrobius *Stomachus Paterfamilias dici meruit, quasi omne animal solus gubernans: nàm si ægrescat, vita in ancipiti est, titubante alimoniæ meatu; cui natura, tamquam rationis capaci, velle ac nolle contribuit*. Hinc artis Magistrum, ingenijq. largitorem appositè eum appellauit Satyricus ille; quasi pleraque hominum pars, vt diris huius latratibus presto esse possit, industri vti labore assiduè cogatur. Prudenter itaq. Socrates apud Plutarchum monebat, cauendum esse à cibis, qui non esurientes demùm ad edendum inuitant; & cauendum à potubus, qui non sitientes ad bibendum illectant: nam *voluptas esca malorum est*, inquit Plato in Timæo; *quandò scilicet ea capiantur homines vt hamo pisces*. Atqui magna sæpè molestia torquent, quæ iucunda affrenataq. voluptate fuerunt assumpta: Quã ex intemperantia molestiã Plinius acriter exprobrauit nat. hist. lib. 26. cap. 8. *Plurimùm tamen negotij*, inquit, *aluus homini exhibet, cuius causa* Macrob. lib. 7. Satur. c. 4. Persius in prolm. Satyr.

maior

©BIUM

Ventriculi affectus.

maior pars mortalium viuit. Aliàs enim cibos non transmittit, aliàs non continet, aliàs non capit, aliàs non conficit; Eoque mores venere, vt homo maximè cibo pereat. Pessimum corporum Vas instat vt creditur, & sæpius die appellat. Huius gratia præcipuè auaritia expetitur, huic luxuria conditur, huic nauigatur ad Phasin, huic profundi vada exquiruntur: & nemo vilitatem eius æstimat consummationis fœditate. Sed.

Ouid. lib. 15. metamorph.

Heu quantum scelus est in viscere viscera condi,
Congestoque auidum pingue scere corpore corpus
Alteriusque Animantem Animantis viuere letho?
. . . . . .
Ergo ne pietas sit victa cupidine Ventris
Parcite (vaticinor) cognatas cæde nefanda
Exturbare animas, nec sanguine sanguis alatur.

Ex pluribus ergo erroribus, qui in tantæ molis re committi possunt, illius tantumodò iam meminit, qui congruo non expectato tempore committitur; tanquam scilicet præcipui, frequentioris, & à quo vno, si quis studiosè sibi caueat, reliqui, si quandò perpetrentur, facilè corrigi queant: debito namque adhibito tempore priusquam nouum ingeratur alimentum, & prauam ciborum qualitatem, & nimiam quantitatem, & perturbatum ordinem non raro superabit natura. Errorem hunc in victu vbiq. magnifecit Hippocrates eumque proindè pluribus regiſtrauit in locis, vt libro de vet. med. de diæt. de victu acut; nec non 4. de morb., symptomata describens, quibus ij conflictari consueuerunt, qui præter morem prandentes, tempus proindè anteuertunt, ipsumque ventriculum, prioribus adhuc cibis onostum, iterùm explent. Ergo.

De vet. med. nu. 19. & 20. De Diæt. lib. 3. num. 8. & deinceps. De vict. acut. nu. 15. & 57. De morb. lib. 4. n. 23.

Cur Venter egestionem moderatam non fecerit, & in ipsam cibus ingeratur.

priori videlicet cibo adhuc feruente; aut, quamuis cocto & per chylosin ad cremorem redacto, non dum tamen egesto atque euacuato, seu per pyloron ad graciliora intestina detruso: itaut Ventriculus adhuc distinctus, priorique sarcina onustus, noua excipiat alimenta. Vbi notandum dixisse

egestio-

©BIUM

egeſtionem moderatam, *κατάκρισιν* ſubductionem: haud enim ceſſe eſt Ventriculum penitùs exinaniri priuſquàm denuò repleatur; etſi id velle videtur Galenus ijs verbis. *Vacus priuſque Ventriculus ſecundum cibum excipiat*; ſed ſatis eſt ſi maior chyli pars, quæ tum qualitate, tum quantitate moleſta erat, fuerit euacuata, ità vt interior ventriculi tunica reliquiarum ſaltem benignitate etiam num madeat: alioqui, vt notat Petronius, lib. 5. de vic. Rom: cap. 12., ventriculo penitùs exinanito, ea ſtatim excitantur ſymptomata, quæ de impranſis retulit. Hipp. lib. de vet. med., impotentia videlicet, tremor, animi deliquium, oculi pallidi, vrina craſſa & pallida, os amarum, & viſcera præ ſiccitate quaſi conuulſa pendere ipſis videntur, vertigo, iracundia, triſtitia: pars etenim neruoſa, vtpote ventriculus, cibi humiditate deſtituta, ſtatim àb interno calo re exiccari incipit: ac dum contrahitur, adnexa pariter viſcera trahit. ſatis igitur erit, ſi moderata fuerit egeſtio atque inanitio, modo iam explicato

nn. 19. & 20.

Ventriculus non omninò exinaniẽdus priuſquã nouus cibus ingeratur. Gal. 7. meth. c. 6.

Humiditate ciborum ingeſtorum corpus irrigat.

ideſt, replet, & quaſi inundat, ſemicrudo remanente chylo, plurimiſque genitis excrementis òb debitum tempus non ſeruatum in victus ratione: quæ excrementa ventriculus, vt ſe exoneret, in venas, ac demum in omne corpus trudit.

Ipſa autem humiditas à Ventre obſtructa, acer-

uatim ad caput viam facit. non enim totus excrementitius ſuccus, in ventriculo genitus, ad viſcera transfunditur, ſed pars eius aliqua, craſſior nempè, retinetur; atque hæc, partim in vapores à calore extenuata, ad caput eleuatur, partim verò per æſophagum, interioremque palato adhærentem membranam, quæ his cruditatibus præcipuè madet, ſurſùm ab ipſomet capite trahitur, tum òb cognationem, quam habet cum pituitoſa materia, tum òb figuram, quam refert, cucurbitularem, trahendo aptiſſimam; eò magis, quòd pituita ſuo lenctore ductilis ac ſequax ſit; ità vt vna parte attracta, altera etiam ſequatur. Hoc ipſum liquidò docuit Hipp. 4. de morb. inquiens. *Quantum*

aum-6

in

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 41 sur 478

©BIUM

in cibo & potu pituitæ eſt, illud vbi ad ventriculum peruenit, partim corpus ad ſe ipſum trahit, partim caput, vt quod cauum ſit, & tamquam cucurbitula corpori incumbat, ad ſe trahit, vtpotè viſcoſa exiſtente pituita, ita vt hanc alia ſequatur ad caput. num. 26.

Et vbi ad caput peruenerit, à vaſis in capite non recepta, fluit quòcunque contingit, & circùm circà caput &c. *altera enim pars,* dixit Hipp. lib. 1. de morb. mul. *ad alteram delegat in corpore, vbi ſingulis plus; quàm oportet, affuerit, & continere non poterit.* Pars ergo quælibet, vbi humorem, vel qualitate, vel quantitate infeſtum, ſenſerit; dummodo valida ſit, eum illicò ad imbeccilliorem partem depellit: ità vt in humani corporis regimine, id ipſum ſeruari appareat, quod in oligarchia, potentiorumque imperio, in quo omnia Reipublicæ onera in infimam plebem reijciuntur, potentiſſimis viris omnia in ſuum vſum vertentibus. Hoc de capite docuit Hip. lib. de gland. per hæc verba. *Caput ſuprà ſitum eſt, ſurſum cauum ac rotundum exiſtens & humiditatem ex reliquo corpore complectens, & corpus ſimùl vapores omnis generis ſurſum in caput dimittit, quos caput rursùs retrò dimittit: non enim commorari ac manere poteſt id, quod inſluit, non habens vbi ſedem firmet, niſi ſanè corpus ægrotet: tunc enim non remittit, ſed iſtuc retinet.* fluit igitur quocunque contingerit faciliores dari vias, directas videlicet, amplas, ingreſſui patentes, egreſſui anguſtas & coarctatas, decliues, per quas proprio pondere materia delabitur. Fluit quà minorem contingerit dari reſiſtentiam ob excipientis partis imbeccillitatem, vel naturalem, vt adenum, cutis, Pulmonumque ob raram ſpongioſamque texturam; vel morbo contractam, vt parte contuſa, vulnerata, aut alio quouis modo afflicta. *Alterius loci morbos loca excipientia,* inquit Hip. 6. epid. *aut ob dolorem, aut ob granitatem, aut propter aliud quiddam liberant, aut quod alijs ſint communicationes.* Non modò itaque ad ſubiectas partes, locoque diſſitas, pluuiæ inſtar, excrementitia illuuies delabitur, ſed eædem capitis particulæ alterna pugna noxium humorem à ſe ad proximam debilioremque partem propellunt: vtque in præſenti textu habetur, interdùm intùs extrà effun-

num. 87.

num. 57.

Humani corporis regimen oligarchia eſt.

Hip. 6. epid. ſec. 3. in fine, & lib. de humor. n. 9.

©BIUM

effunditur, & vel circà caput & caluariam excurrit lædítque, vel, neque ibi locum reperiens, intùs regreditur ad cerebrum per os tenue, hoc eſt, ſinciput ſagittali ſutura diſcriminatum, omniaque inter capitis oſſa tenuiſſimum, ac proindè facilè permeabile; vnde & os tenue appellatur etiam lib. de
nu.4. vuln. capit., & à Gal. 13. meth. cap. 22. Huius interdùm humoris pars aliqua caluariæ ſubſtantiam inter duas laminas ſubit, pars ad ipſum cerebrum regreditur per idem os. Quos quidem tàm varios caſus proponit Hipp., ad oſtendendam humoris inconſtantiam, variàque, quæ parit, accidentia; cùm non habet vbi ſiſtatur. Cæterùm inter oſſeas duas caluariæ ſuperficies, ſeù laminas, meditullium diploes dictum, continetur; venulis, arteriolis, carunculiſque intextum, fluHip. de cap. vuln. n. 3.
nu.7. xionibus ſuſcipiendis aptiſſimum: Vndè Hip. 2. de morb. de quadam oſſis capitis carie mentionem habet, ex ſuperueniente pituita, & inter duas laminas exſiccata, oriunda. At ſi caput perualidum fuerit, longius ad ſubiectas partes noxium depellit humorem ad ventrem nimirum, tum ſuperiorem, tum inferiorem, tum medium, ad carnes, ad articulos, ad viſcera quæcumque; & quocumque peruenerit, ibi morbum excitat. Verùm cum de fluxionibus hiſce pluriès infrà ſimus verba facturi, ad reliqua nunc properemus.

Ità etiàm reliquæ partes altera alteri morbũ inducit!

quæmadmodùm caput ſiue congeſtione repletum, ſiue fluxione, dummodò validum ſit, ſuperuacaneam materiam quà poteſt trudit, & quòcumque appulerit, morboſum reddit; ita prorsùs & cæteræ partes ſe ſe inuicem lædunt, dum ſuperuacanea ſibi inuicèm transfundunt: Quinimmo ex hoc optimum prædicendi genus docuit Hipp. lib. de homin. nat.,
nu.19. inquiens. *Morbi quicumque à fortiſſima parte corporis ſunt, grauiſſimi exiſtunt: etenim ſi iſtic, vbi initium ſumpſerint, permanſerint, neceſſe eſt fortiſſima parte laborante totum corpus laborare: & ſi à ualidiſſima ad quandam debiliorem tranſierint, difficulter ſoluuntur. Quicunque à debilioribus partibus ad fortiores tranſierint, commodius ſolui poſſunt: nam confluentia à ui ipſarum conſumuntur.* Morbi à fortiſſima parte proueniẽtes grauiſſimi ſunt; & è contra.

D Et

©BIUM

VII. Et optimum fuerit ſic curare ægrotas per has, quæ morbos faciunt: ſic enim quam optimè principium ægrotantis quis ſanauerit.

Sympathicorum morborum curatio.

ENarrata partium ſympathia & conſenſu ex proximitate & communione vaſorum, vniuerſalem iam methodum tradit, qua morbi hi omnes ſympathici, & ab alia parte prouenientes, curari debeant: peculiari ſiquidem animaduerſione indigent hæ affectiones; neque communem cum cæteris curationem admictunt. Ex quo ſapientiſſimus Senex 6. epid. ſect. 8. eam protulit ſententiam. *Conſiderandum quod cognatum eſt, & quod per ſe, & quanto magis ac minus.* Optimum itaq; fuerit, plenumq. conſilij, quemadmodum pars altera alteri morbum induxit, ſic alteram per alteram curare; cum vera curatio in ijs, quæ à cauſa pendent, in cauſæ ablatione conſiſtat: morborum etenim per conſenſum conſeruans cauſa eſt pars primariò affecta; vnde huic potiſſimùm occurrendum eſt: ea namq; curata, eueſtigio & conſentiens pars curabitur, velut vmbra deperit opaco dempto corpore. Hipp. lib. de affect. alui Fluxiones curare docens, quæ à cerebro prouenium, ſic locutus eſt. *Oportet ipſos ſic ſanare, ità vt defluxum à capite & ſuperiore ventre intercipias, aut auertas: morbi enim natura hinc eſt; & nemo ſententiam tuam reprehendet. Fermè autem & reliquos morbos ſic conſiderare oportet, vnde vnicuique natura ſit; & ſi ſic conſideraueris, ac deprehenderis principium morborum, minimè aberraueris*, vtque protulit 2. epid. ſec. 4. in fine, *ad cauſam deuenire oportet, & cauſæ principium*, quod idem habetur hìc etiam inferius t. 18. lib. 3. Quod ſi ſecùs facias, partiq. per conſenſum affectæ remedia adhibeas, vel nihil proderis, vt de illo narrat Galenus, cui trium digitorum ſenſifica facultas deperierat, nilque auxilij perceperat ex medicamento per menſem ijs adhibito; quod deindè ſpinæ applicitum, breui integram attulit ſanitatem. Vel ſi leuior interdùm reddi videatur affectio, diſcuſſà leui aurà, aut humore à locali medicamento; ſuperſtite tamen morbifica remanente cauſa, denuò ſubcreſcet, & fortaſsè deterior òb labefactatam partem àb inutili medela. Ex hoc tamen ordi-

num. 26.

Gal. 1. de locis af. cap. 6.

©BIUM

ordine eximendi veniunt morbi, qui per deutheropathiam oriuntur, & secundarij appellantur: hi namque, & si à prothopathia ac primario morbo producti sint; attamèn, cum nequaquàm in continuo sint fieri, vt morbus verè per consensum, cuius vix aliqua præternaturalis dispositio est in parte affecta in facto esse, sed tota est in fieri, totusque dependens in conseruari à parte primariò laborante; præsertìm si consensus negatiuus sit: tunc enìm nil penitùs præternaturaliter reperire est in parte consentiente, vt in oculo laborante cœcitate ex obstructione opticorum neruorum; sed sunt in facto esse; ideò non curantur ad primariæ affectionis curationem, sed peculiari indigent prouidentia, vt apparet in pleuritide, quæ àb Angina per morbificæ materiæ metastasim genita est. Attamen silentio minimè prætereundum sympaticos hos morbos, si diutius permanserint, in idiopathiam, propriumque affectum sæpè numerò immutari, læsa partis temperie, vitiataque substantia: ac tunc non satis erit primarium remouisse morbum; siquidèm non amplius àb eo pendet in fieri, sed aliquid propriæ passionis reperitur in parte etiam consentiente, quod per se curari postulat, non per accidens ad alterius curationem. In vniuersum igitur ità instituenda curatio est, vt habetur lib. de nat. hom. nimirùm
nu. 25. vt morborum causis nos semper opponamus.

Morbi secundarij vt curandi.

Sympathica affectio tota est in fieri.

Sympathici affectus, si diutius perseuerent, in idiopathiã transmutantur.

VIII. **Corpus porrò ipsum sibi ipsi idem ac simile est, & ex ijsdem compositum est: Similiter autem habet & paruas, & magnas partes; itèq; infernas ac supernas.**

Corpus humanum sibi ipsi idem ac simile est.

IAm incipit Hippocrates fundamenta ponere pro sympathia ex generis affinitate, cùm hucusque satis egerit de ea, quæ ex proximitate prouenit, & ex operis communione. Verùm sermone vtitur tam graui, vt haud facile sit intelligere, quid ijs verbis sibi voluerit. *Corpus sibi ipsi idem & simile est.* Si namque eorum amplecteremur sententiam, qui totum à partibus collectiuè acceptis realiter distingui asserunt; vtique non arduum esset hunc contextum interpretari: sed quoniam Medici est sensatam sequi doctrinam, neque sophisticis assentiri

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 45 sur 478

©BIUM

Similitudo inter quæ sit.

sentiri rationibus ; (vix enim concipi potest quid aliud corpus sit, quàm partes simul vnitæ) ideò aliquid negotij facessit modus ille loquendi. Similitudo etenim inter ea tantummodò cadit, quæ cùm non sint eadem simpliciter numero, in aliquo tamen, vel in pluribus conueniunt: ex quo ad eam propriè requiritur substantiæ diuersitas, vt docet Philosophus 16. metaph. t. 11., explicuitq; Gal. 3. de simpl. med. facul. cap. 25. Inanis præterea videtur oratio dicentis aliquid esse idem sibi ipsi. Attamen omnis porrò diluitur ambiguitas, si dicamus Hippocratem hic peculiarem quandam partium humani corporis conditionem insinuare, ex qua habent, vt quamuis aliæ principes sint, aliæ infimæ sortis, quælibet tamen, &si minima, ex ijsdem omninò componitur, ex quibus quæ maxima & præcipua est; ex carne videlicet, seu musculis, neruis, arterijs, venis, cæterisq; huiuscemodi, ità vt corpus totum idem sit, sibique simile, secundum omnes sui partes; quæ scilicet membri appellatione dignentur, cum omnes ex ijsdem compositæ existant. Ex qua profectò positione, ipsimet sensui manifesta, perpulchra deindè problemata, ipsamque ex generis affinitate sympathiam, luculenter explicabit. Vnde sic pergit.

Similiter autem habet & paruas & magnas partes; itemque in fernas atque supernas. similiter tum artificij præstantia, tum componentibus partibus, ad instàr videlicet maioris mundi, in quo ea fuit Creatoris in res omnes creatas benignitas, vt nihil ineffabili sui beneficentia destitutum reliquerit. *Deus*, inquit Trimegistus in suo Pimandro, *totius expers inuidiæ vbique splendet*; nullaque res, quamuis exigua, est naturæ, ex Aristotelis sententia, in qua mirandum aliquod inditum non habeatur: nam omnibus naturæ numen, & honestum pulchrumque inest ingenium; vtque sapienter notauit Galenus, Sapientiam, Virtutem, & Prouidentiam in his inferioribus similem inuenies, ac in superioribus Creaturis, adeò æquali pietate in omnes vsus fuit summus ille opifex. Atque hinc factum existimat Riolanus, quòd Diuinæ humanæq; sapientiæ Proceres, omniumque sapientis-

Deus vbiq; splendet.

Ar. l. 1. de part. c. 5.

Gal. 17. de vsu part. c. 1. Riolan. in Fernel. de abd. rerum caus. cap. 1.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 46 sur 478

©BIUM

pientiſſimi Aegyptij, viliora quædam vegetantia brutaque non ſine rudiorum hominum irriſione; adorarent; de quibus ſic cecinit ille

Aegyptiorũ myſterioſa religio.

. illic

Oppida tota Canem venerantur, nemo Dianam:
Porrum & cæpe nefas violare, ac frangere morſu.
O' ſanctas gentes, quibus hæc naſcuatur in hortis
Numina.

Iuuenalis Sat. 5.

Cum tamen rationabile ſit ſagaciſſimos viros, bonarumq; omnium artium parentes, non cò ſtupiditatis deueniſſe, vt rudẽ ſubſtantiam, quæ paſsim repericbatur in vijs, venerarentur; ſed myſtico potius sẽſu naturæ numen, ſeu Diuinitatis veſtigium, quod in re vnaquaque, quamuis abiectiſſima, quaſi cæleſte radium ſplendet, & per quod vegetare plantis, ſentire animantibus, ratiocinari hominibus datum eſt, reſpexiſſe. Ità profectò & humanum corpus non minori artificio totum fabrefactum eſt, quàm membrum quodlibet illud componens: neque nobilior pars meliùs conſtructa eſt, quàm ignobilior, cum omnia facta ſint ad proprias particulariter actiones obeundas: nam quemadmodum corpus, totale ipſius Animæ inſtrumentum, tam affabrè ad illius exigentiam efformatũ apparet, vt nil aptius excogitari poſſit; ità quæuis corporis particula, propriâ figurâ circumſcripta, peculiariq; functioni dicata, vt oculus, lingua, cæteraq; huius generis, tam apta figura, ſitu percommodo, decenti magnitudine ad propriæ actionis exigentiam fuit conſtructa, vt miram Creatoris prouidentiam atque artificium præ ſe ferat. Atqui præter hanc artificij æquitatem, corpus etiam totum, ſingulaſque eius partes, ijſdem coagmentare Creatori placuit: ac proindè Corpus totaliter acceptum ſimile eſt ſibi ipſi ſecundum partem quamlibet, ex qua componitur: ſimile, inquam, non modo quatenus æquali prouidentia ingenioque, pro actionũ requiſitu, partes omnes atque totum conſtructæ ſunt; verum etiam ſimile eſt quatenùs partes eius omnes, ſiue magnæ, vt caput & artus; ſiue exiguæ, vt minimus digitus, ſiue ſuperiores, ſiue inferiores, ex ijſdem omninò componuntur, eaque omnia habent, quæ totum corpus, carnem, videlicet, Venas,

Gal. 3. de vſu part.

Pars quælibet miro artificio conſtructa eſt.

©BIUM

uas, Arterias, Neruos, Membranas, cæteraque huiuſcemodi, quæ in humana compagine conſpiciuntur.

IX. Et ſi quis minimam corporis partem acceptam malè afficere velit, totum corpus affectionem ſentiet, qualiſcumque tandem ea fuerit, propterea quòd minima corporis pars omnia habet, quæcunque & maxima.

Minima, quauis parte malè affecta, totum corpus malè afficitur. & cur.

POſitionis huius ratio partim in textu continetur hactenus enarrato, partim in eo, qui mox explicabitur. Poſitio verò talis eſt. Minima parte affecta, totum corpus affectionem ſentit. Cuius quidem effectus cauſam Philoſophus in Animæ dumtaxat vnitatem referret, cum vna eademque ſit, quæ corpus totum, eiuſque omnes partes informat & animat, proinde vbicumque ea afficiatur, tota ſemper afficitur. Poſſet id etiam adſcribi partium connexioni, quemadmodùm primo Libri huius contextu dictum fuit. Altera tamen, eaque ingenioſiſſima hìc affertur ratio; eò ſcilicet, quòd pars quæcunque ea omnia habeat, ijſdemque conſtet, quibus maxima atque totum corpus: quam ſententiam videtur citaſſe Galenus lib. 6. de vſu par. cap. 16. Verùm vt nam id fiat, proximus contextus liquidò explicabit.

X. Inſuper quicquid tandem minima pars pertulerit, ad gentilitatem refert, & transfert, vnaquæque ad ſuam, ſiue bonum, ſiue malum id fuerit: & propterea corpus & dolet, & lætatur cùm minima gente, quia in minima omnes inſunt partes, & hæ ad gentiles ſibi ipſis ſingula transferunt, & omnia denunciāt.

HIc tandē expreſsè proponitur ſympathia ex generis affinitate; ex qua illud fit, vt minima quauis corporis parte affecta, totum corpus afficiatur. Cùm enim ex naturali hoc conſenſu accidat, vt pars quælibet in conſenſum trahat alias ſibi congeneres, vt nerui neruoſum genus, venæ venoſum,

ac

©BIUM

ac ſic de reliquis; cum præterea particula quælibet ea habeat omnia, quæ maxima ac totum corpus, indè manifeſtè fit, vt affecta quauis minima particula, reliquæ omnes eiuſdem generis, totumque denique corpus, quod ijſdem refertum eſt, coafficiantur: Quaſi huiuſmodi, ſimiliue argumento, demonſtratione que vtatur Hippocrates.

Minima quacumque corporis parte affecta, afficiuntur reliquæ omnes ei congeneres;

Sed totum corpus, ſingulæque corporis partes habent ei congeneres; ergo.

Totum corpus, ſingulæque corporis partes afficiuntur affecta minima quauis corporis particula.

Maior argumenti huius propoſitio expreſsè continetur in præſenti textu, in ijs videlicet verbis *Quicquid minima corporis pars pertulerit, ad gentilitatem refert.* Tranſlatiuè namque & per methaphoram voce ὁμοεθνης hoc eſt, gentilitatis, vtitur pro multitudine ſcilicet rerum eiuſdem rationis & eſſentiæ, quaſi hæ gentilitatis iure quodam, ſocietateque coniungantur, deſumpta methaphora à maiori mundo, qui velut varijs completur gentibus, nationibuſque; ità & minor, hoc eſt, humana creatura, varijs partium generibus, venoſo, arterioſo, neruoſoque &c. coagmentatur & perficitur. Minor autem propoſitio habetur textu 8. & 9. verbis ijs. *Minima corporis pars ea omnia habet, quæcumque & maxima*, vt ibidem explicatũ fuit. Supereſſet videre quæ nam cauſa ſit, cur parti cuilibet congeneres omnes partes coafficiantur: quod tamen tex. 4. factum eſt: vbi cum Fracaſtorio diximus rationem cur aliquid in aliquid agat, referri in Agentem, in Materiam, in applicationem: propter quæ non omnia agunt in omnia, ſed determinata in determinata, quæ analoga dicuntur; vbicumque enim eſt Agentis facultas, aptitudo materiæ, conueniensque applicatio, ibi eſt vera analogia, neceſſarioque ſequitur actio. Cum autem materiæ aptitudo conſiſtat potiſſimum in affinitate, ſimilitudineque, quam habet cum materia Agentis; vnde contraria, inter quæ naturaliter ſequitur actio, definiuntur àb Ariſtotile eſſe genere, hoc eſt, ſubiecto idem, ſpecie autem, ſeu forma actiua accidentali diuerſa; hinc

Partes congeneres cur ſimul coafficiantur.

Fracaſt. de rerum ſympath. cap. 11. & lib. de cont. c. 8.

Materiæ aptitudo vt patiatur vbi conſiſtat.

Ariſt. 1. de gen. & cor. t. 50. & 51.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 49 sur 478

©BIUM

hinc ſequitur inter partes ejuſdē rationis promptiſſimè actionem fieri, ſi earum aliqua contrariam acquiſiuerit diſpoſitionem. Huc accedit, quod congeneres partes àb eodem principio vt plurimum exoriuntur; vndè cum inter ſe continuæ plerumque ſint, magis applicatæ dicendæ erunt, quàm quæ ſunt contiguæ tantùm: At maior applicatio, vt dictum fuit, promptiorem abſque dubio reddit actionem. Neque dicas ex dictis ſequi morbos omnes eſſe vniuerſales, cum numquam vna tantùm pars, ſed corpus vniuerſum ſemper afficiatur: nam morbi vniuerſales ſunt, qui in toto corpore vel in pluribus præcipuiſque partibus ſubiectantur: nos autem cum Hippocrate dicimus ex morbo, qui in minima quauis parte reſidet vt in ſubiecto, totum corpus non quidem eſſentialiter ægrotare, ſed coaffici, ſociæque partis affectionem ſentire òb adductas rationes, quod vtique valdè diuerſum eſt,

XI.

Natura corporis principium ſermonis in medicina.

Cæterùm natura Corporis principium ſermonis in arte medica.

HActenùs vniuerſalia de humano corpore præfatus eſt Hippocrates; cumque ad particularia iam deſcendere intendat, quaſi analyticum, diſſolutiuumque ſeruet ordinem, à toto ad ſingulas procedens partes, attentum priùs reddit lectorem rei neceſſitate propoſita, auream hanc proferens ſententiam. *Natura Corporis principium ſermonis in arte medica*; quaſi àb exacta naturæ cognitione exordiri debeat Medicus, nilque in præclariſſima hac diſciplina diſſeri, nedum rectè operari liceat, niſi humani corporis natura quam optimè prę- Cap. 2.
cognita. Hinc Galenus in libro, qui Medicus inſcribitur, hanc ipſam explicans ſententiam, naturæ ſpeculationem, ex Athenæi, aliorumq. veterum opinione, interpretationis, ſeu, traditionis principium vocat: nam à naturæ inſpectione Dogmatici auſpicantur, quoniam ex ijs, quæ ſecundum naturam ſunt, & illa, quæ contrà habent, poſſunt cognoſcere. Atqui, ſi eſt principium, certè non niſi extrinſecum eſſe poſſe indè apparet, quòd, vt egregiè docet Auicennas, phyſica potius eſt naturæ contemplatio, ità vt ſi quid de illa aut cognoſcit,

Auic. fen. 1. doc. 1. lib. 1. cap. 1.

©BIUM

gnoſcit, aut ratiocinatur Medicus, vel à Phyſicis accipiat, vel tanquam Phyſicus diſſerat, cùm extrà medicæ artis limen omninò ſit. Natura itaque extrinſecum erit ſermonis principium in arte medica; intrinſecus verò phyſicæ finis, ſaltem partialiter; ex quo dici ſolet Medicum incipere, vbi deſinit Phyſicus. Quod ſi ità eſt, cur inter medicinæ partes Phyſiologiâ connumeramus? vt patet ex eodem Galeno libro nuper citato, cum illa humanæ naturæ tum proximas, tum remotiores cauſas ad ſimpliciſſima vſque principia, ſubſtantiam, temperamentum, ſtructuram, operationes, vſuſque quàm ſedulò rimetur? An ex fine diſtinctio oritur inter diſciplinas, diſtingunturque etiam ex modo procedendi? Agit profectò de humana natura Phyſicus; agit Medicus. Ille quidem ſui obiecti partem (entis videlicet naturalis, in cuius latitudine & homo comprehenditur) contemplatur, illiuſque cauſas omnes diſcutit, ſanitatem nihilominùs, atque morbum conſiderans tanquam ſui obiecti paſſiones: eo tamen fine, vt cognoſcat tantumodò, quo quidem pacto ſpeculatiuæ à practicis, hoc eſt, actiuis vel factiuis omnibus diſtinguuntur; vt patet ex 6. ethic. & 3. de an. Hic verò eadem prorſus conſiderat; eòque exactius, quo eius magis intereſt ad indiuidualia vſque callere, cùm non modò communem omnium naturam, ſed cuiuslibet propriâ ſcire eum oporteat, vt ex ipſo Hippocrate docuit Galen. 1. ad Glauc. circa indiuidua enim operaturus eſt; alio tamen fine; vt medicas ſcilicet operationes in Sanitate vel retinenda vel reſtituenda inde dirigat, eaſque paſſiones, ſanitatem nimirum & morbum, non ſimpliciter vt Phyſicus, ſed quatenus amiſibilem & recuperabilem conſiderat, vt liquet ex Ariſt. opuſculo de ſanitate & morbo. Quid ergo Medicus mutuatur à Phyſico? ſuæ artis fundamenta; an ſcilicet ſint, quot ſint, quomodo ſint, & quæ ſint, Elementa, Complexiones, Humores, Membra, Spiritus, Virtutes, & Operationes, quibus omnibus humana natura completur. Hęc tanquam probata aſſumit, colligitque; ijſdem ſuam condit phyſiologiam. Enarrat tantumodò, non rationum momentis diſquirit. Ex quo etiam apparet diuerſus agendi modus in his diſciplinis, cùm Phyſicus probando,

Cap. 7. & 8.

Phyſiologia quomodo inter medicinæ partes connumeretur.

Diſciplinæ à fine diſtinguuntur, & ex modo procedendi.

Sanitas conſideratur à Philoſopho, & à Medico, ſed diuerſimode.

6. ethic cap. 2. 3. de an. c. 46.

Hip. 1. epid. ſec. 3. initio.

Medicus quid mutuetur à Phyſico

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 51 sur 478

©BIUM

Medicus verò probata assumendo, naturalem hunc partem costituant. Verùm obstat adhùc ipse Hippocrates, qui lib. de vet med., necnon de nat. hum. naturæ cognitionem Medico minimè necessariam, neque quid vtile de ea à Physicis mutuare posse asserit ijs verbis. *Porrò Medici quidam, itemque sophistę dicunt, quod impossibile est medicinam cognoscere eum, quì non nouit quid sit homo, & quomodo primùm factus & compactus sit: Ego autem ea, quæ alicui sophystę aut Medico de natura dicta sunt, aut scripta, minùs censeo medicæ arti conuenire, quàm pictoriæ. Iudico autem de naturæ aliquod manifestum & euidens cognoscere, ex nulla parte aliundè contingere, quàm ex medicina; atque hoc tunc condiscere possibile est, vbi quis ipsam medicinam totam rectè comprehenderit. Quò quidem plerique mihi peruenisse videntur. Cognouisse autem dico narrationem hanc. Quid est homo, & ob quas causas nascitur, & reliqua diligenter. At mihi necessarium esse videtur, vt omnis Medicus de natura sciat, & omni studio annitatur vt cognoscat, si modò eorum aliquid, quæ fieri debent, rectè præstare velint, quid est homo ad ea quæ comeduntur & bibuntur comparatus, & quid cuique ab vnoquoque contingat &c.* Vbi videtur asserere physicas cognitiones de homine haud esse necessarias medico, sed peculiares potius cuiusque naturas sciri oportere, vt nam scilicet quis se habeat in alimentorum coctionibus, & à quo benè, vel malè afficiatur: Hinc enim morborum cognitio aperitur, quæ via deindè est ad curationem. Quæ notio vt difficillima est, neque, nisi longa obseruatione, acquiritur; ità medicinæ faciendæ quàm plurimùm absque dubio conducit; Vndè Galenus 3. meth. c. 3. *si cuiusque priuatim naturam explorare ad vnguem scirem, vtique qualem fuisse Aesculapium mente concipio, talem me esse putarem.* Huic consensit etiam libellus de nat. hum. in principio, vbi sic legitur. *Quicunq. de natura humana amplius disserentes audire consueuit, quà eius ad medicinam pertinet, huic non est commodum hunc meum sermonem audire &c.* Assentitur etiam Celsus lib. 1. de re med. cap. 1. vbi magnum, vetusq. fuisse dissidium narrat inter rationales & empyricos Medicos, num rationalis hæc disciplina ad Medicum pertineret; annuentibus illis, his verò repugnantibus, quasi vsus solummodò atq. experientia satis sint; natura

Naturæ cognitio an sit medico necessaria. num. 36.

num. 1.

©BIUM

tura autem incomprehensibilis, ac penè inexcrutabilis. Censet demum ipse hanc rerum naturæ contemplationem non facere quidem Medicum, quamuis Medicinæ aptiorem atque perfectum reddat. Verum haud credendum est Hippocratem vtilem adeò cognitionem, quam præsenti textu fundamentum medicæ cuiusque dissertationis asserit, à rationali medicina, cuius ipsemet Author extitit, reiecisse; vel scientiarum confinia perturbasse: eò magis, quòd, vt docet Celsus in proemio suæ medicinæ, à principio medendi scientia Philosophiæ pars habebatur, vt & morborum curatio, & rerum naturæ contemplatio sub ijsdem Authoribus nata sit: vnde

Medica scientia quondã philosophiæ pars habebatur.

au. 37. Democ. in epistol. ad Hippocr. Sapientiam Medicinæ sororem ac contubernalem esse existimat: quasi simul perpetuò sint, & vix vna sine altera benè se habere possit. Dicendum proindè existimamus, Hippocratem citatis locis locutum fuisse ad hominem: non videlicet contrà physicam facultatem, cuius dumtaxat munus est hominis, vt entis naturalis in suo vniuersali obiecto comprehensi, perfectam tradere cognitionem, eique tandem hac in re credere tenetur Medicus, vt latè explicat Auicen. Sique aliquid de humana natura speculatur, id non tanquam Medicus, sed vt Physicus agit: sed contrà eos sophistas, Medicosque, qui imaginarijs quibusdam innixi rationibus, vana & à sensu aliena de homine loquebantur; illi quidem hominem vnum quid esse affirmantes; totum nempè aërem, aut ignem, aut aquam, aut terram; hi verò aut sanguinem, aut bilem, aut pituitam. Quæ profectò assertiones, cum nullam à parte rei euidentiam habeant, nihil prorsùs conducunt medicinæ, quæ sensatis plerumque gaudet. Quin immò tantùm abest, vt sophistæ illi, Medici, vt longè à veritate aberrantes, quicquam conferant cognitionibus ijs ad medicam facultatem adipiscendam, vt ipsi potius à medicina veram aliquam de homine cognitionē haurire possint, vt quæ euidentibus innixa, ipsomet sensu complura de eo ostendit. Ad Celsi verò authoritatem respondemus naturæ cognitionem non facere Medicum formaliter, nam non indè Medicus formaliter constituitur, facere autem fundamentaliter, quatenus ei necessaria suę artis fundamenta præ-

Sapientia Medicinæ soror est, & contubernalis,

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 53 sur 478

©BIUM

Ant. Posseu. iunior ex selec. bibliot. lib. 14. c. 17. Posseuin. iudicium de Cornelio Celso.

bet; vt taceam nunc Posseuini iudicium de ipso; nullam nimirũ sectam professũ esse, non Empyricam, non Methodicam, non Rationalem. Omnes simul confundere, ac diuersa multorum Authorum præcepta sine vlla ratione colligere, vt Rhetorem, aut florum concinnatorem iurè dixeris, non Medicum, etsi in multis mirè egregius sit. Cæterùm hanc citat sententiam vt Hippocratis germanam Gal. in lib. qui medicus inscribitur, ac proindè hunc de loc. in hom. librum, in quo solummodò registrata reperitur, Hippocratis legitimum existimasse credendum est; Eandemque recenset 1. meth. c. 2., vbi Thessalum strenuè retarguit, quòd contrà Hippocratem asserere ausus sit, non oportere de hominis natura curiosum esse; in eumque ad explosionem vsque inuehitur; probans ex sapientum omnium consensu nemini fas esse morbos commodè curare, qui corporis vniuersi naturam non perspexerit. Quin etiam ipse Aristoteles tum lib. supra cit. de sanit. & morb. tum

At. mor. c. 33.

1. moral. Nicomach. *Ciuilis facultas*, inquit, *quæ ad Animam spectant, cognoscere oportet, quemadmodùm oculum & totum corpus eum, qui curaturus est &c. elegantes quoque Medici multa circà cognitionem corporis pertractant*. Cumque rectum iudex sit sui & obliqui, vt habetur 1. de an. t. 85. Medicum primò cognoscere oportet id, quod est secundum naturam, vt docet Gal. lib. de ossib. initio, deindè id, quod præter naturam.

Rectum index sui & obliqui.

Hinc Hippocrates lib. de decen. or., Medicum Philosophum Dijs æqualem prædicat: duabus enim facultatibus hisce sustultus, mirabilem prorsùs se se ostendit, siue diagnosim, siue prognosim, siue therapeuticam tractet. Atqui hunc vnum honorificè adeò extollunt Sacræ Paginæ. Huic eximium locum cõcedit in Conuiuio Diuinus Plato. Hũc suprà cæteros extollit magnus Homerus. Perperàm ergo faciunt, qui rudiòri quadam praxi contenti, quam primis medicinæ annis nescio quo infelici sydere hauserunt, nihil vlterius de contemplatrice parte cogitant, sine qua tamẽ misere in tenebris claudicantes, vix aliud præstare valent, quam capitali inscitia infelix Orco tributum augere: quòd vtique eò patrantur facilius, quò soli medicinæ nulla pœna in Rebuspublicis statuta est præterquam ignominiæ, quæ tamen, vt notat Hip. lib. de

num. 4.

Homer. 4. Odiss. & 2. Iliad.

Medicorum inscitia de physicis dãnatur.

Medicinæ nulla pœna statuta est, quam ignominiæ.

lege,

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 54 sur 478

©BIUM

nu.1. lege, eos non afficit, qui fictè medici personam induerunt; vtque dicebat in Critone Plato, *Soli Medico hominem occidisse impunitas est*. Atqui verba iam singulatim perpendamus.

Naturæ significatus multiplex apud Medicos. 5. aph. 2.

Natura cuius significatus multiplex apud Medicos est, vt notat Galenus com. ad aph. 34. sec. 2., & alibi. Significat enim quandoque temperamentum, vt in aphorismis *Naturarum aliæ ad æstatem, aliæ verò ad hyemem benè vel malè se habent*. Interdum verò ea, quæ ad tempera-

nu.5. menti generationem proximè concurrunt, vt lib. de hum. nat. *Corpus hominis habet in se ipso sanguinem, & pituitam, & bilem duplicem, flauam videlicet, & nigram, atque hæc sunt ipsi corporis natura*. Significat quandoque facultatem, quæ corporibus inest eaque gubernat, vegetatricem appellant Philosophi, ad quam vnam spectat humores coquere, vtilia retinere, expellere noxia, omnique naturali œconomiæ præesse: Vnde in 6. epid. *Natura morborum medicatrix*. Accipitur demum non modò pro vniuersa substantia, quæ ex primis conflatur elementis, vt docet Gal. 3. de temper., sed pro partium structura, compositioneque, vt 6. epid. com. 6. t. 25. *A capite ossium naturam; deinde nervorum, & venarum, &c.* & 1. epid. *moriebantur, quibus natura vergebat ad tabem* aliæq, non paucę extant adhuc huius nominis acceptiones apud Hippocratem. In præsenti tamen contextu certum est naturam in postremo significatu esse sumendam, quatenus videlicet substantiam omnem, compositionemque vniuersi humani corporis significat.

6. epid. se&. 5. initio.

Principia Medicinæ tria sunt.

Principium sermonis tria sunt principia medicinę ex Gal. in introduc. seu Medico c. 2., Vnum inuentionis, quę est experientia, qua primum Medicina inuenta est. Alterum constitutionis, quę est ratio cum eadem experientia, quibus ars perfectè constituta existit. Tertium interpretationis, seu traditionis; atque hęc est humanę naturę cognitio: *ab huius enim inspectione*, inquit ibidem Gal. *Dogmatici Rationalesq; auspicantur, quoniam ex ijs, quæ secundum naturam sunt, & illa, quæ contrà habent, possunt cognoscere*. Iure igitur dixit *sermonis*, vt ab alijs videlicet principijs distingueret, quibus aut inuenta, aut in absolutissimam

autem

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 55 sur 478

©BIUM

autem conſtituta eſt præclariſſima hęc facultas. A natura itaq;, etſi Empyricis Methodiciſq; reluctantibus, ſuas omnes ratiocinationes exordiuntur Dogmatici, ſiue alios in medica diſciplina inſtituere; ſiue in morborum cognitionem deuenire; ſiue futura prędicere, aut opportuna adhibere præſidia in animo ſit: nam quemadmodùm illinc eorum incipit ratiocinatio, ita in eandem eorùm deſinit operatio. Cæterùm citatur hæc etiam ſententia à Ruffo Ephæſio, qui Hippocratem ſignanter teſtatur in lib. de loc. in hom. Quod ideò notatum velim, vt intelligas librum hunc quouis tempore Hippocratis legitimum habitum fuiſſe. Floruit namq; Ruffus, ſummoque honore medicinam Romæ exercuit ſub Traiano, qui circà octuageſimum à Chriſti Domini Natiuitate imperauit.

Ruff. Ephæſ. de corp. hum. part. appel. altero lib. 1. c. 3.

Ruffus Ephęſius quando floruerit.

XII.

Primùm igitur perforata eſt qua parte audimus: etenim vacua cicum circà aures nó aliud in audiunt, quàm ſtrepitum, & clamorem. Quicquid autem per membranam in cerebrum peruenerit, id liquidò & clarè auditur. Ob id etiàm foramen ſolùm per membranam circum cerebrum extenta eſt.

Auditus, eiuſq; organi deſcriptio.

EXplicaturus magnus hìc Senex humani Corporis fabricã, cuius cognitionem tãti eſſe in medicina aſſeruit, vt hanc principiũ ſermonis in arte medica pronũciauerit: Quinimmò non tantùm Medicis, ſed cuilibet percommoda eſt ea cognitio; quandòquidem, vt dicebat Socrates *furori dementiæque proximum eſt ſuprema inquirere, & aliena perſcrutari, ijs ignoratis, quæ ſunt in nobis*; ab exterioribus ſenſibus exorditur, velut ab ijs, quæ primò nobis ſe offerunt inter ea, quæ præcipuum obtinent locum in humana ſtructura; neque tamen de externis omnibus; non enim de guſtu, & tactu, qui ignobiliores, minoriq; artificio conſtructi ſunt, minimùmque conferunt ad doctrinas capeſſendas; ſed de præſtantioribus, ijſque, quòrum organum præ cæteris artificioſum conſpicitur, proindeque cognitu difficilius, cuiuſ-

modi

©BIUM

modi Auditus eſt, odoratus & Viſus; quemadmodum de his tantùm, talique ordine egit lib. de princ., vbi argumentum hoc latè proſecutus eſt. Incipit itàque àb Auditu, veluti à ſenſu diſciplinæ, per quem ſcientias quaſcumque à Præceptoribus haurimus: de eo enim ſic loquitur Ariſt. de ſenſ. & ſenſil. cap. 1. in fine. *Secundùm accidens ad prudentiam Auditus plurimam confert partem: ſermo enim audibilis exiſtens, cauſa eſt diſciplinæ, non ſecundùm ſe, ſed ſecundùm accidens: ex nominibus enim conſtat; nominum verò vnumquodque nota eſt. Quarè à natiuitate priuatorum vtroque ſenſu, prudentiores ſunt cæci, mutis, & ſurdis.* Cæterùm, vt Authoris mentem liquidò aſſequi valeamus, circà ſenſus huius organum atque obiectum tantiſpèr immorati operæ iam pretium erit. Auris namque, cum in externam, atque internam communiter diuidi ſoleat; externa quidem, quæ pinna, lobo, & conchula conſtat, & auricula àb hauriendo ſono denominata eſt, chartilaginea facta viſitur, vt flexibili hac firmitate non concidat, ſed arrecta ſemper latè pateat, amplum efformans cauum, vt quouis tempore, in ſomno etiam, præteruolantes ſonos ſiſtat, colligat, admictatque in internam aurem; àb occurſantibus tamen impedimentis minimè frangatur: cùmque exanguis ſit, & in extrema, elatiorique corporis parte locata, naturæ pauperrtatem in morbis facillimè percipit, ità vt vitæ, næciſq; præſagia non exigua ex ipſa colligantur, iuxtà illud in coacis. num. 2. poſtprincip. *Aures friggidæ, pellucidæ, & inuerſæ, mortiferæ.* Huius infimam partem memoriæ dicatam monuit Plinius, inquiens. *Eſt in aure imâ memoriæ locus, quem tangentes atteſtamur.* Atqui interna auris, vbi proprium auditus organum continetur, ſinuoſo quodam formatur proceſſu in temporũ oſſibus excauato, ad cerebri vſque baſim pertingente, qui quatuor in partes, ceu in tot meatus, vt diſtinctus magis appareat, diuidi conſueuit; quorum primus, qui à capitis latere primò ſe ſe offert, auditorius dicitur, ſemperque patens eſt, vt occurrenti ſono quouis tempore prælto eſſe poſſit, intrà os petroſum, à duritie ſic dictum, coriacea intectus cute, externoq; ſemper aere repletus, ad prætenuem quandam vſque membranulam extenditur, quæ, orbicularis cum ſit, cauoque alligata

Auditus eſt ſenſus diſciplinæ.

Ariſt. 1. de hiſt. cap. 11.

Ex Auribus vitę morriſq. præſagia.

Plin. nat. hiſtor. lib. 11. cap. 95.

Auris infima pars memoriæ dicata.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 57 sur 478

©BIUM

ligata anulo, in tympani morem extenſa, chordamque exteriori in ſuperficie habeat: tympanum nuncupari conſueuit. Membrana hæc, ſeu myringa, à dura cerebri menynge originem ducans, neruuloque intexta, quem à quinto excipit coniugio, vndè peruegeti eſt ſenſus, tenuiſſima ſicciſſimaque exiſtit, vt tenuitate externum facilè admictat ſonum, vel ſoni ſpeciem, ſiccitate verò admiſſum augeat reſonans: ac ſi vnquam vel à natura, vel ab influenti humore vaporibuſque craſſior atque humentior euaſerit, hebes redditur auditus. Poſt tympanum ſecundus apparet meatus omnium amplior, rotundus, & ab oſſium tuberoſitatibus inæqualis, cochlea, ſeu pelvis nuncupatus, in quo ingenitus quidam reconditur Aër, vel aërea potius, prætenuis, ac ſpiritoſa ſubſtantia, externo quidem aëri coaffinis, animata tamèn pars, ſimilaris & viuens, cui velut primario audiendi inſtrumento accepta auditio ferri debet: cryſtallino etenim analoga eſt, cui animato pariter, viuentique, viſionis prima debentur in oculo. Hunc auditorius neruus à quinto coniungio deductus, ac per membranã, qua ſecunda hæc cauitas vndequaq. obducta eſt, dilatatus circumambit, auditiuo ſpiritu quaq. verſus coaſpergit, eodem pacto, quo opticus cryſtallinum inrhetit, ſpirituque viſiuo fœcundat. Immobilem prętereà hunc aerem dixit Ariſtot. hoc eſt, indiſſipabilem, cùm vndequaque obſeptus exiſtat: nam cũ auditiuæ facultatis præcipua ſedes ſit; in ſumma ea quiete ſonos omnes, vel ſonorum ſpecies aptius percipere, & ad communem ſenſum, omniũ iudicem, demum per auditoriũ neruum delegare valebit. Cõmouetur nihilominùs prętenaturaliter quandoq. non modò à digito in aurem immiſſo, verùm à vaporibus etiam vel in cerebro genitis, vel ab inferis partibus eleuatis, vt cum critica inſtat narium hemorrhogia; ac tunc ſibili, murmura, tynnituſque exaudiuntur. prout tenuior, aut craſſior flatulentus ille ſpiritus extiterit: Quod pariter euenit cum adiacentes partes, vt cerebrum, membranæque eius, venæ & arteriæ aliqua ex cauſa intumuerint, aut pulſant: nam ingenitum hunc aerem coarctant, qui dum quærit ad naturalem ſe redigere raritatem, aggitatur, indèque fragores, ſtrepituſque in auribus ſimiliter excitantur,

Aer Auti implanctatus, animatus eſt

Ar. 2. de an. t. 83.

Auriũ murmura vnde proueniant.

vt

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 58 sur 478

©BIUM

vt fusè apud Hippocratem habetur lib.2.de morb.; incrassatur quinimmò àb ijsdem interdùm vaporibus, & hebetior proindè redditur Auditus, ex quo Hippocrates in aphorismis. *Austri auditum hebetantes, caput grauantes*. Scimus opinionè hanc de Auditus principatu in ingenito aëre à doctissimo Andrea Laurentio strenuè impugnari: verùm antiquissima ea est, Hippocrati, Platoni, & Aristoteli probata, contrà quos ità vnanimes asserere, haud laudabile videtur: eo magìs, quòd à Viro nunquam satis laudato Ludouico Septalio pari virtute defenditur commẽtario in sect. 11. Arist.probl. 1. In secunda hac internæ auris parte sagax recentiorum Anathomicorum industria, Carpus videlicet, & Columbus, tria illa officula, Veteribus omninò incognita, obseruauit, quæ à figura, quam referunt, Malleum, Incudem, atque Stapedem appellarunt. Hæc simul articulata existunt, malleique manubriolo myringæ seu tympano adhærent, & cum tympani chorda censentur ad sonorum distinctionem percipiendam conferre: Externus namque aër sonum deferens ad tympanum allisus, illud impellit; àb hoc malleus commouetur, qui incudem percutiens, in causa est, vt externus sonus distinctè sentiatur. Verùm vix intelligi, nedum explicari potest, vt nam àb officulis ijs huiusmodi præstari possit vsus in auditione: Malleus namque commotus, siue incudem confricet, siue pulset, nouam certè aëris attritionem efficiet, atque ità nouum sonum, alium àb eo, qui à primo sonante productus est, etiamsi àb illo secunda hæc motio dependeat: ex quo sequeretur nos minimè audire primùm sonum, neque realiter, neque intentionaliter, sed secundum: quod magnum profecto absurdum esset admictere. Huc accedit, quod sonus, siue soni species, cùm absque tali officulorum ministerio in externo aëre, crassiori atque impuro, ad amussim exceptus sit, multò facilius in interno puro tenuique, vllo absq; auxilio, recipietur: quapropter superflua omninò essent illa ossicula; quæ tamen non aliò facta existimamus, quàm ad myringæ fulcimentum: cùm etenim membrana illa in orbem suspensa sit vt interstitium discriminans ingenitum aërem àb externo, eumque conseruans nè dissipetur, nullique subiecto

Lib.2. nu.4.

Aph.5.sec.3

Laur.lib.11. Anat. q.10. Hipp.in præsenti textu. Plato & Timæo. Arist.2.de an. t.83.

Carpus iamne nit duo prima officula; tertium verò Realdus Columbus, vt ipsemet testatur li.1. c.7. & lib.8. cap.3.de re Anathomica.

Trium officulorũ vsus in auribus.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 59 sur 478

©BIUM

coextenſa adhæreat: cumque non exiguos ſonori aeris ictus exceptura eſſet, aliquo àb intra fulcimento indigebat, quod haud rigidum omninò eſſet atque inflexile, nè ipſam myringam àb extra impulſam laceraret & pertunderet, ſed leuiter cedendo reſiſteret; quod perbellè procùl dubio præſtant oſſicula illa ſimul articulata: quatenus enim oſſea ſunt, reſiſtunt; quatenus verò articulata, leuiter cedunt, tenuiſſimoq. mallei manubriolo eam attingentes, minimùm occupant, vt perpendenti liquidò manifeſtum fiet. Reliqui duo meatus per labyrintheos anfractus ad cerebri vſq. baſim deducuntur. Hoc auditus organũ præclarè deſcripſit Hipp. lib. de carnib. inquiens. nu. 16
Auditus autem indè contingit. Foramina Aurium ad os durum & ſiccum lapidi ſimile pertingunt. Iam verò ad ipſum os eſt cauitas antroſa. Strepitus autem ad durum firmatur, os autem cauum reſonat per durum. Pellicula verò in aure iuxtà os durum tenuis eſt velut Aranei tela, & omnium pellicularum ſicciſſima. Quòd autem id, quod ſicciſſimum eſt, maximè reſonat, multa ſigna ſunt. Cùm igitur plurimùm reſonuit, maximè audimus. Et ſunt quidam, qui de natura ſcribentes, prodiderunt, quod cerebrum eſt, quod ſonum edit: hoc autem fieri non poteſt: ipſum enim cerebrum humidum eſt, & meinbrana, ſine tunica circa ipſum, humida eſt, & craſſa, itemque circum tunicam oſſa. Nullum igitur humidum reſonat, ſed ſicca; reſonantia autem auditum faciunt. Quibus ſanè verbis quæcunque ad auditum ſpectant, perbellè perſtrinxit. At quoniam Auditus Animæ vis eſt medijs Auribus ſonorum perceptiua, de ſono, qui proprium eius eſt obiectum, pro textus explanatione ſupereſt nobis aliquid differendum; eiuſque naturam ex Ariſtotile 2. de an. à t. 77. & deinceps colligemus: Eſt ſiquidem ſonus qualitas, quæ innaſcitur corpori inter duo corpora ſolida læuiaque intercepto, dum illud atteritur, frangiturque. Corpus verò, quod intercipi aptum eſt, atteri, frangique, ac proindè ſonum tanquam ſubiectum excipere, primò præcipueque Aer eſt; minùs verò principaliter Aqua etiam omniaque liquida, vt docetur t. 79. Hinc apparent neceſſariò requiſita ad ſonum producendum, duo videlicet corpora dura læuiaque ſe ſe percutientia, & medium, quod inter ipſa intercipiatur, atteraturque. Ex quo fit, vt mollia inepta omnino

Auditus quid ſit.

Sonus quid ſit.

requiſita neceſſario ad ſonum quæ ſint.

©BIUM

nino ſint ad ſonum elidendum: nam dum nihil reſiſtunt, nihil atterunt, vnde lana lanæ alliſa, non reſonat ex t. 78., quod notauit etiam Hippocrates loco iàm citato de carnibus, Diogenis opinionem refellens, aſſerentis cerebrum percuti vocibus & reſonare, indèque auditum fieri. Quòd ſi quandoque mollia ſonum producere obſeruentur, vt Aër à virga percuſſus, nubes in tonitru, labia dum ſibilum effingunt, id fit, quòd duri corporis rationem tunc temporis quodammodò induant, vtque dicebat Plotinus, *aer non ſonat, niſi ſtatum ſolidi corporis adipiſcatur antequam effundatur, manens quoddam quaſi ſolidum*. ferula namque ſui motus velocitate, dum præuenit icti aëris diſſultum, aer reſiſtat neceſſe eſt; ex quo ſolidi rationem tunc habebit; labia pariter in ſe compreſſa tenſaque egredientem per anguſtum tramitem in magna copia ſpiritum, vt dura atterunt franguntque. Debent præterea lænia eſſe ſonantia corpora; nam quæ aſpera atque inæqualia ſunt, inepta cenſentur eo quod aer, qui per attritionem ſonora qualitate imbui debet, vnus & continuus ſit neceſſe eſt, totuſque ſimul atteratur text. 81. talis autem eſſe non poteſt, niſi inter corpora læuia politaque: nam ſi aſpera ſint, atque inæqualia, in exiguis ſuperficiei cauitatibus interceptus aer diſpergitur, diſcontinuatur, occultaturque; vndè æqualis haud fieri poterit attritio. Velox demùm debet fieri percuſſio; nam tùm atteritur aer, cum percuſſionem vnitus, ac non dilatatus recipit: oportet proindè ex t. 79. vt motus ferientis anticipet percuſſi aeris dilapſum, & diſſipationem. Soni autem ità explicati triplex conſtituitur differentia à Philoſopho 4. de hiſt. an. cap. 9. Prima quidem, ſui generis nomen retinens, ſonus dicitur, ſeu ſtrepitus. Secunda vox. Tertia, ſermo & locutio. Sonum abſolutè, ſeu ſtrepitum, vocant aliqui quemcunque à rebus inanimatis per colliſionem fit, modo iam explicato. Verùm cùm & hominẽ manibus, & pleraque inſecta alis & diaphragmate, & Piſces Acheloi & Clitoris fluminis branchiarum attritu ſtrepitum quotidie edere pro certo habeatur, mendoſè illos diuidere fatendum eſt. Sonum ergo, ſeu ſtrepitum dicemus ſonum quemcumq; præter vocem & ſermonem, ſiue ab inanimatis, ſiue ab animatis fiat. Vox autem eſt, percuſſio

Plotin. Ennead. 5. c. 4.

Sonus quotuplex ſit.

Sonus eſt ſtrepitus quid ſit.

De inſectorum ſonu vide Ariſtot. lẽ 4. de hiſt. cap. 9.

Vox quid ſit.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 61 sur 478

©BIUM

inſpirati àb Anima aeris ad vocalem arteriam cum imaginatione aliquid ſignificandi ex t. 90. quapropter ſolius animantis ea propriè eſt, quod ſpirat: ſique inanimatorum aliqua id facere appareat, per ſimilitudinem tantum id agunt, vt tibia, lyræ, cæteraque huiuſcemodi: cumque, vt diximus ſignificatiuus quidam ſonus ſit vox; tuſſis, & ſi ſpiritalibus in organis fiat, vox minimè dicenda erit, ſed ſtrepitus: ea enim ex

Vox quid tam ſit.

1. polit. cap. 2. *moleſti, atque iocundi ſignificatio eſt; quapropter aliis quoque exiſtit animalibus præter hominem. Hucuſque enim natura proceſſit in his, vt ſenſum habeant iocundi & moleſti, & hoc inter ſe ſignificare poſſint.* Animal namque, vt animi pathemata naturaliter oſtendat, inſpiratum expirat aërem: ac dum per tracheam, ad fiſtulæ inſtar efformatam, egreditur; in laringe àb epiglottide variè affecta, atque in palato colliditur, & vox formatur, inque palati fornice maxime adaugetur. Hinc eſt, quod ſi aliquid humoris in ſpiritales has particulas diſtillet, plus ſatis humectatæ, vox illicò lædatur, cum ſonus in ſicco fiat; ſi præter naturam exſiccatæ fuerint & aſperitatem contraxerint, nox pariter læſionem non effugiat: in corpore ſiquidèm exaſperato & inæquali, non poteſt æqualis fieri colliſio vt docet Ariſt. lib. 5. de gen. an. cap. 7. Sermo denique, ſiue locutio, ſolius hominis prærogatiua eſt, ad mentis conceptus

Raucedo tam ex humiditate, quã ex ſiccitate pronciare poteſt.

exprimendos à ſummi opificis liberalitate ei tributa, vt ſermonis vinculo homines in ſocietate magis cohærerent. eſt, ſecundum Ariſt. *vocis per linguam explanatio. Vocales igitur litteræ à voce & gutture, conſonantes lingua & labris proferuntur, quibus litteris omnem locutionem confici, nulli dubium eſt.* Hæc Ariſtotiles. Erit itaq. locutio vox articulata, hoc eſt, variè conciſa & diſſecta per conſonantium litterarũ expreſſionem motu linguę vocalem ſpiritum ad palatum, aut dentes allidentis, motuque labiorum ſe ſe vel comprimentium, vel dilatantium, cui intellectus varias adiungit ſignificationes ad placitum, vt ſuos conceptus alijs patefaciat; quod ſanè ſolius hominis eſt; quicquid dicat Porphyrius de brutorum colloquijs. Pſittaci enim, aliæque volucres, quibus ob linguam latiorem tenuioremq. humanum imitari ſermonem datum eſt, materialiter tantummodo imitantur, cum dent ſine mente ſonum; ex quo ſic ille.

Sermo aut locutio quid ſit.

Ar. lib. 4. de hiſt. c. 9.

Porph. lib. 3. de abſt. à carnib.

Pſittace

©BIUM

Statius lib. 2. Syluarum.

Pſittace Dux volucrum, Domini facunda voluptas,
Humanæ ſolers imitator Pſittace linguæ.

nu. 39. Hæc primùm memoriæ prodidit Hippocrates lib. pluriès citato de carn. per hæc verba. *Sermonis porrò facultas indè eſt. Totum corpus ſpiritum intrò trahit; plurimum verò in cauitatibus ſibi ipſi accumulat; is autem, qui per inane feràs currit, ſtrepitum facit: Caput enim reſonat, lingua verò articulat occurrens in faucibus, obturanſque, & pellens ad palatum & dentes, claritatem eius facit. Si autem lingua ſemper occurres non articularet, non poſſet homo clarè diſſerere, ſed ſingula vnam vocem à natura haberent. Signum huius eſt, Muti ex natiuitate differere non poſſunt, ſed vnam tantùm vocem ſonant, etiam ſi quis ſpiritum efflans, ſermonem proferre conetur.* & quæ ſequuntur; vbi vocis non modò ſermoniſq; rationem explicat, ſed exemplis etiam confirmat. Quibus in vniuerſum ità præfatis, textualis iam nos reuocat explanatio.

Primùm igitur perforata eſt qua parte audimus. Corporis videlicet natura & compago, Diuinumque humanę huius molis opificium primùm præcipuèque ad proprium auditionis organum efformandum, perforata eſt, ſeu foramen & cauernulam habet in ea parte, qua audimus.

Etenim vacua circumcirca Aures non aliud inaudiunt quàm ſtrepitum & clamorem Probat iàm quod foramina vel cauitates præcipua ſint & propria ſenſiteria auditus, eò ſcilicet, quòd in ijs ſtrepitus perpetuò ferè audiantur & clamores, etiam ſinè externo obiecto: quod ſignum eſt in ijs præcipuè vigere hunc ſenſum. Peruetus namque fuit opinio, quæ ab Authore de hiſt. philoſophica Alcmæoni Pythagorico Crotoniatæ adſcribitur (hic enim, vt notat Diogenes Laertius, vt plurimùm in medicina verſatur, videturque primus de naturæ ratione ſcripſiſſe) nos audire quod Aures intùs vacuæ ſunt: vacua namque omnia reſonare, quotiès in ipſa vox aliqua feratur. At vacuum, ſeu cauitates, poſſunt quidèm ſonum vel augere, vel in longum protrahere, eò quòd, vt docet Ariſtoteles 2. de an. t. 78. *Concaua reflexione faciant multos ictus*

Alcmæon Pythagoricus primuſq; de naturæ ratione ſcripſit.

©BIUM

Concaua quomodo augeant ſonum.

ictus poſt primum non potente exire quod motum eſt, & Hippoc. ipſe loco ſuperius citato de carn.; os cauum reſonare per durum ſcripſit, & cùm plurimùm reſonuit, tunc nos maximè audire: iuuat ſiquidem auditum illa ſonorum reflexio ſonum magis imprimendo in proprio organo: ſed quod in hac vna ſonorum reflexione auditus ratio conſiſtat, vix intelligi poteſt. Ariſtotelis ergò opinionem illam vt ſatis probabilem laudauit, explicauitque 2. de an. t. 81. inquiens. *Vacuum autem rectè dicitur audiendi proprium: videtur enim eſſe vacuum aër.* & t. 84. *propter hoc dicunt Antiqui audire vacuo & ſonante, quia audimus habentes determinatum aërem.* pro vacuò itaq; inædificatum cauernulis ijs Aërem intelligentes, hunc proprium audiendi inſtrumentum aſſerebant, eo quod interdùm ſine externo aliquo obiecto, dum ſcilicet aut digito premitur, aut vaporoſo aliquo ſpiritu illùc penetrante, aut arteriarum pulſatione agitatur, ſtrepitum illicò, ſibila, aut decurrentium aquarum murmura perſentimus; quod ſignum vtiq; eſt inibi vigentis auditus. ex quo Ariſtoteles t. 84. *ſignum audiendi aut non, eſt ſonare aurem ſemper ſicut cornu, &c.* vt enim doctè explicat Ceſalpinus, *quamuis implantatus ille aër immobilis per ſe ſit, vt omnes ſonorum affectiones percipere poſſit, perpetuum tamen quendam motum habet, qui ſonum minimè facit: ſed ſi prohibeatur foràs exire, corpore ad meatum oppoſito, præcipuè ſi concauum fuerit; ſonum perpetuum facit vt cornu, vtpotè repercuſſus ad corpus obiectum, vt echo, quod ſignum eſt audiendi ſi ſonet, non audiendi ſi non ſonet. eſt autem motus ille connaturalis efflatio quædam, quæ non poteſt ſentiri, niſi illidat alicui corpori obiecto, exterius, aut proprijs anfractibus.* Hæc Ceſalpinus. Vetuſtiſſima igitur, & ſortaſsè verior opinio proponitur in præſenti textu, aſſerens cauitates proprium eſſe auditus inſtrumentum, pro cauitatibus innatum in ijs aërem intelligens: nam quomodocumque ille commoueatur, etiam ſine externo obiecto, ſtatim variarum rerum auditio excitatur, ſignum in eo potiſſimum auditiuam vim contineri. Et certè ex varijs partibus ſenſiterium illud componentibus vix alia eſt, præter illum aërem, & auditiuum ſpiritum, quæ ſonorum ſuſceptiua eſſe poſſit: ſonus autem ſenti-

Vacuũ quomodo primum ſit audiendi inſtrumentũ.

Ceſalp. art. med. lib. 5. cap. 49.

ri non

©BIUM

ri non poteſt, niſi ſuſcipiatur, ſaltem intentionaliter, vt à ſenſiterio tranſmicti demum poſſit ad ſenſum communem.

Quicquid autem per membranam in cerebrum peruenit, id liquidò & clarè auditur. Ea, quæ extrinſecùs per membranulam, myringam nuncupatam ad innatum aërem, & inde per auditorium neruum ad cerebrum, vbi communis ſenſus reſidet, deferuntur, ea, inquam, clarè ac prout ſunt audiuntur, cum internus ille ſtrepitus ſenſum & imaginationem potius decipiat, dum decurrentium aquarum, vel tonitu, vel ſibili imaginem falsò præ ſe ferunt.

Ob id etiam foramen ſolum per membranam, circà cerebrum extentam, eſt. quia ſcilicet id tantùm liquidò & clarè auditur, quod per myringam ad cerebrum defertur; ideò auditorius meatus ſolùm eſt, ideſt, ſolùm tranſit, nec latius extenditur, quàm membranula illa, quæ non longè à cerebro extenſa, ſeu potius in orbem ſuſpenſa vt interſtitium viſitur, & myringa, vt pluriès diximus, appellatur: hæc enim auditorium meatum in medio diſcriminat, tranſuerſim obuelat, & claudit ad amuſim. Silentio tamèn prætereundum non eſt, à ſecũdo Auris meatu, ad palatũ vſq; propè gargareonis radicem porum quendam, ſeu canaliculum obliquè deduci, cuius meminit etiam Ariſt. 1. de hiſt. cap. 11., qui interno expurgando aëri ac recreando in primis dicatus eſt, per quem ſonos etiam aliqua ex parte ad innatum aërem deferri, ij teſtantur, qui hebeti cum ſint auditu, ore ad aperto magis audiũt; vel ſi qui dentibus cytharam apprehenderint, vtramque obturantes aurem, ſonum acutius ſenſiunt.

Auditio per es quomodò interdũ fiat.

In nares autèm non eſt foramen, verùm mollis laxitas velut ſpongia, & propterea per longiorem diſtantiam audit, quàm olfacit: Odor enim ab olfactu longè diſpergitur.

Narium deſcriptio.

AB auditu ad Olfactum modò explicandum accedit Hippocrates, ſenſum videlicet exteriorem, qui, & ſi minimum

©BIUM

nimùm ad animi ornamenta comparanda conducat; ad beatiorem nihilòminus vitam complurimi vſus eſt, vtqui odoris, rem propè Diuinam, Diuiniſque in rebus non rarò expetitam, perceptiuus ſit, quo & ſacra Animi templa, cerebrum videlicet, tuemur, & aptiora aliment a ſeligimus, quibus ipſam vitam ſuſtentamus, vt amplè docuit Ariſtoteles lib. de ſenſ. & ſenſil. cap. 5. Huius ergo ſenſiterium in præſenti textu proponitur, nares nempè, ſeu Naſus, in quo non leuia nobis ſe ſe offerunt contemplanda, cum neque leuis ſit, neque vnicus eius vſus in humana œconomia: quippè qui non olfactui tantumodò, ſed ſpiritui etiam ducendo, voci efformandæ, expiandoque cerebro à purgamentis varijs ſit à natura dicatus: Vnde eminet in facie, & in ipſa capitis arce àb oculorum interſtitio ad ſuperius vſque labrum protenditur, vt aſcendentem odoratum alitum commodius excipiat, cibos propè os diiudicet, inſpiratum aërem admictat, cerebrique mucoribus peramplum præbeat exitum: eique tantùm maieſtatis venuſtatiſque fuit à natura tributum, vt ex ipſomet non ſolùm magna capiantur animi indicia, tùm Regiæ indolis, tùm ſagacioris prudentiæ, vt innuit Poeta verbis ijs, *Non cuique datum eſt habere Naſum*. Verùm homines, quorum propria ea pars eſt, & ſi cætera omnia ad amuſsim perfecta obtinuerint, hac tamen vel leuiter deturpata, decus ipſum deturpatum, dehoneſtatumque arbitrentur. Vnde Virg. 5. Aeneid. *Truncos inhoneſto vulnere nares*. At Naſi partes, exteriores quidem, vnicuique ſatis perſpicuè patent; interiores verò, pro exacta propoſiti contextus intelligentia, paulò exactius ſunt nobis recenſendæ. Os ethmoides, quod octauum inter cranij oſſa enumeratur, in media frontis baſi ſedem obtinet, & ad ſummam naſi radicem intùs fixum, prima, interioriq; ſui parte, cribri inſtar, exiguis crebriſque foraminibus peruium eſt, vt per eius foramina tum aër, tum odoratus alitus ad mãmillares proceſſus, atque ad ipſum cerebrum deduci poſſet, atque hinc Ethmoides, hoc eſt, cribroſa pars nuncupatur. Hanc excipit altera eius pars, quæ extrà caluariæ baſim, in prima narium cauitate ſita eſt, quæ rara cum ſit, atque fungoſa, *Mollem laxitatem velut ſpongiam*, nunc eam appellat Hippocrates, quemadmodum

Odor Diuinis in rebus expetitus, ſacra tuetur animi templa, alimentique bonitatem atteſtatur.

Narium vſus.

In naſo maieſtas, decus ſagacitas indoliſque indicium.

Martial.

©BIUM

modum lib. de carn. *ſpongioſam carti laginem appellauit*. quam nomenclaturam plurimum probauit Gal. 8. de vſu part. cap. 7., & alibi. Tertia denique oſſis iſtius pars tenuis eſt atque ſolida, orbitæ oculi portiunculam in maiori cantho conſtituens. Sunt præterea in parte hac interiori duæ cerebri productiones, ſeu appendices, ex anteriore cerebro circa ipſius baſim prodeuntes, mammillares dictæ, eo quòd mammillarum papillis ſimillimæ ſint, ad quos odorus aer in ſpongioſo, & cribriformi elaboratus, perueniens, olfactum velut in proprio organo celebrari, tum ex Hip. lib. de princ. tum ex Galeni ſententia, fatendum eſt; qui libello de organo odoratus in Ariſtotelem inuehitur, aſſerentem fieri in extremis naribus; cuius opinionem à ſufficienti partium enumeratione miro artificio euellit. Hippocrates autem lib. citato de princ. ſic loquitur. *Olfacit porrò cerebrum humidum exiſtens, aridorum odorem vna cum aere, per corpuſcula cartilaginoſa ipſum trahens: cerebrum enim in cauitatem naſi pertingit, atque ac parte non eſt antè ipſum os aliquod, ſed cartilago mollis velut ſpongia, neq; caro, neq; oſſiculum; & vbi quidem cauitas naſi ſicca fuerit, ipſum ſe ipſo exactius arida olfacit: Aquam enim non olfacit, humidior enim eſt, quàm cerebrum, niſi ſit putrefacta: Putrefacta enim aqua craſſior ſit, & alia omnia &c.* quibus ſanè verbis, breui admodũ oratione omnia complectitur, quæcunque non modò ad organi huius ſtructuram præcipuè pertinent; verum ad ipſius etiam odoratus obiectum, hoc eſt, odorem, odorandique rationem, vt iam clarum fiet. Odorum namque natura in prædominio conſiſtit ſiccitatis ſuprà humiditatem; quemadmodum è contrà, ſaporum humiditatis ſuprà ſiccitatem: vt enim colligitur ex Ariſt. de ſens. & ſenſil. cap. 5. eſt qualitas ſecunda olfactus immutatiua, ſubiectata in fumoſa exalatione, vi extrinſeci caloris eleuata è corpore mixto, in quo ſapida ſiccitas prædominatur humido. Hinc eſt, inquit Theophraſtus, quòd *tractibus æſtuoſis plura melicaraque odoratorum genera prodeunt: melius enim ibi concoquitur*. quod eius Præceptor Ariſtot. multo prius docuerat in problematibus, vbi orientalem comparat plagam cum Septentrionali, Meridionalique, ac odoratiora in illa exurgere aſſerit, quàm in iſtis: ſeptentrionalis enim frig-

Lib. 9. de vſu part. cap. 3. & 4. epid. nõ loge à princ.

cap. 17.

Odorum natura ſaporibus contraria.

Odor quid ſit.

De cauſ. plant. lib. 6. cap. 22.

Sect. 22. probl. 2.

Aeſtuoſis in locis omnia ſunt odoratiora, & cur.

Orientalis plaga odoratiora pro

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 67 sur 478

©BIUM

ducit quam ſeptẽtionalis & Meridionalis.

gida cum ſit, neque nimiam excoquere poteſt humiditatem in mixtis, neque alitum eleuare, cum hæc opera ſint caloris, qui in orientalibus viget; vnde lib. de ſenſ. & ſenſil. cap. 5. *propter hoc*, inquit, *frigus & gelatio & ſapores hebetant & odores delent: calidum enim, quod mouet & generat, delent infrigidatio & gelatio*. Meridionalis verò plaga, vt Syria, Arabia, & libya, arenoſa nimis cùm ſint, ſicca admodum, atque eſucca, humido illo ſapido atque excoctò, carent, quod alitus materia eſſe debet: vnde ſic concludit. *Oportet enim neque multam ineſſe humiditatem (concoqui enim multa non poteſt) neque ſine humiditate: non enim fiet vapor*. Hinc pariter redditur ratio opinionis illius, quam vulgò circumlatam, veritatem quandoque habere aſſerit ibidem Ariſtoteles. Arbores nimium reddi odoratas, in quas cœleſtis arcus decubuit. *fit enim*, inquit, *non qualitercumque ſe habeat ſylua, hæc paſſio; neque enim in viridibus, neque in omnino ſiccis, ſed in ſylua aduſta poſt aquam, quæ Iridi ſupernenerit, odoris fragrantiam fieri Paſtores aſſerunt, maximeque vbi Aſpalatus, aut etiam Rhamnus, & quorum flores benè olentes fuerint*. Iris ergo roſcido humore deuſtas ſolis ardore plantas aſpergens, odoratiores reddit, nam *quæ paucam habent humiditatem, ſi igneſcant, quodammodò benè olentia reddũtur: hanc enim calor concoquit; neque verò aquam multam eſſe oportet, inundat enim multa valdè, & extinguit calorem, qui eſt ex aduſtione. In Aegypto autem minimè odorati flores*, inquit Plin. *quia nebuloſus & roſcidus aer eſt à Nilo flumine*. Ratum itaque ſit ſiccitatem humiditati dominantẽ in mixtis, odoris cauſam præcipuã exiſtere; ſulphuri id Chymici adſcribunt. At vbicunq. ſiue ob natiuam ſoli ariditatem, vt editioribus atque arenoſis in locis, ſiue ob feliciorem ſolaris radij aſpectum, illa viguerit, vt in Orientali, Meridionalique quodatenus, odoratiora omnia prouenire; modò humiditas exhauſta penitùs, atque extincta non ſit: vnde ſyluarum odorifera fertilitate ditiſſimi ſunt Sabæi, felicis Arabiæ Populi, apud quos Thus, Myrrha, & Cinamomum in magna copia naſcitur, quemadmodum etiam & Balſamum. Certum præterea eſt odorem non niſi cum alitu, caloris vi, odorato è corpore eleuari; meritò nihilominus Heraclitum, alioſque àb Ariſtotile reprehendi, aſ-

Frigus ſapores hebetat, odores delet

Siccioralocaꝝ Syria, Arabia deſerta & lybia cur odorata minus producant.

Arbores odoratę reddantur, in quibus cœleſtis arcus decubuerit. & cur.

Pl. nat. hiſt. lib. 22. c. 7.

In Ægipto flores minus odori ob nebuloſum aerem à Nilo flumine.

Sabæi felicis Arabiæ populi odorifera ſyluarũ fertilitate exultant.

ſerentes

©BIUM

ferentes odorem esse fumidam euaporationem, vel exalationem: neque enim vapor est, neque exalatio, etsi in his subiectetur: Quodsi alicubi, vt in problematibus, & 2. de sens. & sensi, odorem vocat fumosam euaporationem; subiectiuè id intelligendum est, non formaliter. Odoris autem ità explicati duo genera constituit Aristoteles, alterum nutritiuum appellans, eo quod nutritiui passio sit, sequaturque nutritiui conditionem, quatenùs aptum nutrire animal vel ineptum existit: vndè animantibus omnibus commune hoc esse asseruit, nàm congruam hoc sibi escam parant, vnoque odoratu àb alijs incongruis discernunt alimentis: quos pariter nutritiuos odores per accidens tantùmodo suaues esse affirmat, eo quod esca indigentibus, appetentibusque, tales appareant; repletis verò ac nequaquàm indigis, insuaues; diuiditque iuxtà saporum diuisionem varietatemque, cum odores hi, atque sapores pari quodammodum gradu procedere videantur. Alterum verò odorum genus àb esca prorsus independens est, de quo dixit Plinius. *Odorato sapor rarò vlli non amarus, è contrario dulcia rarò odorata.* Per se igitur hic odor suauis vel insuauis est, solique homini eo frui à natura tributum vt prudentissimum animal menti excolendæ in primis dicatum, suaui calidorum sicciorumque olfactu, friggidum præhumidumque cerebrum attemperaret, exhaustoique reficeret spiritus: De hoc etenim ità locutus est Aristoteles. *Proprium autem hominis naturæ est talis genus odoris, quia maximum & humidissimum cerebrum habet inter animalia vt pro magnitudine: propter hoc enim & solus, vt ità dicam, sentit animaliũ homo, & gaudet florum, & talium odoribus: commensuratus enim eorum calor & motus ad excessum eius, quæ in loco friggiditatis & humiditatis est.* Ad sanitatis ergo tutelam creata est hæc species odoris, animantibus brutis incognita; hæc siquidem odores haud quaquam sequuntur inde pendenter ab esca. Quod autem odores omnes calidi sint, & asserit loco citato Aristoteles, & probat Gal. 4. de simpl. fac. cap. 22., eò quòd omnis euaporatio à calore fiat At quid dicemus de odoribus ijs, qui friggidi vulgo existimantur, vt Rosarum, Violarum, Sandalorum, Caphuræ, florum lambruscæ,

Odorum duo præcipua genera, nutritiuum, & ab esca independens.

Odores nutrimentorũ per accidẽs suaues sunt.

Pl. nat. hist. lib. 21. cap. 7.

Soli homini suauibus frui odoribus datum est, vt ruectur cerebrũ, cum menti excolendæ in primis dicatus sit,

Ar. de sen. & sẽs. c. 5.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 69 sur 478

©BIUM

Odores omnes calidi sunt cur aliqui frigidi dicantur.

bruscæ, & similium? An hi odores frigidi dicuntur, quia temperatum habent calorem; proindeque cerebrum calidius refrigerare queunt? an potius quia hi etiam odores calidi sunt actu; subiectantur enim in fumosa euaporatione, quæ ab externo calore excitatur; refrigerant tamen, quia se se postmodum reducunt ad pristinam frigiditatis naturam, quam in potentia semper habent. Adhæc Rosæ florum odoratissimæ, humidissimæ etiam sunt, & fragrantiores matutinis horis, & dum virent, quàm in meridie & exsiccatæ: odoratiores pariter Violæ virentes, & vmbrosis in conuallibus obortæ: quinimmò complures extant pretiosiores aquæ ac suaueolentes, quæ tamen humidæ adeò sunt, vt vix intelligi possit, vt nam in ijs siccitas humiditati prædominetur. Verùm id è partium etherogenecitate prouenire censendum est: etsi enim aliqua humidiora à prædominio appareant; secundum aliquas tamen partes, (tenuiores videlicet, atque exalabiles) sicciora esse possunt: & si in superficie dispersa sit odorata illa, ac prætenuis substantia, vt in Rosis, atque Violis, facilè & à Sole & ab aëre dissipabilis redditur: ex quo fit vt virides, & à solari radio intactæ magis oleant. Contrariũ euenit, si intimiorem obtinuerit sedem, terrestriorique constent substantia, vel nimio humore obruta sit: tunc enim siccata, olentiora fiunt, vt Calamus, Iuncus, Cinamomum; nimio videlicet humore exhausto: qua pariter ratione pomorum omne genus odoratius redditur, quo vetustius, & è suis ramis auulsum: poma enim sicciora ita fiunt & matureſcunt. Atque hinc Vnguentarij edocti, tenues has ac dissipabiles substantias oleis, ac pinguedine excipere nituntur, vt ab horum tenaci lentore diutius conseruentur. Liceat pro argumenti huius coronide præstantissimorum odorum naturam, (Mosci videlicet, atque Zibeth) hìc recensere. Ac de Mosco quidem si legitur apud Scaligerum exerc. 21. *Apud Indos in Regno Pegù, Gazelæ simile animal album est, sub cuius ventre sanguis colligitur in tumorem, seu apostema. Captâ ferâ, eam partem cum corio simul abscindunt. Quæ inter secandum guttæ sanguinis effluunt, moschus est eximius, & efficacissimæ virtutis: nam in reliquum sanguinem, quem hyrudinibus ab eadem parte extra-*

Rosæ cur sint fragrantiores dum viuunt, & matutinis horis.

Violæ cur odoratiores sint vmbrosis in cõuallibus obortæ

Siccitas in odoriferis aquis vt cõsideranda.

Cur aliqua quo sicciora, eo odoratiora sũt.

Oleosa & pinguia odores à dissipatione conseruant

Mosci, & Zibeth generatio.

©BIUM

trahunt, aliquot guttas infundunt, & ſic perficiunt; centeſima enim pars ad id agendum ſatis eſſe aſſerunt. totus denique ſanguis exſiccatus, & in pulverem redactus, in ijs folliculis includitur, & defertur in Europam. Zibeth verò, aſiatici cuiuſdam felis excrementum eſt, Taxo perſimilis, cui à tergo ſub genitalibus celluła quædam, ſeu loculus, quaſi alterum pudendũ latitat, in quo, dum optimis interim cibis à cuſtode alitur, vt ouis, nobilioribuſque carnibus, (quò enim pretioſiora ſunt alimenta, eò perfectius producitur Zibeth) ſingulo quoq; vel altero menſe, melleus quidam craſſuſque colligitur humor, qui cum ſua acredine vellicat, Fera partem illam in pariete, vel caueæ lateribus effricat, ſicque loculum pretioſo iam liquore repletum indicat, qui exiguo, eburneoque cochleare leniter deindè abſtergitur atq; optimũ id eſt Zibeth; vt ipſemet Matriti non ſemèl obſeruaui, dùm Eminentiſſimo Principi, Franciſco Cardinali Barberino Vrbani Octaui ter maximi ex Fratre Nepoti, Sediſque Apoſtolicæ ad vtrumque Regem à Latere Legato, omnium Virtutum laude digniſſimo, famularer. Cæterùm inter odores longiùs fortaſſe ſpatiati ſumus, quàm noſtri inſtituti ratio patiebatur.

In nares autèm non eſt foramen; verùm mollis laxitas velut ſpongia. In naribus ad cerebrum vſque, ſeu ad mammillares proceſſus, qui ipſius cerebri velut additamenta ſunt, & proprium olfactus inſtrumentum, non adeſt vnus aliquis amplus ac continuus meatus, quemadmodum in auribus conſpicitur; ſed os anteſtat ſpongiforme, flexuoſis atque interruptis foraminibus peruium, per quod cerebrum friggidum humidumque exiſtens, ſicciorem alitum, ſicciori è mixto emanantem, auidè, ſed non niſi inſpirando, quaſi vi, trahit, vt àb ipſo reficiatur, attempereturque. Et quò naſi cauitas, eiuſque omnes patres puriores à ſordibus extiterint, eò exactiùs odorem percipit: à nimio ſiquidem madore odores corrumpuntur, ſpongioſoque eſſe oppleto, ad cerebrum denegatur aditus; vnde in coriza nihil ferè odoramus.

Et

©BIUM

Et propterea per longiorem distantiam audit, quàm olfacit. Ex enarrata narium constructione colligit ad finem textus Hippocrates curiosi admodùm problematis solutionem; cur, videlicet, ex maiori distantia audiamus, quàm olfacimus: nam cùm sensiterium auditus vnicum habeat, continuum, & satis amplum meatum ad myringam vsque; myringa verò tenuissima sit, breuissimis rectisque distincta poris, soni vllo absque impedimento ad implantatum aerem statim penetrare possunt: & si longinquioribus è partibus adueniant debiles iàm à distantia, audiuntur tamèn, cum facilis ijs aditus sit ad proprium auditus instrumentum. Adde quod aer sonorum delator, dum atteritur, frangiturque, non sine violentia resilit; proindèque impetu ad distantiores partes fertur. Contrarium prorsus euenit in olfactu; cuius sensiterium, vt dictum est, pro meatu, spongiosam habet & cribriformem substantiam, crassam, nec, nisi interruptis foraminibus, peruiam, in quibus odorati alitus tardè ascendentes (accidentariæ enim eorum leuitati à calore impertitæ, naturalis humidorum grauitas perpetuò reluctuatur) magna ex parte dissipantur, priusquàm ad mammillares, longo satis itinere, deduci possint: atque ità dum longè adhuc àb olfactu, seu olfactus instrumento absunt, dispergitur. Hùc accedit, quod odoratus iuxtà cerebrum locatum sit mole maximum in homine, à cuius frigiditate refriggeratur odor, & àb humiditate diluitur: ex quo Aristoteles 2. de an. t. 90. hominem inter animantia peximum habere odoratum asseruit. Vultures namque, & Canes, qui à longè odorantur, paruum habent, ac siccius cerebrum, & organa olfactus, (vt potissimum videre est in canibus, quorum oblonga sunt capita), àb ipso cerebro remotiora. At ratio àb Hippocrate in præsenti textu adducta, potior fortasse etiam est pro solutione alterius problematis, quod àb Aristotele 2. de an. t. 98. proponitur; cur scilicet homo respirans quidem, olfacit; non respirans autem, sed expirans, aut tenens spiritum, non odorat, neque eminùs, neque cominùs, neque si in nasum intùs ponatur. Soluit t. 100. dicens sensorium odoratus illud peculiare habere in homine,

Cur ex maiori distãtia audimus, q̃ olfacimus.

Homo inter omnia animalia peximum habet odoratum.

Cur homo non nisi respirans olfacit,

©BIUM

homine, & in compluribus etiam ſpirantibus, vt cooperimento tectum ſit, quod reſpirantibus diſcooperitur dilatatis venis & meatibus. Verùm cùm nullum tale operimentum Anathomici inueniant in hoc organo; verius dicemus neceſſariam eſſe inſpirationem ad odorandum, vt odores vi quadam ad mammillares proceſſus trahantur, ad quos òb peculiarem & ethmoidis oſſis conditionem numquam per ſe penetrarent.

XIV. Et in oculos venulæ tenues ad viſum ex cerebro per ambientem membranam feruntur. Hæ autem venulæ viſum alunt humore de cerebro puriſsimo, qui etiàm in oculis apparet: Eædem venæ etiàm oculum extingunt vbi fuerint reſiccatæ.

POſt Auditum atque olfactum Viſus nobis ſe ſe contemplandum offeret, exteriorum omnium ſenſuum longè præclariſiſſimus, ſine quo miſerrima prorſus humana vita haberetur. Huius lucidiſſimum organum oculi ſunt, monſtruoſæ planè pulchritudinis, ac poſtremus naturæ conatus in humano opificio: Sunt namq. duo eius fulgentiſſima ſydera, ſeu luminaria magna, quibus homo omnia circumſpiciens, rerumq; naturas, differentias, atq. effectus intelligens, eximias ſibi ſcientias comparat. *Maximum opus*, inquit Plato in Timæo, *cuius gratia vtiliter nobis à Deo donati ſunt, deinceps explicandum cenſeo: Rerum enim optimarum, vt arbitror, cognitionem nobis oculi attulerunt; nam hæc, quæ de mundo diſputantur, numquam inuenta eſſent, ſi neque ſydera, neque ſol, neque Cælum ſuſcipi potuiſſent. Cognitio verò diei ac noctis ab oculis orta, fecit vt dinumeratione quadam menſium, annorumque, ambitus metiremur, tempus cognoſceremus, vniuerſæ naturæ ordinem ſcrutaremur: Quibus ex rebus Philoſophiam adepti ſumus, quo bono nil vmquam maius mortalium generationi datum eſt Deorum munere, neque dabitur.* Quinimmò præter vſum illum, qui & brutis communis eſt, vt quaſi ex alto proſpicientes, noxia euitent, proſequantur vtilia; præſtantiorem alterum peculiariter habent

Oculorum præſtantia.

Oculorum vtilitas in ſcientijs cõparandis.

Philoſophia maximũ eſt Deorũ munus.

©BIUM

bent in homine, vt visibilibus hisce immensa cognita summi Opificis sapientia & bonitate, in eius amorem, vt par est, rapiatur. *Hi lucis vsu vitam distinguunt à morte*, inquit Plinius, *neque vlla ex parte maiora animi indicia cunctis animalibus, sed homini maximè, ideſt, moderationis, clementiæ, misericordiæ, odij, amoris, tristitiæ, lætitiæ. Contuitu quoque multiformes, truces, torui, flagrantes, graues, transuersi, limi, submissi, blandi. Profectò in oculis animus inhabitat, atque hos cùm osculamur, animum ipsum videmur attingere.* Hinc varijs Encomijs tantum naturæ decus varij variè venerantur, naturæ oculum, animi speculum, solis filios, fenestras animæ, organum lucidum, Diuinum membrum appellantes. Sed quis tantam pulchritudinem satis vnquam admiretur? Quid pretiosius vnquam indicus produxit Oceanus? Quid eius in lictore pretiosius repertum? At præstat tantam rem silentio venerari, & ad propositum textum regredi, in quo venulæ proponuntur, quæ nobilissimam hanc corporis partem purissimo deducto humore, alunt. Censent porrò nonnulli Hippocratē de opticis seu visiuis neruis hic loqui: hi namque cùm primum sint neruorum cerebri cõiugium; bini, prodeuntes è cerebro alter in alterum oculum inseritur, visiuam vim vnà cum animalibus spiritibus deferētes: siquè obstruantur, ita vt perennis spirituum Fluxus in ijs exsiccetur, siue intercipiatur, confestim visio deperit, quem affectum vulgo guttam serenam appellant. Neque nouum est in Hippocrate etiam neruos venarum nomine insigniri, vt annotauit Foesius in Oeconomia; & nos infrà ostendemus. Confirmatur hæc opinio ex lib. de carnib., vbi eadem ferè, sed clarius, ità leguntur. *At verò Visus propterea contingit. A cerebri membruna Vena in vtrumque oculum per os descendit. Per has duas venulas quod est glutinosissimi tenuissimum de cerebro percolatur, & propterea ipsam circùm ipsum oculum tunicam talem facit, quale est ipsum oculi pellucidum, quod ad aerem vergit, ad quod ventus & flatus irruunt, eadem planè ratione, quemadmodum de alijs membranis ac tunicis dixi. Sunt autem multæ hæ tunicæ præ oculis pellucidæ, quales ipsi existunt; per hoc igitur relucens, videt. Quod verò non splendidum est, neque relucet, per hoc non videt &c.*

Plin. nat. hist. lib. 22. c. 37: Oculi sunt animi indices.

Oculorum encomia.

nu. 18.

Vbi

©BIUM

Opticorum deſcriptio.

Vbi de opticis neruis intelligendum eſſe certiſſimum eſt: Cùm namque hi medulla, duplicique tunica conſtent; medullaris quidem ſubſtantia, quam à cerebro mutuantur, in cryſtallinum humorem diſperſa, vt in id, quod proprium eſt vitius inſtrumentum, viſilem ſpiritum quaquè verſus effundere poſſit, reticulare format inuolucrum. Tunicæ verò, quas à craſſa & à tenui cerebri meninge acceperunt, in oculi orbem dilatatæ, craſſa quidem, atque exterior, cherathoidem, ſeu corneam; tenuis autem atque interior chorhoidem, ſeu Vueam oculi membranam conſtituit: Quæ ſanè dilatatio, & membranarum optici nerui expanſio, propagatioque non niſi ex glutinoſo, ſed puriſſimo humore, fieri credendum eſt, cum partes ſint ſpermaticæ, pellucidæque; eumque optici non niſi ex cerebro accipiunt, tenuiſſimam puriſſimamque glutinoſi illius humoris partem ſeligentes, vt diaphanas lucidaſque efficiant tunicas, quæ à lumine viſilibuſq; ſpectris permeari queant. Non inficiamur itàque in textu è lib. de carn. deſumpto opticorum neruorum mentionem haberi, vbi oſtenditur cur oculus præ cæteris ſenſorijs apriſſimum ſit viſionis organum, eò ſcilicet, quod diaphanum ſit atque pellucidum, è puriſſima glutinoſi humoris, cuiuſmodi ſpermaticum eſt, parte genitum; ſed in propoſito contextu de oculi alitione agi aſſerimus, quæ non niſi medijs venis fieri poteſt, per quas tantummodò alimentum defertur, cum optici non niſi animales deferant ſpiritus. Omittimus, quòd impropriè has venas vocaſſet exiles, ſi de opticis loqui voluiſſet: ſunt enim hi nerui præ cæteris cerebri coniugijs craſſiſſimi. Dicendum propterea illas nunc proponi tùm venulas, tùm arteriolas, quæ in tenuem cerebri membranam ab internis iugularibus & carothidibus diſſeminatæ, ad ipſos demum oculos, ad rhagoidem nimirum, ſeu vuiformem tunicam, ab ipſamet tenui membrana prouenientem, feruntur, in eaque innoteſcunt; ibique non modò ipſam alunt vueam, ſed & corneam, & reticularem, & vniuerſum denique oculum præter adnatam tunicam: nam & hæc conſpicuas ſuſcipit venas à pericranio. Sanguis autem per venas receptus, in vitreum diſtillans humorem, ibi alteratur,

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 75 sur 478

©BIUM

præparaturque in alimentum cryſtallino humori, quem cruentari, ac ſanguinolento infici colore nefas eſſet. De his venis videndus eſt Gal. lib. 10. de vſu part. cap. 2. dicit ergo Hippocr.

Et in oculos venulæ tenues ad viſum ex cerebro per ambientem membranam feruntur. membrana enim, qua cerebrum immediatè circumambitur, piaque menix appellatur, ad oculos vſque protenditur, dum opticis neruis interiorem tunicam commodat, quæ per oculi orbem dilatata, vuiformem efficit membranam. Per hanc itàque piam vel tenuem meningem venulæ complures, arteriæque ab internis iugularibus, atque carotidibus oriundæ, opticum neruum perpetuò comitantes, ad viſum, vel viſionis organum ferunturs.

Hæ autem venulæ viſum alunt humore de cerebro puriſsimo, qui etiam in oculis apparet. nam per has venas puriſſimus ac tenuiſſimus è cerebro ſanguis ad Vueam tunicam delatus, non modò in adhærentē ei corneam reſudat, cùm hæc, tum quod duriſſima ſit, tùm quod diaphana perſpicuaque eſſe debebat, venis penitùs deſtituta eſt; ſed in proprios etiam oculi humores, aqueum & vitreum, in quo tenuiſsima huius ſanguinis portio omni depoſita rubedine, in cryſtallini alimentum excoquitur. Huius alimenti puritas in ipſis oculorum humoribus prænitet, qui in pupilla per corneam tranſparent; aut in ruptioribus effuſi, nitentiſsimi conſpiciuntur, alimentique puritatem etiam atteſtantur: lucidiſsimum enim organum non niſi lucidiſsimo, puriſsimoque alimento, nutriri par erat.

Eædem venæ etiam oculum extinguunt vbi fuerint, reſiccatæ. Exſiccantur quidem, aut quod obſtructæ, naturalem commeatum non amplius admittant; aut quod in ſumma alimenti paupertate, vt dum natura

Oculorū venæ cur exſiccentur.

©BIUM

natura aut vi morbi, aut vltimi ſenij in ſumma imbecillitate eſt, vitale nectar non eò vſque extenditur. Hinc tabeſcunt oculi atque extenuantur; exſiccati humores obdureſcunt, denſantur membranæ, omniumq; deperit perſpicuitas: ex quo viſionem minui, vel penitùs extingui neceſſe eſt. Non ergo opticis tantummodò obſtructis, animaliq; deficiente ſpiritu, atque oculo illæſo apparente vitiatur viſio; ſed venis etiam exſiccatis, vt iam explicauimus, idem contingere cenſendum eſt.

Viſio non minus opticis neruis obſtructis, quam oculorũ venulis exſiccatis extinguitur.

XV. Membranæ autem tres, quæ oculos cuſtodiunt, ſuperna quidem craſsior, media tenuior, tertia tenuis, quæ humorem conſeruat.

Oculorum membranæ.

PVlcherrimum præ omnibus eſt oculorũ opificium; quippe qui in editiſſima corporis parte, quà versùs progredi animal debebat, omniaq; obuerſantia proſpicere, coruſcant; oſſibus varijs, ſupercilijs, palpebris, cilijſque vndequaque obuallati, vt ab irruentibus quibuſcunque tutiores ſplenderent. Hinc, cum ceù in ſpecu latitent, àb occulendo oculi appellati ſunt. *Etenim*, inquit Plato, *ſalubre palpebrarum tegmen Dij oculis machinati ſunt, quibus obductis vis illa ignis intimi conniuentia tegminis coercetur, compreſſaq; interiores motus perfundit & mulcet, quibus relaxatis, atque emollitis quies oritur.* Cæterùm multiplici partium varietate lucidiſſimum hoc organũ compoſitum eſt; ſex etènim enumerantur muſculi, qui à profundiore ipſius orbitæ parte, à ſphenoide nimirum prodeuntes, in adnatam tunicam inſeruntur, & quaque verſus rectè & obliquè oculos mouent. Sex etiam aſſignantur membranæ cuſtodiendo oculo, obfirmandoque dicatæ, quarum prima Adnata dicitur, ſeu coniunctiua, eo quod oculum proximis partibus adnectat, ne violentibus in motibus procidat. Ab vltimis pericranij partibus hæc oriunda eſt: cùmque ſit opaca non omnem anteriorem oculi partem circùmueſtit; ſed amplum relinquit meatum in Iride, ſeu in variegata illa, atque orbiculari linea, vbi oculi album termina-

Oculorum deſcriptio.

In Timæo.

Aduata.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 77 sur 478

©BIUM

tur; idque vt visibilibus spectris, luminique iter ad crystallinum pateat: intus verò totum inuoluit oculum, vt ab ossium duritie defendat; est opaca, alba, callosa, pinguis, venulis arterioliſque intexta. Huic subiecta est Cornea, sic dicta, quod corneas laminas duritie ac perspicuitate emuletur. Dura quidem est vt crystallino, cęteriſque mollioribus oculi partibus propugnaculum sit ab irruentibus omnibus Ventis, frigore, & æstu, cum ipsa primò occurrat in pupilla, vndè totum circumuestit oculum; Est autem perspicua, vt visibilibus speciebus, luminique peruia sit; A dura meninge medullam nerui optici ambiente originem ducit, vt dictum fuit, arterijs venuliſque penitus destituta, quo eius perspicuitas purior esset: vnde ab vuea ei proximè subiecta, alimentitium prolectat humorem. Sequitur tertia tunica, quæ Vuea dicitur, eo quod Vuæ folliculo, à quo pediculus auulsus est, persimilis figura, colore, tenuitate, læuitateque externa sit. Tenuiori membranæ nerui optici suam originem hæc acceptam refert, vndequaque oculum inuoluens, præterquam anteriori parte, vbi tenui foramine peruia oxistit, quod pupilla, seu oculi feneſtra appellatur. Hæc vna inter oculi tunicas coloribus distinguitur: nam anteriore sui parte, quà quidem crystallinum spectat, fusca est & nigricans: quà verò corneam respicit, iridem constituens, seu circulum illum, cuius latitudo ab albo ad pupillam extenditur, non vnicolor in omnibus, sed pro varia cerebri, oculique temperie, nunc cæsia nunc cærulea, nunc nigra conspicitur: posteriori verò sui parte Vuea in conuexo fusca nigraue est, in concauo vero primùm subalba, mox viridis, demùm cærulea. Huius vtique vsus sunt, cùm venulis arterioliſque disseminata sit, proximas partes alere; cùm sit mollis, crystallinum à corneæ duritie defendere, colorumque varietate quasi speculum, aut viridarium, oblectare. Dissipatos spiritus cæruleo atroque colore in vnum colligit, & externi denique luminis splendorem refrangit. Quarta Aranea dicitur àb Aranearum telis, quarum similitudinem sui tenuitate gerit. Proprium est crystallini involucrum à pia matre procedens tenuissimum, perspicuumq;. Quincta est Reticularis, à retis similitudine ità appellata: neq;

Cornea.

Vuea.

Aranea.

Reticularis.

hæc

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 78 sur 478

©BIUM

hæc ptoprièt unica eſt ſecundum Galenũ, cum nihil tegat, ſed quædam potius eſt medullaris nerui optici ſubſtantia inſtar retis per cryſtallinum humorem dilatata, vt per eum viſilis ſpiritus commodè diffundi poſſit. Sexta, poſtremaq. Vitrea appellata eſt à vitreo humore, quem circumquaque ambit. In huius medio viſitur ciliare interſtitium cilij figuram referens. Verùm neque hæc vera tunica dicenda videtur, ſed quidam Vueæ proceſſus, quo cryſtallinum eidem vueæ alligatur; Aqueum pariter humorem à vitreo ſecernit, ne ſimul confundantur. Atque hæ ſunt variæ oculorum membranæ & amiculæ, quas curioſa diſſectione varij poſt Hippocratem Anathomici obſeruarunt. At cum harum aliquæ neutiquam veræ ſint tunicæ; Aranea ſiquidem tenuiſſima eſt, vix perceptibilis, neque totum ambiens oculum, ſed vnum tantummodò cryſtallinum, eumque, ſi Galeno credimus lib. 10. de vſu part. c. 6. àb anteriore tantum parte. Reticularis verò, vt ex eodem Galeno ſuprà annotauimus, non eſt membrana, ſed quędam potius nerui optici medullaris ſubſtantiæ dilatatio. Vitrea denique ſit quaſi appendix rhagoidis; indè eſt, quod Hippocrates non nili tres agnouerit, ſupernam videlicet, hoc eſt, adnatam, craſſam admodùm & pinguem, & quam carnem appellat lib. de carnib. Mediam, hoc eſt, corneam tenuiorem. Tertiam denique, molliorem adhùc, tenuioremque, Vueam nimirùm, quæ humorem (cryſtallinum videlicet) conſeruat, non modò quatenùs à corneæ duritie illum tuetur, verum etiam quia ſuis cum coloribus mirificè recreat, ſpiritus vnit, externi luminis ſplendorem obtundit, ne diſgregando nimiùm lædat. Harum trium videtur etiam meminiſſe lib. de carn. citato, vbi adnatam tunicam carnem vocat eò quòd pericranij proceſſus ſit, quod carnoſa capitis membrana dicitur, eamque carnem pariter appellauit Hippocrates, vt videbimus t. 14. lib. 2., ità vt admirer Authorem Libri, qui Medicus inſcribitur, quòd cap. 2. hunc textum citans, oculum ex Hippocratis ſentẽtia duas tantummodò habere tunicas, corneam & Vueam, aſſeruerit. Sunt prętereà in oculo tres humores, Aqueus nimirùm, qui aquam puritate ac perſpicuitate refert, ſuoque lentore ouorum albumini

Gal. lib. 10. de uſu part. cap. 2.

Vitrea.

Cur Hipp. tres tantum agnoſcat oculorum membranas

Oculorum humores. Aqueus.

©BIUM

mini ſimilis eſt; vnde etiam albugineus appellatur; quique in anteriore oculi parte, vbi pupilla eſt, inter corneam, cryſtallinum, & Vueam, collocatur ad ipſius cryſtallini tutelam, ne ſcilicet à membranarum duritie lædatur, aut ab externi luminis fulgore: quin etiam ipſum continentèr humectat, nè à perpetuo motu exſiccetur. Vueam, præterea, atque corneam diſtendit, nè concidant & corrugentur. Quòd *ſi cornea rumpatur, foràs illicò egreditur liquidus & glutinoſus*, inquit Hipp., *atque vbi refrigeratus fuerit, ſiccus euadit velut thus tranſparens*. Hunc totum bis òb vulnera effuſum proprijs ſe oculis vidiſſe teſtatur Columbus, & ſpatio temporis regenitum; ità vt eodem oculo cernere Æger deinceps potuerit; indeque colligit eſſe excrementum. Aqueum cryſtalliuus excipit, cryſtallo, vel glaciei perſpicuitate ac denſitate perſimilis; quouis tamen Adamante illuſtrior ac pretioſior. Hìc proprium eſt ac verum viſionis inſtrumentum, quo à viſibilibus ſpectris alterato, celebratur viſio, proindeque in oculi centro è directo pupillæ reſidens, principatum inter cæteras partes gerit, quæ ei vnitæ ſubſamulantur. Iurè itaque eum oculi centrum, Animam oculi, interiùs ſpecillum appellant. Innatat cryſtallinus in tertio humore, qui Vitreus dicitur òb ſuſi vitri ſimilitudinem, quam craſſitie & conſiſtentia gerit. Huius præcipuum munus eſt alimentum cryſtallino præparare, quem proindè medium excipit: nephas etenim erat nitidiſſimum organum cruento infici humore, ſed puriſſimo, ac defęcato indigebat, qualis videlicet à vitreo ei ſubminiſtratur. Ex hac partium natura oculi totius temperamentum, collegit Ariſtot. de ſenſ. & ſenſil. cap. 2. aqueum eſſe aſſerens contrà Empedoclem & Platonem in Timæo, qui igneũ eſſe affirmarunt, eo quod cęleſtis ignis particeps ſit: ſic enim loquitur. *Ignis verò illius, qui non vrit quidèm, ſed illuminando ſuauiter diem inuehit mundo, participes oculorum orbes Dijs fecerũt.* Quam vtique ſententiam Platonici varijs argumentis roborare conantur, eò videlicet; quòd iratis oculi coruſcent; ſi fricentur, etiam in tenebris ſplendent: lucidi ſunt, agiles, ſpiritoſi, neque vnquam rigeant. Sed quemadmodum hæc maximam tum vitalium, tùm animalium ſpirituum, copiam

in

Aquei humoris vſus.

Hipp. de carn. nu. 18.

Hip. lib. 1. de carn. nu. 18.

Columb. lib. 10. de re anath.

Cryſtallinus

Vitreus.

Oculi temperamentũ aqueum vel igneum ſit.

©BIUM

in oculos influentem atteſtantur; ità friggidarum partium aggregatio in oculis, varijque humores friggidi & humidi, qui numqam in ijs non copiosè conſpiciuntur, friggidæ atque humidæ craſis certiſſimum ſunt argumentum. Ex innato tamen, influentique; contrarijs videlicet ſimùl admixtis, optimam oriri ſimmetriam cenſendum eſt, nobiliſſimæ actioni congruentem.

XVI. Ex his ſuperna & craſsiſsima ſi lædatur, & mutiletur, morbos facit. Media verò etiam ipſa periculoſa eſt; & vbi rupta fuerit, prominet foràs velut veſica. Tertia autem tenuiſsima omninò periculoſa eſt, quæ humorem conſeruat.

MEdicum agit Hippocrates; proindeque explicata alicuius partis natura, morbos ſubindè recenſet, quibus ea pars obnoxia eſſe conſueuit: quamobrem oculus, cum pars ſit organica, ſimilaribus compluribus contexta, nullum morbi genus eſt, quodperpeti non poſſit, ſimilare, organicum, commune. Vndè prudenter admodum apud Priſcos factum, quod peculiares Medicos his morbis, qui innumeri propè ſunt, dicauerint; vt teſtatur Gal. 6. aph. com. 31. ſubcreſcunt ſiquidem hi affectus, non modo in oculorum membranis, verùm etiam in muſculis, Neruis, humoribus, ſpiritibuſque: Membranarum tamen hic meminit tantumodò, quòd illæ potiſſimum morbis infeſtari conſueuerint: Quapropter ſi ea, quæ ſuperna eſt, & craſſiſſima, quam adnatam appellari diximus, quouis modò offendatur, ſiue àb extrà irruentibus cauſis, fumo, puluere, ventis, tetris ex minera exalantibus vaporibus, ſplendore item intenſo, violento incurſu, aliaue conſimili re; ſiue àb interioribus, vt humorum congeſtione, fluxioneque; in ea illicò ſubcreſcunt morbi; qui ſi viſum penitùs non extingunt, cum adnata non ſit præcipuum videndi inſtrumentum, ſaltèm minùs commodum reddunt: nam in ea fit quidem Taraxis, ſeu oculi perturbatio ſi àb extrinſeco phlogoſis & rubor excitetur. Fit Ecchymoſis, Ypoſphagma, & ſigillatio, diffuſo prius, deindè liuente ſanguine

Oculorum morbis peculiares Medicos antiquitus dicarunt.

Oculorum morbi varij & innumeri ſecundum partium varietatem.

In Adnata fit.

Taraxis.

Ecchymoſis

Ypoſphagma

©BIUM

Ypopion. guine, ob ruptam, adapertam, aut exesam venulam: qui
planè affectus in Ypopium degenerat, si idem sanguis denique
Optalmia. in pus vertatur. Omnium tamen frequentissimè Optalmia eam
infestat, inflammatio scilicet cùm tumore, rubore, doloreq;
ex tenuis bilioſique sanguinis influxu per temporum, atque
angulorum venas. Immò si oculi album adeò quandoque in-
tumescat, vt oculi nigrum velut profundus hiatus appareat,
Chymosis. tunc affectus sit, qui Græcis dicitur Chymosis. Huc spectat
Epiphora. etiam Epiphora, siue lacrymarum fluxio, quæ modo aquea
est, & friggida, modo acris, nitrosa, & erodens, plerumque
adnatam vel corneam mutilans ex illuuie extrà cranium in
syncipite collecta, iuxtà pericranium distillante. In eadem
hac quandoque membrana illa excrescit, neruosa & albicans,
Pterigium. quam à maiori angulo tam vltrà interdùm se se extendere no-
uimus, vt pupillam contegat, diciturque Pterigium. At me-
In cornea fit. diam membranam, quæ Cornea nuncupatur, periculosius ad-
huc laborare contingit, quò proprius ad crystallinum accedit,
Rhexis. totumque oculum circumambit. In hac si Rhexis, seu aliqua
continui solutio adueniat, siue àb intrinsecis, siue àb extrin-
Proptosis. secis causis, tunc primùm albugineus effunditur humor; mox
per rimulam vuea procidit, fitque Proptosis, cuius variæ as-
Chephalo. signantur species: nam modo vuea ità extrà prominet, vt
Staphiloma. Muscæ referat caput, diciturque tunc Chephalo; modò in
acini Vuæ similitudinem excrescit, & dicitur Staphiloma;
Clauus. modò augetur ad claui capitis magnitudinem, & clauus nun-
cupatur. Incrassatur præterea cornea, densaturque tum in
Caligo senectute exsiccata, tum ex alijs morbosis causis; indeque
contingit Caligo, seu tenebrosa visio, præpedito nimirùm
transitu visibilibus Speciebus. suffunditur extraneo colore in
icteritia, inflammatione, sigillatione: ac tunc allucinantur
oculi, dum obiecta omnia consimili infecta colore se se offe-
Parorasis runt; affectus Græcis Parorasis dictus: Siquè post phlyctænas
& pustulas, quibus interdùm cornea perstringitur, sordidum
Epicauma, Onix. vlcus superueniat, fiet Epicauma, ad quod sequitur Onix,
cicatrix nempe vnguis imaginem referens. Ex tertia tandem
In Vuea fit. membrana maiora etiam imminent discrimina, ex vuea vi-
delicet, quæ proximior adhùc accedit ad crystallinum: in ea

con-

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 82 sur 478

©BIUM

siquidem mydriasis fit, hoc est, pupillæ dilatatio, eiusdemque constrictio ex adaucto, diminutoue plusquam satis est albugineo humore, à quo ipsa vuea extensa adseruatur. Augetur autem hic humor à fluxionibus, & imminuitur in oculi atrophia & phthisi; nec rarò à nimia Veneris indulgentia; omniaque tunc maiora apparent. Atque hi sunt affectus, quibus tres hę membranæ infestari consueuerunt. Cęterùm non tam breui circulo arctatur humani oculi calamitas: maiora namq. superfunt mala, quibus reliquæ etiam partes non rarò exagitantur. Densatur etenim albugineus quandoque humor, crassa illùc irruente materia, & Ypochisim gignit, seu tenebrosam suffusionem. Inficitur crystallinus aut vitreus humor nũc glauco nunc fusco colore, indeque omnia extrinsecùs caligine obuoluta, coloribusque variegata apparent. Densatur quoque crystallinus, crassescit, & ad albedinem versus fit Glaucoma. Obstruitur opticus neruus, & fit Amaurosis, siue gutta serena. Quin etiam animalis ipsemet spiritus ad visum delegatus, quique copiosus, tenuis, atque æthereus esse debet, varias patitur alterationes: modò enim copiosus quidem est, sed crassus; ac tunc obiecta quæuis, siue proxima, siue remota, parum distinctè perspicit: modò lucidus est, sed paucus; ex quo Myopes fiunt & luscioſi, proxima tantùm cernentes, noctuque; plusquam interdiù; modo paucus est, & crassus, vt in senio euenit; & hebes tunc redditur visio, propinquiora tantumodo, eaque confusè cernens: idque meridiana luce: ex quo Nyctalopes sunt dicti, de quibus videndus Hippocrates 2. prædict. Deperit denique oculorum motus in paralysi, deprauatur in strabismo, in quo ità conuelluntur, ac distorquentur oculi, vt amborum non idem esse queat intuitus: idque vel musculorum vitio, vel neruorum secundi coniugij, vel illius partis cerebri, à qua secunda hæc neruorum coniugatio emergit, contingere solet. Omittimus ea, quæ externis in partibus sæpiùs eueniunt, vt maiori in angulo, vbi interdum exiguus oritur phlegmon Ægilops dictus, ex quo incautius curato sinuosa sequitur fistula, cui, si absumitur caruncula, succedit Rhias, siue profundus hiatus. Quandoque eademmet caruncula immodicè augetur, & fit encanthis.

Mydriasis

Ypochisis

Glaucoma

Amaurosis

Myopes seu luscioſi.

Nyctalopes.

Strabismus vnde fiat.

Ægilops.

Rhias.

Enchantis

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 83 sur 478

©BIUM

Poroptalmia. Xeroptalmia.

Palpebræ & ipſę infeſtantur ſcabie, earum præcipuè extremitatem occupante calido acrique humore, diciturque Poroptalmia; modò pruritu, ſeu ſicca quadam lippitudine ex nitroſa fluxione, & dicitur Xeroptalmia. Inuertuntur etiàm ità, vt interior earum pars rubra promineat, òb cicatricem, vel ſubiectæ carnis exuberantiam, vt quandòque in Aegilope, qui eſt affectus Græcis Ectropion dictus. Erumpit demùm in eius extremitate calidus quidam tuberculus in abſceſſum deſinens, Hordeolus nuncupatus; vel ſuprà ipſam alter durus emergit, quem grandinem appellant. Nec cilia proprijs carent affectibus; nam modò inuertuntur, & pungunt oculum; modò deſluunt, fitque Madarſis. Atque hi ſunt morbi, quibus præclariſſimum hoc membrum, ſecundùm varias ſui partes miſerè obnoxium eſt: nec deſunt alij, à quorum recenſu, ne moleſtior ſit hæc malorum Ilias, iam temperandum duximus.

Ectropion. Hordeolus. Grando. Madarſis.

XVII. Membranæ cerebri duæ ſunt, altera ſuperna craſſior, altera tenuis cerebrum attingens, non amplius eadem permanens poſt quam fuerit vulnerata.

AB oculorum membranulis ad eas, quæ cerebrum circumambiunt ſe ſe confert; neque adeò exactus ordo, textuumque connexio attendenda in Hippocrate, nè in Galeni irriſionem incidamus initio commnetarij primi de fracturis, vbi eos inſectatur, qui Hippocratem improbant eò quòd parũ ordinatè de rebus egerit, cum veteres Scriptores, quique in docendo excelluere, nullam exquiſiti ordinis curam habuerint: Diuinus namque Senex ſolidæ doctrinæ intentus, de cæteris ad vnum ſpectantibus ornatum, haud multùm laborauit. *At cerebrum ſupremam corporis partem cuſtodit*, inquit Democ. libello de nat. hum., *& ſecuritatis tutelam ſibi commiſſam habet, intrà membranas nerueſas cohabitans*. Cùm enim in doctrina Hippocratis, friggidi & glutinoſi humores exaſſati, in membranas extendantur, quemadmodum pingues exuſti durantur in oſſa, propterea *cerebrum*, vt habetur lib. de carnibus; *quià minimum pinguitudinis*

In Hippocrate non eſt attendẽdus exactus ordo.

Membrana ex friggido, glutinoſoq. humore exaſſato gignitur; oſſa verò ex pingui exuſto.

num. 38.

num. 4.

©BIUM

tudinis habet, plurimum verò glutinositatis; à calido exuri non potest, sed tempore tunicam, membranam crassam accepit; circùm membranam verò ossa, quantum calidum superauit, & in quibus pinguitudo erat. De cerebri autem membranis discrepant Anathomici quo ad numerum: Realdus enim Columbus duas agnoscit crassas, eò quod dura meninx facili negotio in duas diuidatur, cum sit duplex. Verùm hæc ratio haud multi facienda est, quandònulla est membrana in humano corpore, quæ in plures, ceu tot in cortices, diuidi non possit, cum omnes duplicatæ sint ad robur. Dicendum proindè est duas tantumodò esse membranas tegendo cerebro, custodiendoque à natura institutas, vt molli amplexu à caluariæ duritie illud tutarentur. Harum prima, quæ adaperto cranio statim se se visendam offert, tenuiori alteri membranæ inhærens, cui per venulas, arteriolasque annectitur, dura nuncupatur, seu crassa meninx & mater, quòd crassiori è materia facta sit ad cerebrum vehementioribus in motibus firmiter continendum. E caluariæ basi emergit, cerebrumq; vndèquaque inuoluit, relicta tanta inter se & cranium in superiori parte distantia, quanta ad cerebri dilatationem constrictionemque satis erat: Cranio tamen per villos alligatur, qui per suturam egredientes, pericranium contexunt. Hæc cerebrum in leuam dexteramque partem diuidit, & duplicaturis quibusdam, quæ non ad cerebri basim, sed ad dimidium tantummodò pertingunt, à cerebello seiungit: Inter quas duplicaturas sinus quatuor reperiuntur, qui, velut vasa sanguinem ab internis iugularibus acceptum continent, & quaqueuersùs in cerebri substantiam ad nutritionem distri-

num. 6. buunt. Hoc significauit Hippocrates lib. de morb. sac., inquiens. *Cerebrum hominis duplex est, quemadmodum etiam aliis omnibus animalibus. medium autem ipsius diuidit membrana tenuis: Quapropter non semper eandem capitis partem dolet, sed particulatim vtramuis, aliquandò verò totum. Sed & venæ in ipsum tendunt ex vniuerso corpore multæ & tenues; duæ verò crassæ, altera ab hepate, altera à liene &c.* Altera àb hac membrana tenuis est, & mollis, quæ cerebrum suauiter atque immediatè amplectitur, indeque pia mater nuncupata est, quæ interio-

De cerebri membranis discrepant Anathomici, quo ad numerum.

Membranarum cerebri descriptio.

Caput cur vna parte doleat, altera omninò illæsa.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 85 sur 478

©BIUM

res cerebri receſſus penetrans, in omnem eius ſubſtantiam venulas arteriaſque deducit; cumque his ſanguinem, ſpiritus & calorem. Explicat demum membranarum iſtarum naturam ijs verbis.

Cerebri membrana non amplius eadem permanet poſtquã fuerit vulnerata, & cur.

Non amplius eadem permanens poſtquam fuerit vulnerata.

Quod non magis de pia, quàm de craſſa meninge intelligendum eſt. Martianus in annotat. ſuprà hunc locum verſ. 44., explicat non amplius eandem permanere, quia ſtatim corrumpitur, denigratur, & fungum emittit: vndè Hipp. lib. de vuulner. capit. *Eadem ratio*, inquit, *membranæ circùm cerebrum eſt: ſtatim enim oſſe perforato & execto, & de membrana detracto, ipſam denudatam membranam puram quam citiſſimè, ac ſiccam facerè oportet, vt nè, vbi ad multum tempus humida ſit, computreſcat, ac in tumorem attollatur: his enim ità ſientibus periculum eſt ipſam putreſieri.* Verùm, etſi id non rarò eueniat; haud tamen neceſſarium eſt, cùm ſæpè contrarium contingat, ſi debita adhibeatur cautio: Ex quo dicendum cenſemus vulneratam eam partem, & diſſectam non amplius eandem permanere, hoc eſt, non amplius coaleſcere; quemadmodum ex aph. 19. ſec. 6. *Perfectum os, aut cartilago, aut nervus, aut gena tenuis particula, aut præputium, neque augetur, neque coaleſcit*; quod docuit etiam Ariſtot. 3. de hiſt. an. cap. 13. *præciſa membrana* (cerebri videlicet) *ipſa ſyncera non coit, & oſſa ſuis diſpoliata membranis, ſideruntur.* vbi addit illud *Syncera*, indicans non coaleſcere, vt dicitur, prima intenſione, regenerata nimirum homogenea ſubſtantia; quamuis ſecundaria intentione, & per ſubſtantiam etherogeneam, qualis eſt callus, aut caro, vniri poſſit. Quod vtique de ſpermaticis omnibus intelligendum eſt. Cuius rei variæ afferuntur cauſæ, ſeminalis videlicet materiæ defectus; Formatricis facultatis vel ceſſatio, vel corruptio; Seminalium partium ſiccitas; caloris paupertas, qui operationũ omnium naturalium opifex eſt, & cauſa potiſſima; Vteri abſentia; Læſę partis debilitas: quæ tamen omnia facili negotio refelli poſſe videntur: nam redũdat ſeminalis ſanguis in corpore, quo ſpermaticæ partes nutriuntur & augentur; immò ex Gal. au-

num. 14.

Spermaticæ partes non coaleſcunt, neque regenerãt ſi mutilatæ ſint.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 86 sur 478

©BIUM

thotitate tenuiores venę & arteriæ etiam regenerantur: Quòd si satis est ad nutritionem & augmentum, cur vnioni discissæ spermaticæ partis satis esse non poterit? Neque facultas corrupta est, si forma eadem adhuc remanet: quod clarius patet eò quia in cauo vlcere quotidiè regeneratur caro, quæ arteriolis compluribus venulisq; propriam figuram habentibus, intexta est, quod absq. dubio opus est formatricis facultatis. Neque sola siccitas sufficiens causa est dicenda; nam ossa in pueris etiam sicca sunt, cum ea qualitas ad ossis constitutionem necessariò requiratur, & tamen Galeni testimonio 6. meth. c. 5. coalescere possunt: quæ profectò sufficientem etiam calorem testantur. Huius ergo impotentię rationem non modò ex dictis aliqua ex parte petendam arbitramur: vt etenim docet Gal. loco citato de sem., neque virtus tàm vehemens est, quàm in ipso vtero cùm fœtus generatur; neq; materia est adeò copiosa, vt satis sit ad harum partium regenerationem; Verum insuper addendum cēsemus sanguinis affluxu, qui vbique præsto est, & in naturæ suppetias illicò ad læsam partem accurrit, seminalium partium regenerationem, vnionemque præueniri: hic enim facillimè reficcatur, densaturq; in carnem, callum, atque cicatricem: eoque velut magis præsentaneo vsà naturà, spermaticis regignendis partibus ex seminali materia occasio præripitur.

Gal. lib. de sem. cap. 13

XIII. Venæ autèm transeunt ad verticem per carnes venientes ad officulum. Feruntur & per carnem duæ ex vertice rectà qua parte supercilia clauduntur, & desinunt ad angulos oculorum. Vna autèm à vertice ad nasum fertur, & in vtramque nasi cartilaginem finditur.

PAtefacta Aurium, Narium, Oculorumque natura, iàm venas illas exponit, quæ partibus ijsdem alimentum suppèditant: Qua postmodum occasione de cæteris etiàm venis humanum corpus tamquàm flumina irrigantibus, sermonem instituet. De quarum natura, origine, ac distributione

Commētaria de venis, & arterijs ab Hippoc. cōscriptavsque à Galeni ætate perierant.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 87 sur 478

©BIUM

ne confuſè admodùm, atq; incertè locutus videtur, eò ſcilicet, quod commentaria, quæ de venis & arterijs ſe ſcripturum pollicetur lib. de articulis, iam vſque à Galeni ætate perierint, vt Gal. ipſe ibidem annotat. Nulla etenim eſt medicinæ pars, quam ſummus hic Senex diligenter non excoluerit, etſi illam naſcentem adhuc, & è cunabulis exceperit. Anathomica verò, quæ quidem ad medicum vſum neceſſaria ſunt, ad affectus nimirum dignoſcendos, præſagiendos, curandoſque, optimè ſine dubio calluit, vt ex pleriſque eius monumentis, libris videlicet de articul., de fract., de oſſ. nat., de reſect., de loc. in hom., alijſque huius generis, certo certius patet. Aliqua fortaſsè eum latuere, quæ ad animi potius ornatum, voluptatemque ſpectant, quæque diligenti admodùm curioſaque inſpectione poſt Herophilum inueſtigauit poſteritas. Superabundantem hanc, atque ſuperfluam Anathome partem vocauit Gal. lib. 2. anath. admin., illam verò vtilem. Cæterùm de venis triplici ordine Hippocrates egiſſe videtur, pro triplici ſcopo, quem ſibi animo propoſuerat; nam modò ſimplicem dumtaxat earum hiſtoriam deſcribere intendit; modò rectitudines docere, ſecundum quas altera alteri correſpondet, proindeque in medendo illas reſpicere opus eſt, & iuxtà eas ſanguinis miſſionem moliri, modò denique peculiares aliquas venas explicare ſtudet, quæ parti alicui peculiariter inſeruiunt alimentum deferendo, aut incommodant, dum ſuperuacaneorum fluxibus iter aperientes, morborum cauſa particulæ illi exiſtunt. Veram vtique ac ſimplicem hiſtoriam deſcribit lib. de alimento, germanam venarum originem oſtendens ijs verbis. *Radicatio venarum hepar. Radicatio arteriarum cor. Ex his abeunt in omnia ſanguis, & ſpiritus, & calor & per hæc meat.* Ramorum diuaricationem delineauit 2. epid. ſec. 4. *Iecoraria*, inquit, *per lumbos ad magnam vſque vertebram deorſum fertur, indeque aliquid ex ſe ſe verticulis adijcit. Ex hepate ſublata per ſeptum tranſuerſum cor recta, deindè iugula adit: hinc verò partim ad ceruicem, partim ad humeros, quædam etiàm inferius paulò reflexæ, ad vertebras & coſtas declinant, &c.* & lib. de oſſ. nat. *Vena tendit per ſeptum tranſuerſum, hepar, ſplenem, renes ad coxendicem circà*

Gal. com. 3. part. 2. Nulla eſt medicinæ pars, quam Hippocr. diligẽter non excoluerit.

Anathomica omnia ad medicinam neceſſaria perfectè callait Hippocr.

Cap. 2. De venis triplici ordine egit Hipp.

Vera & ſimplex venarũ hiſtoria vbi deſcribatur ab Hippocr.

num. 41.

num. 7.

nu. 7.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 88 sur 478

©BIUM

circà ſuram ad ſummum pedem, altera autem ex corde ſub alas, clauiculas, iugula, caput, naſum, frontem, iuxtà aures, humeros, dorſum, pectus, ventrem, per cubitum, &c, & lib. de carn.

nu.6. *Cauiſſima vena per ventrem omnem tranſit, & per ſeptum tranſuerſum, & in vtrumque renem finditur, & in lumbis ſinditur, & exilit tùm in alias partes, tùm in crus vtrumque. Sed & ſuprà Cor ad ceruicem, partim in dexterum, partim in ſiniſtram, & tùm in caput aſcendit, & in temporibus finditur vtrimque, &c.* Inficiari tamen non poteſt, quin & circà harum venarum originem, & circà diuaricationem interdum hæſitauerit, variùſq; extiterit; quod indè procùl dubio factum eſt, quòd rudis adhuc, & in ipſomet exordio eſſet ſecandi ars: vnde citato lib. de carn. à corde originem ducere aſſeruit, inquiens. *Duæ ſunt cauæ venæ à corde, alteri nomen eſt arteria, alteri vena caua, iuxtà quàm cor ſitum habet, & plus habet calidi arteria, quam vena caua, & ſpiritum condit ac conſeruat.* Quam vtique ſententiam, vt non penitùs improbabilem, ſecutus deindè eſt Ariſtoteles, & mordicùs tuentur Peripatetici ferè omnes.

Ariſt. opinio de venis à corde oriundi ab Hip. mutuata eſt, Ariſt. lib. 2. & 3. de part. lib. 2. de gen. an. 3. de hiſt. & alibi.

nu.17. Et lib. de oſſ. nat. *Venæ per corpus diffuſæ ſpiritum, & fluxũ, ac motum exhibent, ab vna multæ germinantes: atque hæc vna vndè oriatur, & vbi deſinat non ſcio: circulo enim facto principium non inuenitur. Cæterùm rami, ac germina ipſius vndè pendeant, & qua corporis parte deſinant, & quod vna his conſentit, & in quibus locis corporis extentæ ſunt, ego declarabo.* Hæc Hippocrates. Quam verò ambiguitatem magna ex parte euacuatam fuiſſe cenſendum eſt dicto libro, quem venis ſe ſe dicaturum pollicetur. Venarum verò rectitudines proſequitur lib. de nat. hom., vbi quatuor venarum paria à cerebro deorſum ad pedes vſque deſcendentia proponuntur: quamuis ea pars addititia, nec Hippocratis germana aſſeratur à Galeno in eiuſdem libri commentario, & 6. de decret. Hippoc. & Plat. cap. 2. vbi Pelopis præceptoris opinionem refellit, exiſtimantis vaſorum omnium originem cerebrum eſſe. Verùm idẽ habetur etiàm lib. de oſſ. nat., & alibi, proindeque genuina Hippocratis ſententia dicenda eſt, qua non vtique nouam venarũ originem docere profitetur, cum à b Hepate omnes emanare aliàs aſſeruerit, omneſq; in vnico trunco coaleſcere, ſed quẽ-

Lib. de art. nu. 41.

Venarũ rectitudines & cõſenſus vbi deſcribat Hippoc.

dam

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 89 sur 478

©BIUM

dam deſcribit conſenſum & rectitudinem, quam ſuperiores quæpiam venæ cum inferioribus quibuſdam, peculiari quadam ratione, habent, ſiue fibrarum ſiue vaſorum: quæ quidem cognitio perneceſſaria eſt, atque vtiliſſima in venarum ſectionibus ad morbos tum curandos, tum præcauendos: vt luce clarius apparet ex loc. cit. de nat. hom. vbi ſic loquitur. *Venæ craſſiſſimæ ſic ſe habent. Quatuor paria ipſarum ſunt in corpore; & vnum quidem à capite retrò per ceruicem forinſecùs ab vtraque ſpinæ parte ad coxendices, & in crura progreditur: deindè per ſuras & malleolos forinſecùs ad pedes peruenit: oportet igitur venæ ſectiones in doloribus dorſi & coxendicum de poplitibus facere, & de malleolis forinſecùs. Alterum par, &c.* Subdit autem in fine. *Venæ igitur ſectiones iuxtà prædictum ſermonem facere oportet. Enitendum eſt autem, vt ſectiones quàm longiſſimè à locis faciamus, vbi dolores fieri, & ſanguis colligi ſolet: ſic enim mutatio minimè magna de repente fiet, & conſuetudinem remouebit, vt non amplius in eundem locum colligatur, &c.* Quod autem non ea fuerit Hippocratis opinio, vt crediderit quatuor illa venarum coniugia ità à capite ad pedes deſcendere, vt alterum àb altero ſeorſim diſtincto itinere feratur, neque vno, præciputoq; in ſtipite iuxtà hepar vniantur, patet ex libro hoc de loc. in hom. vbi deſcribens Hipp. ſecundùm venarum par, ſic habet. *Aliæ duæ venæ à vertice iuxtà aures àb exteriore colli parte vtrimque ad cauam appellatam venam feruntur; caua autem finitur quidàm velut gula; conſiſtit autem inter gulam & guttur, ſiue arteriam, ferturque per ſeptum tranſuerſum, & per cor, & finditur ad inguina, & ad femora intrò, & diſparationes in femoribus facit, & ad tibias intùs fertur ad malleolos. Hæ & infecundum faciunt hominem cum fuerint ſectæ,* Vbi vides hunc venarum proceſſum à capite ad pedes per mediam cauam deducere. Fatendum ergo eſt non niſi rectitudinem reſpexiſſe, quam àb effectu longa obſeruatione didicerat. Quæ vtique cognitio tanti facienda eſt, vt non aliàs fortaſsè vtilior de venis haberi poſſit, tantùm abeſt, vt hæc deſcriptio falſa, & à ſecandi imperitia, vt aliquibus viſum eſt, originem duxerit. Peculiares demùm venas, quæ parti alicui peculiariter inſeruiunt, vel morbos quandòque affe-

nu. 10.

nu. 7.

Deſcriptio rectitudinis & cõſenſus venarũ præ omnibus vtiliſſima eſt.

Peculiares venæ vbi deſcribãtur ab Hippocr.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 90 sur 478

©BIUM

afferunt, exactè ostendit tum alibi, tùm in proposito contextu, vbi iugularium venarum diuarications in sensuum organa, cerebriq; membranas, quas suprà descripserat, proponit. Et quamuis eas ità describat, ac si à vertice originem ducerent, quod fecit etiam lib. de oss. nat. inquiens. *In cerebrum,*
sect. 17. *iuxtà commissuras multæ tenues venæ radices egerunt, & circà totum caput extensæ sunt vsque ad frontem & tempora.* Qua in re extrà apparentem illarum venarum processum videtur secutus; verendum tamèn non est, quin eas venę cauę propagines esse censuerit, dum dicit venas transire ad verticem per carnes venientes ad officulum: nam ascendens cauę truncus, Cauæ ascẽdentis descriptio. Officulum quod nam vocetur ab Hippocr.
postquam per septum transuersum secundum spinam suprà clauiculas (quas officùli nomine hìc designari censendum est: diminutiua enim appellatione clauiculas, furculas, iugula eas semper appellari in more fuit) emerserit, in superclauios ramos, dextrum videlicet, & sinistrum dirimitur, à quibus duę vtrimque propagines sursùm versùs eleuantur, interną iugulares nuncupatę. Externę igitur hæ iugulares per ceruicis latera inter carnosam membranam, & cutem ad verticem feruntur, sed ità, vt tam dextera exterior, quàm sinistra, vbi ad fauces deuenerint, in duas findantur partes, quarum altera sub auris radice intùs penetrans, in laringis musculos, hyoidis, & linguę, vnaquęque in sua regione distribuitur; altera verò faciem versùs sub cute perreptans, in labia vtraque, & pinnas narium furculos emittit, indèque per interiorem oculi angulum, nasique radicem, vbi supercilia vniuntur, sursùm repens, in fronte ramus vterque, dexter scilicet & sinister, simul coeunt, venamque frontis efficiunt, quę demum in vertice absumitur. Ex qua externarum iugularium delineatione facilè cuique est intelligere de quibus venis in præsenti contextu loquatur Hippocrates, dummodo solum ordinem inuertamus. At interną iugulares in caluarię basi intùs ad duram matrem penetrantes, & per eam disseminatę, in eius sinus sanguinem, ad totum irrigandum cerebrum, copiosè effundunt. Id tamen apud Anathomicos diffusè magis videre fas est, cum nobis ea tantùm dicendi, quę ad textum dilucidandum perneccssaria videntur, munus incumbat. Vena frõtis.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 91 sur 478

©BIUM

XIX. Aliæ verò duæ venæ iuxtà tempora feruntur in medio temporum & aurium, quæ premunt oculos, & ſemper pulſant: ſolæ enim hæ ſanguine non rigantur, ſed auertitur ex ipſis ſanguis. Qui autèm auertitur; influenti occurrit: & qui quidem auertitur, volens diſcedere; qui verò ſupernæ influit, volens infrà procedere, hìc impelluntur, ac diffunduntur, ac mutuò circumagitantur, & pulſum venis exhibent.

Venarum nomine arterias etiam, & neruos de ſignauit Hip. & veteſtiores omnes Medici.

IN more fuit Hippocrati, cæteriſque veteſtiſſimis Medicis eodem φλέβων, hoc eſt, venarum nomine, vaſa omnia corpus irrigantia deſignare, venas ſcilicet (ſanguifluas præcipuè) & arterias, tum etiam neruos, vt authoritatibus compluribus probat Fœſius in œcon. Vnde lib. de nat. oſſ. pluries citato, *Venæ*, inquit Hip. *per corpus diffuſæ ſpiritum, & fluxum, & motum exhibent, ab vnâ multæ germinantes &c.* At ſpiritus, vitales nempè, non niſi per arterias; fluxus, ſeu fluentes humores, per venas; motum, ſeu motiuam facultatem, per neruos in corpus vniuerſum deferri, certiſſimum eſt. Sic pariter & lib. de carn. *Duæ ſunt cauæ venæ à corde, alteri nomen eſt arteria, alteri verò vena caua. &c.* vbi venas ſimiliter vocat neruos opticos, qui à cerebri membrana in oculos deſcendunt: quo etiam pacto Arteriam, (quam Plinius ſemitam ſpiritus dixit) Arabes neruum pulſatilem, Auicennas audacem venam, Hippocrates demùm micantem, vel pulſantem appellarunt. Id ipſum apparet in propoſito textu, in quo ſub venarum nomine arteriæ proponuntur, carotidum propagines, per tempora, hinc indè altera, perreptantes, micanteſque, quas oculos premere dixit, eo quòd calidas interdùm, acreſque fluxiones deducant, oculiſque morbos pariant; quibus non aptius occurres, quàm harum arteriarum ſectione, vſtioneue fluxum intercipiens, vt docet Fernel. lib. 2. meth. med. cap. 18. & nos infrà videbimus text. 12. & 16. lib. 2. Carotis etenim, ſic dicta à caro, hoc eſt, graui ſomno, quem inuehit, ſi intercipiatur, denegato aditu vitalibus ſpiritibus, qui

num. 17.

num. 6.

Temporum venæ cur dicantur oculos premere.

Carotis arteria vnde dicta.

©BIUM

qui animalium ſunt materia.) cum interna iugulari vena ſurſum aſcendens, antequam caluariam ingrediatur, varios tranſmittit ſurculos ad proximas partes, laringem, hyoidis muſculos, inferiorem maxillam, mentum, labia, mammillares proceſſus, & vicinos muſculos; ac demum ad muſculos temporales, qui ramuli pulſantes ibi clarè conſpiciuntur. Caluariam verò ingreſſa per foramen inter ſphenoidem, & os temporis ſitum, ad duram membranam aſcendit, effectoque innumeris propaginibus mirabili plexu, altiùs petens, duram perforat membranam, & non modò ad eadem tempora ſe ſe extendit, verùm ad oculos etiam, euiuſque muſculos: atque hinc temporum arteriæ premunt oculos, aut quòd iuxtà eos ſint, aut quòd, vt diximus, per eas non rarò calidas infeſtaſq. ſuſcipiunt fluxiones. Has prætereà venas perpetuò pulſare aſſerit Hippocrates eò quia hæ ſolæ ſanguine non irrigantur, ſed quidam ſanguinis velut fluxus & refluxus in ijs contingit, qui pulſationem efficit: Quam vtique aſſertionem non de venis hiſce indiuidualiter pronunciatam putandum eſt; veritati namque maximè refragaretur, cùm in quauis corporis parte pulſatio percipiatur, ſed genericè, vnum ſcilicet hoc venarum genus ſanguine non irrigari. Dixit non irrigari, non quòd nullus in ijs ſanguis contineatur: nam, & ſi craſſo venoſoque careat, certum tamen eſt tenuem ac ſpirituoſum ineſſe, quemadmodum optimis rationibus integro libello probauit Galenus aduerſus Eraſiſtrateos; ſenſuque ipſo palam eſt, ſi venæ illæ pertundantur, ſanguinem illicò, atque ſubſultim effluere; Quinimmò ſi ex mutua aduenientis, diſcedentiſque ſanguinis circumagitatione pulſum oriri in hoc textu aſſeritur, certè ſanguinem in ipſis aliquo pacto contineri fatendum eſt. At non irrigantur, non expeditè alluuntur, ſeu non liberè per ipſas permeat ſanguis, ſed vaporoſus plurimaque aërea ſubſtantia intermixtus ac fractus cum ſit, ab ipſis vaporibus intercipitur, retroque pellitur exæſtuans, indèque in aduenientem alium impingit, perpetuumque procreat pulſationis motum. Idem habet lib. de ſlati, vbi ſic legitur. *Sanguinis tranſitus in capite magna anguſtia coarctantur, replati enim ſunt multo aëre, cuius abundantia & concluſio dolorem excitat in capite; ſan-*

Carotidis arteriæ deſcriptio.

Temporum venæ ſeu arteriæ cur perpetuò pulſent ſecundum Hipp.

Arteriæ quomodo dicãtur ſanguine non irrigari.

Ru. 13.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 93 sur 478

©BIUM

guis enim ipſe natura calidus exiſtens, vi coactus per anguſtam viam tranſire celerrimè non poteſt, cum multa impedimento ſint cſtacula & oppilationes: quapropter etiam pulſus fiunt circà tempora: Hanc ſententiam videtur quoquo pacto mutuatus Ariſtoteles lib. 3. de hiſt. an. cap. 19. *Palpitat*, inquit *intrà venas ſanguis omnium animalium, pulſuque ſimùl undique mouetur: ſoluſque omnium humorum ſparſus per totum corpus animalium eſt, & ſemper quamdiu vitâ ſeruatur, ſanguis vnus animatur & feruet*, & lib. de reſpir. cap. 15. *In corde ſemper accedentis humidi ex alimento per caliditatem tumefactio facit pulſum eleuantis primam tunicam cordis, & hoc ſemper fit continuè: Affluat enim ſemper humidum, ex quo fit ſanguis natura &c.* & infrà. *Et pulſant venæ omnes, & ſimùl inuicem propterea quod pendent omnes à corde. Mouet autem ſemper; quare & illæ ſemper, & inuicem ſimùl, quando mouet. Reſilitio igitur eſt facta obliatio ad friggidi compulſionem, Pulſatio autem humidi calefacti inflatio.* Verùm quamuis hæc ſanguinis efferueſcentia poſſit aliquo pacto pulſum augere, haud tamen poſſe eius cauſam eſſe efficientem atque potiſſimam, ſatis patet ex inuariato ordine, eodemque, quem in maioribus minoribuſque arterijs eodē tempore conſpicimus, cùm tamen maiorem propè cor efferueſcentiam & in maioribus arterijs eſſe, rationabile ſit. Sed quis tantam pulſus æquabilitatem vni ebullitioni, in qua nimirū vaporoſa humidis tam fatuè circumuolutantur, acceptam referat? *Arteriarū pulſus*, inquit Plin. *in cacumine maximè membrorum euidens, index fere morborum, in modulos certos, legeſque matricas per ætates ſtabilis, aut citatus aut tardus, deſcriptus ab Herophilo medicinæ Vate miranda arte nimiam propter ſubtilitatem deſerto. Obſeruatione tamen crebri, aut languidi ictus gubernacula vitæ temperat &c.* Hinc diù eſt, quod Galenus opinionem hanc euellit, illuſtrique exemplo eius improbabilitatem patefecit libello, cui titulus eſt. An ſanguis in arterijs contineatur cap. 8. Nam ſi quis arteriam magnam quampiam conſpicuamque ſecundum longitudinem ſcindat, mox calamum concauum ac peruium in foramen intrudat; itàut vulneri aptetur, neque ſanguis exilire poſſit; tunc pulſabit vtique arteria. At ſi filo circundata, ac illaqueata circà incluſum calamum conſtringas; etſi ſanguis

Pulſus arteriarum vera cauſa.

Pl. lib. 11. nat. hiſt. c. 37. prope finem.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 94 sur 478

©BIUM

guis atque ſpiritus per calami concauum liberè excurrere queat, vltrà laqueum tamen illico non amplius pulſare videbis. Ex quo perſpicuum planè fit, non òb ſpiritum in concauitatibus diſcurrentem, ſed òb pulſatilem virtutem in tunicas tranſmiſſam, arterias à corde moueri.

XX. **Viſus humore de cerebro nutritur. Cùm autem quid eius de venis acceperit, fluxione turbatur, & humor ipſe non apparet; & òb oculos moueri ipſi videntur, aliquandò velut auicularum imagines, aliquandò velut lentes nigræ, & nihil exactè iuxtà rei veritatem videre poteſt.**

VEnarum occaſione, quibus oculos premi interdùm, maleque haberi iam dixerat, docet nunc obitèr oculorum promptitudinem ad patiendum, quotieſcunque aliquid præter naturam àb ijs receperint: idque Ypochyſis, ſeu inchoatæ ſuffuſionis exemplo. Nos verò ſuprà in commentario textus decimiquarti docuimus, vt nam viſus, ſiue oculus, viſionis inſtrumentum, humore nutriatur de cerebro puriſſimo, ex iugularibus videlicet, quæ ramulos per cerebri membranas ad ipſos extendunt, præter arterias, quas à carotidibus excipiunt: Ex ijs ergò naturalem commeatum prolectat. At ſi per eaſdem venas aliquid, quod cerebri proprium ſit, vt eius ſuperuacanea & purgamenta acceperit, àb hac ſtatim fluxione turbatur, non eadem claritate proſpiciens; neque illapſus hic & excrementitius humor, tenuis adhuc & paucus exiſtens, conſpicitur, ſed vitiata tamtumodo viſione, varia præ oculis ſpectra falſò obuerſari videntur. Cùm namque nitidiſſimi ſint oculi; omnis, quàuis leuis occaſio, eos turbare potis eſt: immò in elata corporis parte locati, cerebroque ſubiecti, omne fluxionum genus perpeti poſſunt, ſanguinis, bilis vtriuſque, pituitæ, aquoſi humoris, vaporiſque, tum àb inferiori corpore, tum à capite per neruos, per arterias, per venas, per cerebri membranas, ac per ipſum denique pericranium, coaceruato quandòque humore in ſyncipite

Oculus humore puriſſimo e cerebro nutritur.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 95 sur 478

©BIUM

cipite ſub cute extrà clauam: ex quo tot in ijs fieri poſſunt morbi, quot tex. 16. libri huius recenſiuimus. Hic tamen quoddam deſcribitur ſymptoma, quod in veræ ſuffuſionis initio, dum quid præter naturam inter pupillam & corneam illabitur à capite; quod tenue ac diuulſum initio cum ſit, viſiua illi occurrens facultas, variarum rerum ſimulacra offerunt. Id pariter contingere ſolet, cum praui humores in ventriculo detinentur, vel aliqua imminet criſis, hemorrhagia nempè, vel vomitus in cardiogmo, varijs ſublatis vaporibus ad caput & oculos, qui antè cryſtallinum obuerſantes, imaginatiuam decipiunt, variaque vel animalcula, vel alias tenebricoſas imagines repræſentant: ob ſuffuſi enim humoris opacitatem nigra omnia plerùmq; viſuntur; abſque eo quod in oculis aliquid adhùc appareat: Quod ijs potiſſimum contingit, qui puriſſimum habent cryſtallinum, viſiuamque facultatem perſpicaſſimam, ità vt minima quæque cernere poſſit, vt docet Gal. 1. de loc. af. cap. 1. Sed quoniàm de fluxionibus his plura infrà dicturi ſumus; hæc iam ſatis erunt.

Suffuſionis initium.

Cur variarũ rerum ſimulacra oculis quam deque præternaturalem offerantur.

Infrà t. 16. lib. 2.

XXI. Aliæ duæ venæ in medio auribus, & aliarum venarum, quæ feruntur ad aures. Aliæ duæ venæ ex oſſis concluſione in aures feruntur. Quædam verò infrà ad corpus conuertuntur. Duæ quidem venæ iuxtà tendines colli feruntur, & iuſta verticula, & deſinunt in renes: hæ autem etiam in teſtes penetrant. Et cùm hæ affectæ fuerint, homo ſanguinem vingit. Aliæ duæ venæ à vertice ad humeros feruntur, & ſanè humerales vocantur. Aliæ duæ venæ à vertice iuxtà aures ab exteriore colli parte vtrinque ad cauam appellatam uenam feruntur.

PErgit Hippocrates varias tangẽdo, tùm iugularis vtriuſq; diuaricationes, tùm ſubclauium ramorum propagines, quas infrà clauiculam à ſe emittunt: idque eo planè ordine, quem ſupra t. 18. innuimus; retrogrado ſcilicet, quaſi in verticem

©BIUM

ricem radices egerint, & indè quaque versùs extensæ existant; Quod vt commodius percipere possimus, subclauium ramorum germanum processum recensere operæ pretium erit. Postquam igitur ascendens caua ad clauiculas deuenit, in duos insignes finditur ramos, quorum alter ad dexteram, alter ad sinistram axillam defertur, dicunturque subclauij. Ex his ramis non longè à iugulo, priusquam è thorace emergant, quinque fruticant venæ, Mammaria nempè, quæ per internã sterni regionẽ deducta, ramulos ad thoracis musculos, & mãmas trãsmittit. Thymica, quæ in thymum, glandẽ magnã pulmonaris instar cauæ in iugulo ad os summum pectoris substrata ne àb ossis duritie lædatur, diuaricationes verò fulciantur, & in interiacentes membranas distribuitur. Capsularis, quæ in cordis capsulam. Ceruicalis, quæ obliquè sursùm per ceruicis latera iuxtà vertebras ad cerebrum ascendit. Muscula denique, quæ in musculos rachytas ceruicis, & summi thoracis disperditur. His quinque emissis venis rami illi subclauij extrà thoracem super clauiculas eleuantur, & vterque duas tunc sphagitides, hoc est, iugulares nuncupatas venas, internam videlicet, & externam producunt. Externa quidem iugularis, quæ in brutis maior est, in homine minor, per latera œsophagi ad fauces ascendit, vbi in duas dirimitur partes, vt suprà etiam dictum est, quarum altera intùs penetrãs, per musculos laryngis, hyoidis ossis, & linguæ disseminatur; altera verò exteriori parte sub cutem fertur ad faciem, & præter ramum illum, qui per interiorem oculi angulum transiès, cum alia alterius lateris in fronte vniri asseruimus, alterum ramũ ad tempora, alterum ad posteriorem Auris partem transmittit. Interna autem iugularis per latera trachææ ad duram meningem eleuatur, varios in itinere surculos ad proximas partes emittens: ac dum ad caput deuenerit, ipsa pariter in duos finditur ramos, quorum maior pars cranij foramen, per quod sextum neruorum par egreditur, ad durę meningis sinus ascendit; maior verò caluariam ingreditur per foramen apud exitum tertij & quarti neruorum paris constitutum; & priusquam per duram matrem distribuatur, surculum emittit ad auris cauitatem per foramen in ossibus temporum. His

Cauæ processus suprà clauiculas.

ita

©BIUM

ita explicatis facilè erit ramos omnes àb Hippocrate hìc propoſitos intelligere : vt

Aliæ duæ venæ *vtrinque ſcilicet vna*, in medio aurium & aliarum venàrum, quæ feruntur ad aures, &c. hoc eſt, poſt aures ; àb externo vidèlicet exterioris iugularis ramo, quæ antè quam per internum oculi angulum ad frontem aſcendat, furculum ad aures tranſmictere diximus, & *premunt aures* vel quia iuxtà aures ſunt, vel quia per has quandoque auribus laborare contingit.

Aliæ duæ venæ *ſiniſtra ſcilicet & dextra*. exoſsis concluſione in aures feruntur, hæ ſunt internæ ſingularis propagines à minori ramo prodeuntes, quę per foramen in oſſibus temporum iuxtà concluſionem, ſiue, ſuturam, ſitum ad auris cauitatem tranſmictere docuimus, priuſquam in duram matrem diſpergatur.

Quædam verò infrà ad corpus conuertuntur. na m à ſubclauijs ramis mãmaria, thymica, & capſularis exo- r iuntur, quas infra ad thoracem verti iam ſuprà explicuimus.

Quæ quidem venæ iuxtà tendines colli feruntur, &c. hæ ſunt venæ ceruicales, quæ à ſubclauijs germinantes, obliquè ad ceruicis latera iuxtà vertebras in cerebrum excurrere diximus. Quod autem hæ deſinant in renes, & penetrent in teſtes, non benè conuenit cùm anathomica hiſtoria, qua luce clarius apparet nullam à ſuperioribus partibus venam ad inferiora deferri, niſi media caua. At hìc Hippocrates rectitudinem reſpexit & conſenſum, qui inter ceruicem & renes intercedit per ipſam ſpinam, cui reſpondet quædam recta ipſarũ ceruicalium continuitas cùm trunco cauæ aſcendente, qui cum deſcendente iuxtà hepar coniungitur, è quo emulgentes venæ emergunt, feruntur que ad renes, & per has ſeroſus ſanguis eò delegatur, vt clarè expoſuit Hip. lib. de oſſ. nat. Ex ſiniſtra autem emulgente ſpermatica vena in ſiniſtrum teſtem excurrit ; quamuis dexteri lateris ſpermatica non à dextra emul-

©BIUM

emulgẽte, ſed àb ipſomet trunco deſcendentis cauæ originem trahat: proindeque ſemen in dextero teſte calidius, ſpirituoſius, ac maribus gignendis magis aptum gigni teſtis eſt idem nu.18. Hipp. tùm lib. de ſuperfœtat. per hæc verba. *Vir vbi marem generare voluerit, menſibus deſmentibus, aut defectis, miſceatur, & quam penitiſſimè intrudat donec deſæuiat. Vbi verò fœmellam generare volet, cum plurimi menſes prodierint mulieri, & dum adhuc eunt, coeat, ac dextrum teſtem obliget, quantùm id tolerare poterit, quod ruſtici in brutis experiuntur. Sed ſi marem generare expectat, ſiniſter teſtis obligandus erit.* tum in epidemijs. *Hircire incipiens, ſiquidèm dexter teſtis intumeſcat, marem, ſi ſiniſter, fœminam generabit.* Quam certè ſocietatem & rectitudinem in criſibus fortaſſè obſeruauerat, quas commodè mouere ſolet natura affecto capite: nam vt ipſemet memorię prodidit lib. 2. de morb. *Multùm vrinæ emittitur vbi caput plurimum incaluerit: liqueſcit enim in ipſo pituita; liqueſcens autem ſecedit partim ad nares, partim ad os, partim ad venas, quæ ducunt ad pudendum: cùm autem ad pudendum peruenerit, mingit homo, & patitur* nu.13. *quemadmodum ab vrinæ ſtillicidio.* & lib. de ſalub. diæt. *Quibuscunque morbi à cerebro fiunt; torpor primùm caput occupat, & frequenter mingit æger, & reliqua velut in vrinæ ſtillicidio perpetitur.* Renes namque demandatum humorem per vreteres ad veſicam tranſmittunt, qui vel quantitate, vel qualitate moleſtus, frequenti mictione ab expulſiua ejicitur. Cùm verò venæ iſtæ emulgentes malè affectæ fuerint, apertæ nimirùm, deruptæ, aut exeſæ à nimio, aut bilioſo ſanguine, à calculo, vel violento ictu; in renum cauitatem ſanguinem effundunt, qui vna cum ſero ad veſicam deducitur, atque homo demùm tunc ſanguinem mingit. Cruentæ huius mictionis meminit 2. & 3. de morb. in pleuritide dorſali, & lib. 4. ex nimia pletora ſanguinem per aluum aut veſicam effluere magno commodo aſſerit.

Mas quomodo generetur & quo modo fœmina.

6. Epid. ſec. 4. ad finem.

Capite calefacto multũ vrinæ emittitur, & cur

Sanguinis mictio vrinæ.

lib. 2. nu. 40. lib. 3. nu. 21. lib. 4. nu. 10.

Aliæ duæ venæ à vertice ad humeros feruntur, &c.

Vena humeralis, quæ vulgò cephalica & externa dicitur, eò quòd in morbis capitis aperiatur, & per humerum, brachijq; exteriora perreptet, inter deltoidem, & pectoralis tendinem

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 99 sur 478

©BIUM

extenſa, in Canibus ab externa iugulari originem ducit, proindeq; in ijs à vertice videtur procedere: vndè obiter non leuis ſubit ſuſpicio Hippocratis quo Anatomicam in brutis plerumq; celebrari conſueuiſſe. At in homine ab axillari deducitur. Humeralis huius mentionem pariter habuit, lib. de oſſ. nat. vbi exteriorem iugularem deſcribens, hæc habet. nu. 18.

Anatomica in brutis plerumque antiquitus exercerì cõſueuit.

Ipſa autem craſſa per clauiculam deſcendit ſub ſcapulas, & hac parte ab ipſa germinat per neruum ſubter ſummam humeri partem, ſiue cuticulam, vena humeralis appellata: ipſa autem ſanguiflua eſt, & ſanguine plenà, & ægrè curatur ſi rumpatur, aut conuellatur; ab altera enim parte neruus latus ipſam ambit, ab altera cartilago. vbi etiam notandum eſt externam iugularem craſſam appellaſſe, quaſi altera interiori maior ſit; cùm tamen id verum reperiatur in brutis, nõ in homine, in quo multo maior interior eſt, vtpotè cerebrum alitura, quod maximè abundat in ipſo homine: ac proindè ſuſpicionem confirmat in brutis ſectionem magna ex parte ab Hippocrate exercitam fuiſſe.

Aliæ duæ venæ à verticæ iuxtà aures, &c. Hę etiam ſunt iugulares exteriores, quarum ramum ad aures peruenire diximus. Docet ergo earum progreſſum in collo, in anteriore videlicèt parte vtrimque per latera œſophagi, & inſertionem in aſcendentem cauam ſub clauiculis. Procedit autem eodem inuerſo ordine à ſyncipite, vbi eius extremitates diſpergũtur, ad cauam, vnde hæ iugulares emergunt, vt ſuprà explicatum fuit.

Renę ſecundum aures.

XXII. Caua autem vena finitur quidem velut gula. conſiſtit autem inter gulam & guttur, ſiue arteriam, ferturq; per ſeptũ tranſuerſum, & per Cor, & interſeptũ, & findit ur ad inguina, & ad femora intro, & diſparationes in femoribus facit, & ad tibias intùs fertur ad malleolos. Hæ infœcundum faciunt hominem cùm fuerint ſectæ, & in magnos digitos deſinunt.

PErgit explicando proceſſum, vel potius rectitudinem, earum venarum, quas ſecundum aures eſſe dixit, per cor-

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 100 sur 478

©BIUM

corporis longitudinem ad pedes vsque & magnos digitos; sed, vt toties repetitum est, media vena caua, in qua certo certius scimus venas omnes vniri; ità tamen, vt quandam semper rectitudinem & analogiam inter se conseruent, òb quam venæ quæpiam superiores cum inferioribus quibusdam peculiarem ineant societatem, ità vt si quid in ipsis redundet, id sibi inuicem facillimè transmittant: Qui sanè modus venas describendi, vt Hippocrati familiarissimus fuit; ità cæteris Medicis est ferè incognitus, multisque improbatus; iniquè tamen cum ingètis sit vtilitatis, & apprimè in medicina agenda necessarius; quandò secundum hanc venarum societatem optimæ fiunt crises à natura, quæ lege operatur; cumque ei vires sunt, hac seruata rectitudine suos semper aggreditur conatus. Sic Bioni multum profuit è nare sinistra sanguinem profudisse in magno liene; cùm tamen nulla directè vena à liene ad partes sinistras feratur; & è contra, vt habetur in coacis, & primo prædict.; sanguinem viceuersa fluere malum est, vt in liene magno à dextris, & similiter in hypochondrijs: Vndè Medicus, qui naturæ imitator in omnibus esse debet, has calleat rectitudines necesse est, vt eas in praxi religiosè obseruare sciat, dum sanguinem mittere, aut cætera medica auxilia ad vsum reuocare opus fuerit: Quæ præcipua est Præceptoris intentio in his describendis venis, docere nimirùm curatiuam methodum per venæ sectionem, cognita partium inter se societate, cum non modò inferiorum dexteræ partes cum superiorum dextris, sed ipsarum dexterarum interiores cùm interioribus, exteriores cùm exterioribus peculiariter consentiant, vt suprà t. 18. docuimus ex Hipp. lib. de nat. homin. & lib. de oss. nat. vbi easdem venas, quas hìc explicandas desumpsimus, & cum genitalibus societatem ineunt, sic descriptas reperimus. *Alterum par principium iuxtà aures habet per ceruicem, & sphagitides appellantur, hoc est, iugulares, deferunturque vtrimque iuxtà spinam intrinsecùs ad lumbos in testes ac femora, & per poplites ex interna parte, deindè per tibias ad malleolos intrinsecùs & in pedes. quapropter in doloribus lumborum & testium venæ sectionem de poplitionibus ac malleolis facere intrinsecùs oportet.* In quo autem consistat hæc venarum societas,

Venarum rectitudo & analogia Medicis præcipuè noscenda.

Lib. 2. epid. sec. 2. nu. 3. initio.

num. 3. initio.

nu. 20. nu. 12.

Venarum rectitudo in quo consistat.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 101 sur 478

©BIUM

quam ἴξιν græci, rectitudinem latini appellant; num ſcilicèt in fibrarum, ſeu ſtaminum rectitudine intrà venas exiſtentium, ac ſecundùm longitudinem dumtaxat conſiderata, vt voluit primus omnium Briſottus Pariſienſis, quem deindè Ioannes Fernelius præ cæteris ſecutus eſt: ſic enim loquitur lib. 2. de meth. med. cap. 5. *Aperta porrò vena primùm quidem pars vulneri propinqua exinanitur: hæc dein è longinquis ſanguinem prolicit: Cumque id rectarum fibrarum ope compleat (illas ſiquidem trahendo, vt tranſuerſas expellendo, natura deſtinauit) plus ſanguinis, & expeditius ab ijs partibus, in quas fibræ diriguntur, quàm à cæteris eripiet. Imò etiam ſi nihil venæ trahant, humores tamen ſponte recto fibrarum curſu defluent. Quicumque in dextris ſunt, dextra conſectantur: qui in ſiniſtris, ſiniſtra, laudaturque humorum curſus quicunq. in directum feruntur: qui verò obliquè in tranſuerſum, vitio dantur, tanquam violatæ naturæ, & perturbationis indices.* An verò in quadam meatuum directione, rectoque tramite, in quacumque dimenſione ſit, vt maior Medicorum pars ſenſiſſe videtur. An denique in peculiari vaſorum inter ſe communicatione, vt infrà videbimus in Hip. t. 25. lib. huius; haud multum hic morabimur: vel enim conſpicua eſt ſocietatis iſtius ratio; & eam Anatomicis, vt par eſt, oculatè perpendendam relinquimus, maiorem certè vtilitatem medicæ reipublicæ allaturis, quàm in curioſioribus alijs quibuſdam inueſtigandis. Vel eſt occulta, ſoloque medendi vſu obſeruata (multa ſiquidem ſummus ille naturæ opifex miranda nobis tantùmodo exhibuit, quorum cauſas latere ſatius duxit, ad humani intellectus audaciam compeſcendam: Hinc Senecæ dictum. *Puls ſcire velle, quam ſit ſatis, intemperantiæ genus eſt.*) ac tunc ſatis nobis erit pro medico vſu experientia tantummodò probatas ſocietates agnoſcere. Quibus ità præhabitis, textualis cognitio iam ſatis per ſe aperta eſt: deſcribitur quippe cauæ ſemita deorſum quantum ſatis eſt ad iugulares per aures proceſſum, & cum inferioribus venis ſocietatem oſtendendam, quæ ſocietas in eo præcipuè conſpicitur, quòd illis ſectis, ſterilitas plerumque ſuboriri conſueuerit, vt latius infra explicabitur. Poſtquam etenim iugulares, tùm internæ, tum externæ, in cauam ſe ſe inſeruerint,

caua

Petrus Briſottus in lib. apologetico de Pleuritide.

Sen. de ſtud. libera lib. propè finē.

Cauæ deſcendentis deſcriptio.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 102 sur 478

©BIUM

cauæ deorſum protenditur iuxtà OEſophagi confinia, nam ad gulæ & gutturis latera locata eſt. Fertur verò per interſeptum, ſiue interſepientes membranas; per cor, cui per tricuſpides membranulas alligatur, dum quaſi lacerum latus ei præbet, vt in dextrum eius ſinum ſanguinem effundat, & per ſeptum trãſuerſum, quod perforat, minores aliquas venas ſemper è ſe emittens; iuxtaque hepar cum trunco deſcendente vnitur, & ad oſſis ſacri initium excurrit, vbi non longè ab inguinibus in peramplos duos finditur ramos, iliacos nuncupatos, qui inguina versùs, & crura intro procedentes, in varias diſtribuuntur fruticationes per femora, tibias, malleolum extremumque pedem, tum interius, tum exterius, etſi internarum tantummodo hìc meminerit Hippocrates, quæ in magnos pedum digitos deſinunt eò, quòd hæ tantum cum venis poſt aures ſocietatem ſeruent, vt clarius expreſſit lib. cit. de hominis, ac de oſſ. nat. de quibus dumtaxat venis iam agere inſtituerat. Subdit denique his ſectis (venis ſcilicet, quæ propè aures ſunt) infæcundos reddi homines. Cuius effectus rationem num. 51. videtur attuliſſe lib. de Aquis Aer. & loc. in Scytharum hiſtoria, quorum ditiores ex continuo equitandi vſu in iſchyadicos perſæpè incidebant affectus: ijſque vt mederentur, venas haſce ambas ponè aures copioſa cum ſanguinis effuſione pertundebant. Indè verò perfrigerato cerebro, & fortaſſe vniuerſo etiam corpore, altus ſubrepebat ſomnus, fractiſque viribus, impotentes omninò ad concubitum, ſterileſque proinde reddebantur. Hinc velut in alicuius flagitij ſupplicium ità à Dijs euirati extitiſſent, muliebri induti veſte, miſerè ac muliebriter totam exindè vitam degebant. Quod perpaucis immutatis, refert etiam Herodotus in Clio. Verùm hæc cerebri, totiuſque corporis ex larga ſanguinis effuſione refrigeratio non adeò propria eſt venarum ſectarum poſt aures, quin cæteris etiam venis, frontis videlicet, narium, & fortaſſe etiam cubiti aptari poſſit: quapropter alia pro ijs cauſa peculiariùs quærenda erit. Eam ergo attulit idem Hippocrates num. 3. lib. de genit. ſic locutus. *Quibuſcumque iuxtà aures venæ ſectæ ſunt, hi coeunt quidem & genituram emittunt; verùm modicam & debilem, ac infœcundam: nam plurima genituræ pars à capite iuxtà*

Venis propè aures diſſectis, cur ſterilitas ſequatur.

Scythæ ob copioſam ſanguinis effuſionem à venis poſt aures cuitabantur.

©BIUM

iuxtà aures in ſpinalem medullam procedit; ipſe autem tranſitus, cicatrice ſectione inducta, conſolidatus eſt. Dixit plurima genituræ pars; nam neque tota à capite; neque totum id, quod indè deciditur, per eas delabitur venas, ſed maior tantummodò pars; tum quia per alias etiam capitis venas aliqua ſeminis portio à capite delabitur, tum quia ſemen ex Hippocratis dogmate non àb vno cerebro, ſed àb omnibus corporis partibus procedit, vt habetur lib. de morb. ſacro, & alibi; copioſo tamen cum ſpirituum influxu àb eo dumtaxat promanare, vt explicat Auic. lib. 3. fen. 20. cap. 3. vbi opinionem hanc à Galeno reprobatam fuiſſe aſſerit; quo autem in loco non dicit. Verùm non leues adhùc obſtant difficultates, cùm hac in re & Ariſtotelem ipſum, & Anatomicos omnes contrarios habeamus. Ariſtoteles quidem lib. 1. de gen. anim. cap. 18. opinionem de ſemine àb omnibus corporis partibus proueniente compluribus conatur confodere argumentis, itaut in eam verè Achillem egerit. Attamen niſi quæſtio ſit de tempore, in quo huiuſmodi à partibus omnibus ſegregatio fit; num ſcilicet in ipſamet concubitus ſuccuſſatione, vt ex corporis totius voluptate videtur probare Hippocrates; an potius præcedenti tempore à ſeminalibus vaſis huiuſmodi ſemnis attractio fiat, quod deinde in coitus actu eiaculatur, vt neceſſariò cenſuit Ariſtoteles. Vel quæſtio ſit de abſoluta ſeminis perfectione; num ſcilicet id, quod àb omnibus partibus deciditur, ſemen formaliter & abſolutè ſit, vt ponit Hippocrates, dum vnamquamque ſeminis portionem ideam referre, & vim procreandi ſimile ei particulæ, à qua deciſa eſt, quod potiſſimum impugnat Ariſtoteles; aut materialiter tantummodò; ſeminis videlicet materia, quæ in ſeminalibus vaſis, & verius, in ipſis teſtibus poſtmodùm perficiatur; vtique non apparet qua alia in re diſcrepent magni hi Authores; nam cum Ariſtoteles loco citato aſſerat ſemen reſiduum eſſe vltimi alimenti, quod non niſi in partibus ſingulis reperire eſt, non niſi è partibus ſingulis ſeminalem hanc materiam ſecerni & ipſe fateatur neceſſe eſt: Quinimmò ſec. 4. probl. 22. opinionem illam apertè amplectitur, dum, quærens cur qui concumbunt, reſolui, ac languere magna

ex

De aq. aer. & loc. nu. 36. lib. de genit. nu. 5. lib. 4. de morbis num. 1.

Sepul. com. 5. in lib. de aer. aq. & loc. t. 46.

Ariſtoteles Hippocratis opinionem de ſemine ab omnibus partibus euenire acriter, ſed infeliciter impugnauit.

nu. 5.

©BIUM

ex parte ſolent? reſpondet vtrum quòd ſectetio ab omnibus eſt ſemen? ſupereſt iam, vt Anatomiſtis reſpondeamus, qui cõſtanter negant huiuſmodi venas à colli lateribus per ſpinam ad pudenda, & extremos vſque digitos perreptantes in anatomica inſpectione fuiſſe vnquam obſeruatas, quæ ſeminis ſemita ſint: imaginariè proindè locutum fuiſſe Hippocratem, aut ſecundùm vulgi ſententiam; cui nihilominus ignoſcendum ſit òb rudem, ac ferè incognitam tunc temporis ſecandi artem: quaſi voluerit Diuinus Senex venas illas ſeiunctim à caua, à capite ad calcem ità deferri. O nimiam ſtoliditatem, quam nè cœcus quidem, ne dum Hippocrates, ingeniorum omnium longè perſpicaciſſimus, fidiſſimuſque, profudiſſet! Detegit ergo ſummus hic Author arcanum è naturæ penetralibus longa obſeruatione, experientiaque erutum, ſocietatem nempè, quæ inter venas ponè aures diſtributas, & eas intercedit, quæ ad pudenda, & interioris ſemonis, malleolique partes deferuntur, ſiue òb peculiarem villorum rectitudinem, ſiue ob aliam viarum directionem, vel vaſorum congreſſum, notum ſine dubio naturæ, vt àb euentu didicit Antiquitas, ſi non oculatæ adhùc Anatomicorum inſpectioni. Complures ſiquidem vias ipſa habet natura non accidentarias tantùm, ſed naturales omninò atque conſuetas, quas vt valdè occultas, non niſi difficillimè conſpicere fas eſt. Per has igitur venas genitura fertur, ſeu potius genituræ materia, quæ in tertia coctione à partium temperamento alterata, à teſtibus deindè, quibus hæc prouincia delegata eſt, attrahitur, & in perfectum excoquitur ſemen; quæ à cerebro, (parte nimirum principe, peramplæ molis, ſpermaticæque naturæ), copioſius, maiorique cum ſpirituum vbertate deciditur, vt ex debilitate clarum fit, & exſiccatione, quæ ei præcipuè ex nimio coitu ſuperuenit: Quinimmò ſalaciores viri, quique Veneri ſtudioſius indulgent, cerebro ſatis diminuto reperiri conſueuerunt. Quòd ſi hę venæ iuxtà aures exiſtentes, vel comburantur, vel integrè ſcindantur, ità vt via omninò intercipiatur; ſemen parce & infœcundum gigni neceſſe eſt. At, inquit Andreas Laur. lib. 8. anath. quæſt. 4., impeditis iugularibus exterioribus, cur per interiores, quæ multo ampliores ſunt,

Seminalis materia à cerebro magna ex parte deciditur.

©BIUM

sunt, non defertur seminalis hæc materia? cui ex consimili quęsito responsum velim, cur magnus lien non benè expurgatur per dexteram narem, ad quam adeò patentes habet vias, cũ venæ omnes ab vno principio proueniant? fortasse per iugulares etiam internas aliqua seminalis materiæ portio in magna necessitate defertur, sed in exigua quantitate, ità vt ratò ad fœcundum, sufficiensq; semen gignendum satis esse possit: quod profectò non aliundè prouenit, quàm quòd hæ viæ non adeò consociales sunt, vt venæ post aures. Magnus Vessalius neruulum quendam iuxtà aures perreptantem se obseruasse memoriæ prodidit, qui à sexto cerebri coniugio oriundus, ad genitalia vsque defertur, testes nimirum, nec non seminalia vasa, illumq; in venarum earum dissectione, conbustioneq; plerumquè dilacerari credendum esse, indèq; generationem vitiari: Quod an verum sit, ijsdem Anatomistis studiosius perspiciendum relinquimus.

Vessalij opinio cur ex venarũ propè aures dissectione sterilitas oriatur.

XXIII. Ex caua autèm vena producitur quædam in sinistram manum. Fertur autèm subtèr splenem ad sinistri lateris mollitudinem, vnde splen propagatur per omentum, & finem sortitur ad thoracem. Producitur autem iuxtà septum, & cum humerali committitur subter cubiti articulum, atque hæc splenis gratia secatur.

SPlenitidem hanc venam, sicut etiam hepatitidem, descripsit aliàs Hippocrates, vt 1. de morb. *Vena, quæ splenitis appellatur, tendit à splene ad latus, à latere verò ad humerum & sinistram manum. Hepatitis verò ad dexteras partes eodem modo.* Quòd itàque ex caua quędam feratur vena in sinistram manum; siue manus accipiatur pro toto membro, quod in brachium, Cubitum, & summam manum diuiditur; siue pro extrema manu tantùm, id certissimum est, quoniam sinister subclauius ramus, qui ascendentis trunci medietas propè est, vbi ad axillas peruenit, in thoracicam, basilicam, & cephalicam dirimitur; quarum basilica quidem per interiorem, cephalica verò per exteriorem bracchij partem defertur. Basilica, quæ

1. aff.

Vena splenitis.

Manus dupliciter accipitur.

Venæ axillaris descriptio.

©BIUM

quæ in ſiniſtro bracchio vena lienis eſt, in profundam, & ſubcutaneam diuiditur; & profunda in media cubiti flexura emergens, duplici ramo ad manum vſque protenditur, ibiq; ſurculos complures digitis omnibus impertitur: ſubcutanea verò ſub cute perreptans, ad cubiti articulationem in duos dirimitur ramos, quorum alter cum cephalicę ramo vnitus, venam, quam mediam, ſeu communem dicunt, parit; alter verò ramus per internum bracchij latus deſcendit, varios emittens ſurculos ad ſubiectas partes. At quòd eadem hæc vena ad ſplenem vſque deferatur, qui ſub ſiniſtri lateris mollitudine, hoc eſt, in ſiniſtro hypocondrio ſitus eſt, id anatomica trutina haud defendi poſſe videtur. *Non quemadmodum in iecore*, inquit Ruffus Epheſius de part. hom. cap. 33. *ita & in liene ſurſum verſus, deorſumque in ſiniſtra parte diſcurrens vlla vena reperitur. Qui verò id aſſerunt, impudenter mentiuntur.* Lien vtique omnes, quas habet venas, quę complures quidem ſunt, ex quo venoſus dicitur ab Hipp. lib. 4. de morb., omnes, inquam, à ſplenico recipit, qui venę portę fiutex eſt: Vena autem porta, & vena caua, vt omnes norunt, diuerſæ omninò ſunt, nec continuę inter ſe, niſi aliquo pacto medijs capillaribus, quę velut radicum capillamenta per hepatis ſubſtantiam diſſeminantur. Atqui non id vult Hippocrates, cui ſatis cognitum erat nullam venam à liene ad manum vſque ſiniſtram excurrere, ſed quam toties diximus rectitudinem, cognitu adeò neceſſariam, nobis proponit, quam non minimam inter lęuam manum atque lienem intercedere ij ſciunt, qui in praxi toties experti ſunt incredibile auxilium, quod lienoſi ex phlebotomia ſiniſtrę baſilicę perceperunt. At ſi rectitudo illa in fibrarum, vel vaſorum directione conſiſtit, quæ directio eſſe poterit adeò diſtincta inter portam & cauam, quę non niſi per capillares confuſè vniuntur? An ſatis eſt, ſi portę capillares, quę ſplenicę venę correſpondent, cum iis vniantur, quę ſiniſtrę partis venę cauę propagines & capillamenta ſunt? atque hinc tanta exoritur inter eas partes ſocietas, vt ſiniſtra manus ſit quoddam quaſi lienis emunctorium, ad quod naturaliter ſuperuacanea tranſmittere ſolet. Ex quo fit, ſecundum Valleſium lib. 7. controuerſ. cap. 6. vt quar-

aph. 14.

Lien venoſus dicitur ab Hippocr.

Lienis analogia cum ſiniſtro bracchio.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 107 sur 478

©BIUM

Quartanarij & lienosi cui magnum leuamen sensiat ex phlebotomica in summis manibus secũdum Vallesium.

tanarij & lienosi maius leuamen ex phlebotomia in summis manibus, vbi tenuissimæ sunt venæ, crassoque sanguini effundendo, cuiusmodi is est, qui ex liene redundat, minus aptæ, quam ex venæ sectione in bracchio, vbi tamen venæ sunt crassiores. Natura enim alijs euacuationibus, quæ hanc manuum præcedere solent, leuata, facilius quod supereſt excrementi ad consuetas partes, & ipsamet emunctoria transmittere nititur: præterquam quòd minima indè fit spirituum dissipatio, quod in longis morbis, quales ex liene plerumque fieri consueuere, vbi vires fractæ sunt, quærendum potissimum venit. At quia dixerat splenem esse sub sinistri lateris mollitudine; subdit, propius designans eius sedem, propagari per omentum, hoc est, extendi dilatarique sub omento, quod magna sui parte suprà ipsum lienẽ expansum est: finem autem sortitur ad thoracem, quia diaphragmati subtenditur, quod thoracis confinium existit. Producitur denique hæc vena, & originem ducit non longè à septotransuerso, a liene videlicet, vbi eius extremitates magna ex parte dispergũtur: sic & lib. nu. 19. de ossi. nat. citato plures capitis venas ità describit, quasi in verticem radices egerint, indeque oriantur: idque ob rationem t. 13. adductam. Quomodò autem splenica hæc vena in cubiti articulo cum cephalica, seu humerali, coniugatur ad venæ communis procreationem, iam suprà satis etiam explicatum est. Ne autem quis sibi persuaderet incognitam ei fuisse hanc sinistræ manus cum liene societatem, appositè admodum subiunxit, hanc venam splenis gratia secari. Atqui num certò hinc elici possit ab Hippocratis vsque æuo in vsu extitisse illam secari venulam, quæ inter minimum & anularem digitum, seu potius, vt Galeno placuit, inter anularem & medium, à venis cubiti propagata proreptat, quam saluatellam communiter appellant à salutari effectu, quem lienosis in morbis, ijsque, qui cronici appellantur, mire præstare consueuit, non dum satis liquet: nam etsi Hippocrates pluriès meminerit phlebotamiæ in manibus, vt lib. 1. & 2. de morb. de sterilib. & alibi; nihilominus manum simpliciter sic prolatam pro toto bracchio, quod in humerum, cubitum, & extremam manum diuiditur, accipi vetustissimum est, vt notauit

An saluatellæ sectio cognita fuerit Hippocrati.

Gal. 3. de anat. administ. cap. 5.

Lib. 1. n. 10. Lib. 2. n. 53. de sterilib. item. 18. Vt 5. epid. num. 2. in Oaniadis viro.

©BIUM

nit Gal. 2. de vſu part. c. 1. & 3. de anat. admin. cap. 2. atq. ità accepiſſe etiam Hippocratem, ſatis teſtari videntur verba, nu. 18. quæ habentur loco citato de ſteril. *His, quæ ſecundum naturam fiunt, deſinentibus, ſanguinem de manu detrahere oportet, ſiquidem fortis fuerit, de ambobus bracchijs; ſi verò debilior, de altero ſufficit.* ac proindè quoties manuum veas ſecandas præcepit, de venis in cubiti flexura ne intelligendus ſit, maximè verendum. Pro hac enodanda quæſtione, deducta omnia Hippocratis locha diligenter perpendenda forent; quod operoſum vtique ac longum nimis eſſet. Quicquid igitur de hoc ſit, ſatis eſt, quod peruetus omnino eſt illud præſidium, vt cuius non modò pluries meminit Galenus, vt lib. 6. de anat. adm. cap. 5. & de cur. ratione per ſang. miſſ. cap. 14. & 16. ſed ante ipſum Soranus ephæſius in iſagoge cap. 21. *de manibus*, inquit *venam venam incidimus ſecùs digitum minimum propter inflammationem ſplenis, ſuper pollicem venam incidimus propter inflammationem pulmonis, & tuſſim rehumatizantes*; & continuata ſerie poſteriores ferè omnes, vt Cælius Aurelianus cronic. lib. 3. c. 4. Oribaſius Sardian. in medicinæ comp. c. 10. Actuarius 3. meth. cap. 1. Aetius Serm. 3. cap. 12. & ſerm. 10. cap. 11. Paul. Ægin. lib. 3. cap. 49. & lib. 6. cap. 40. Alexand. Trall. lib. 8. cap. 10. in curatione inflammati lienis; vbi aſſerit etſi minus ſanguinis ex hac venula euacuetur; tamen quantulamcumque indè tentatam inanitionem; præcipuum lieni ad ſanitatem adiumentum eſſe. Neque latuit Arabes proficuum hoc auxilium: Quinimmò Auicenna eam baſilicæ prætulit in ægritudinibus hepatis atque ſplenis ſen. 22. lib. 3. tract. 2. cap. 24. ſic eiuſdem meminit Raſes 9. ad Almanſ. cap. 71. alijq. non pauci, ac proinde neque Hippocrati ignotam iure optimo cenſeri poteſt; eò magis, quòd Aretæus, veuſtiſſimus Author, id ipſum de Hippocrate ſenſiſſe videtur, dum lib. 2. acut. curat. cap. 2. loquens de ſanguinis reiectione vitio lienis, propoſitum teſtum de loc. in hom. reſpexiſſe viſus eſt, cum inquit *ſin à liene ſanguis fertur, ſiniſtræ manus venam illam, quæ inter minimum anularemque digitum ſita eſt, reſcindito: quandoquidem Medicorum nonnulli eam ad lienem vſque pertinere arbitrantur. Verùm & hæc ipſa inter cubiti venas*

Manus pro toto bracchio accipitur.

Saluatellæ ſectio peruetus præſidium eſt.

Et ſen. 4. lib. 1. cap. 10

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 109 sur 478

©BIUM

inferioris propago eſt: cur itaque potius eam quis propè digitos, quam in cubiti curuatura proſcindat, cùm hoc in loco amplior ſit, & ad effluxum habilior? vbi notandum eſt tam Aretæum, quam Galenum, & Auicennam ex aliorum opinione de venulæ huius ſciſſione eſſe locutos, cum ferè ſemper apponant verba illa *Aſſerunt; Arbitrantur; Dicunt*. quod non aliunde prouenire arbitramur, quam quod euidenti careat ratione remedium iſtud, videturque penitus empiricum: vix etenim intelligi poteſt, vt nam craſſiores lienis, morborumque cronicorum humores, ex venulis ijs facilius, quam ex cubito educantur; ſolaque proindè fulcitur experientia, quæ tamen fallax non raro eſſe poteſt, cum difficile ſit ſcire quid à quo proueniat: nam ſalutaris effectus, quem venulæ illius ſciſſionem inſequi obſeruamus, maior fortaſſe atque euidentior ex ſecta cubiti tunc temporis vena proueniſſet. Quid quod venula illa inter anularem & minimum digitum humeratiæ propago eſt, vt aſſerunt Anatomici? vt nam ſplenicis prodeſſe poterit? Atqui multa ſunt in natura, quorum ratio, vt ſupra dictum eſt, vix vnquam reddi poterit. Experientia iam ſatis teſtatum habet venarum manus affinitatem cum viſceribus: quandò nemo eſt in praxi verſatus, qui ægrotantes interdum non audierit aſſerentes ſenſibile leuamentum in ipſa ſanguinis per has venulas effuſione in viſcerum doloribus percepiſſe. Experientiam relinquere eò quòd eius nos lateat ratio, ſtultè ſapere eſt. Illud ſaltem inficiari non poterit, in cronicis morbis, vbi videlicet ex varijs euacuationibus, morbique diuturnitate vires iam fractæ ſunt, & euacuatione adhùc indigemus, percommodum eſſe has tundere venas, ex quibus minimo cum virium diſpendio euacuatio ſequitur. Rationem itaque in naturæ penetralibus iam relinquentes, illud nobis ſtatutum ſit, dexteram manum cum hepate ac dexteris partibus, ſiniſtram cum liene atque ſiniſtris occultam ſeruare analogiam; proindeque dexteræ venulam inter pollicem & indicem dexteras capitis partes; inter medium verò digitum & anularem, ſeu inter anularem & minimum, hepar, dum ſcinduntur, plurimum iuuare: ſiniſtras autem venas eadem proportione in extrema manu ſiniſtra.

Columb. lib. 6. de re anat.

Experientiã relinquere eo quod nos lateat ratio, ſtultè ſapere eſt.

Alia

©BIUM

XXIV Alia etiam ad dexteram manum eodem modo à caua producitur.

aff. 23. SIc pariter & primo de morb. protulit. *Vena, quæ ſplenitis appellatur, tendit à ſplene ad latus, à latere verò ad humerum & ſiniſtram manum: Hepaticis verò ad dexteras partes eodem modo.* Quemadmodum igitur ſubclauius ſiniſter ramus ad ſiniſtram axillam defertur, &, vt diximus, fruticatur; ità & dexter ſubclauius dexteram axillam verſus delatus, eodem penitùs modo diuaricatur, eundemque conſenſum & ſocietatem cum hepate ſeruat, quod in dextero hypochondio locatum eſt: vnde, vt ſuprà iam diximus, non minus dexteræ manus phlebotomia hepatoſis, quam ſiniſtræ ſplenicis prodeſſe cenſendum eſt.

XXV. Communicant autem omnes venæ, & confluunt inter ſe mutuò, & aliæ quidem ſibi ipſis per ſe commiſtuntur, & coincidunt; aliæ verò per venulas à venis extentas. Quæ autem carnes nutriunt, ea parte inter ſe confluunt.

EXplicatis præcipuarum venarum inter ſe cõſociationibus, iam reliquum erat ſocietatum rationes explicare: Communicant ſiquidem, conreſpondentque inuicem omnes venæ, vt quæ ab vno eodemque principio originem ducunt, ac vno ferè è caudice propagantur. Vnde Ariſtoteles 2. de part. venas omnes continuas eſſe aſſeruit, ac omnes proindè confluunt inter ſe mutuo, dum altera in alteram influere, contenctoſq. tranſmittere humores nata eſt. At præter cõmunem hanc ſocietatis rationem, qua omnes cum omnibus cõmunicare certiſſimum eſt, triplex iam proponitur modus, quo venæ quępiam cum alijs quibuſdam peculiariter cõſociari obſeruatur, ex quo promptius atq. expeditius ſuperuacua quæcunque mutuò ſibi tranſfundere præ cæteris conſueuerunt: aliæ enim ipſę per ſe ſibi ipſis commiſcuntur & coincidunt, hoc eſt, in ean-

Venæ quemodò inter ſe communicent.

©BIUM

eandē partem cadunt, vt eæ omnes venę, quę comitatim ex determinata aliqua parte emergunt; ità ascendens & descendens venę cauæ truncus iuxtà hepar vniuntur; sic cęterę omnes, quę binę ex eadem trunci parte fruticantur: per quas consensum dexterarum partium cum sinistris, qui in reuulsionibus pręcipuè conspicitur, magna ex parte oriri, fortasse non incongruum esset affirmare. Alię verò per venulas à venis extensas peculiariter vniuntur, vt Caua & Porta in hepatis parenchymate per venularum capillamenta; & thoracica, quæ per ramulos quosdam cum ramulis venæ azygos coit. Sic epigastrica per rectum epigastrij musculum sursùm recurrēs, mammarię venulis occurrit; ex quo mirus inter mammas & vterum consensus & communio prouenit. Alię demum, quę ad eandem nutriendam partem deferuntur, ea etiam in parte quoquo pacto vniuntur, atque alteram per alteram ibi exinanire fas est, vt dextrę & sinistrę iugulares, tum internę, tùm externę, in facie, in syncipite, in cerebri membranis, & consimiles alię. In peculiaribus autem his societatibus celebratę illius rectitudinis rationem iuxtà Hippocratis mentem consistere, iure optimo quis suspicari posset.

Venarū societates in quo consistant secundùm Hipp.

XXVI. Et quicunque morbus à venis oritur, leuior est, quàm qui à neruis: diffluit enim vna cum humore, qui in venis est, & non quiescit; & natura venis in humore est, in carnibus. Nerui autem sicci sunt, & ventriculos, siue cauitates non habent, & ad ossa consistunt, & maxima ex parte àb ossibus nutriuntur. Nutriuntur etiam à carnibus, & colorem, ac robur inter ossa ac carnem medium habent: & humidiores quidem sunt, ac carnosiores quam ossa, sicciores autem, ac magis ossei quàm carnes. Quicunque autem morbus ad ipsos peruenerit, roboratur & quiescit in eodem loco, & difficile est ipsam educere.

PArtium humani corporis phisiologiam describens Hippocrates, non earum naturales tantummodò affectiones, sed,

©BIUM

sed, vt Medicum decebat, illas etiam, quæ ijs præter naturam contingere solent, breuiter insinuat, vt pluries dictum fuit. Absoluta ergo naturali venarum historia, seu potius, illarum consociationibus, iam vt se habeant ad morbos excipiendos, retinendosque edocet; idque ex propria earum natura, facta comparatione cum neruis, qui alterum sunt vasorum genus, quo corpus vniuersum disseminatur. Cùm itaque venarum natura consistat in humido; non certè quatenus partes sunt similares: (sic enim, cum varijs fibris earum tunica intexta sit, quæ non nisi ex lenta, ductiliq; seminis portione gigni potuit, friggidum & siccum earum temperamentum esse necesse est) sed per accidens, quatenus scilicet partes sunt organicæ, in fistulæ modum excauatæ, ad sanguinem continendum, coquendum, distribuendumque, & quæ velut flumina corpus vniuersum irrigantia, calido semper sanguine repletæ sint, spiritibusque tumentes: Vnde ex horum contactu in humore illarum naturam consistere dicitur. Humores pariter in ijs contenti per amplam cauitatem facilè fluere, & à natura in varias cieri partes apti sunt; proindeq; morbi, qui àb huiusmodi pendent humoribus, instabiles sunt, vt t. 3. & 4. lib. huius dictum fuit. At nerui, sub quorum nomine & ligamenta, & tendines, & neruos propriè appellatos intelligere debemus; cùm exangues sint, & friggidi; duplici tunica, medullarique substantia compositi; neque sensibilem cauitatem, (vt Gal. com. 1. in 6. epid. docet) sed poros, angustissimosque meatus habeant, per quos non nisi tenuissimi animales spiritus meare possunt, contrario prorsùs modo, quàm venæ se habent; ita vt quemadmodum morbificam materiam difficiliter intrà se recipiunt, sic etiam receptam, òb peculiarem structuræ conditionem, non nisi difficillimè reddunt; vnde stabiles morbi, atque contumaces in ijs procreantur. Quod autem triplex sit neruorum genus, ex ipsomet Gal. colligitur 1. de mot. muscul.; primum quidem ex ossibus oriundum. Secundum ex musculis. Tertium verò è cerebro, spinalique medulla. Nerui, qui àb ossibus prodeunt, vincula, seu ligamenta appellantur, eo quòd ossa ossibus connectant, & per sineurosim omnes articulos coniungant.

Venarū natura quomodo consistat in humido.

Venarum morbi faciles curatu.

Neruorum morbi contumaces, & cur.

Neruorum genus triplex.

©BIUM

gant. Sic idem Hippoc. lib. de arte. *Nerui non in carne ſubſi-* nu. 11.
mes, ſed ad ipſa oſſa producti, ligamentum ſunt articulorum. Hi autem omni ſenſu deſtituti ſunt, ne in motu nimis fatigentur. At qui è muſculis manant, tendines dicuntur, muſculorum quaſi caudæ: ſunt etenim fibrarum neruorum, & ligamenti ipſius muſculi propagines, quæ per carnem expanſæ, in vnum quaſi funiculum coëunt, quo articuli omnes ad voluntatis imperium ducuntur: ac cum ex neruorum exactiſſimi ſenſus, & ligamenti inſenſilibus omninò filamentis conſtituantur, obtuſum quendam ſenſum ipſi etiam obtinuere. Tertium verò neruorum genus, in quo veri nerui, hoc eſt, quos à cerebro, ſpinalique medulla originem trahere diximus, continentur, ſenſus, & voluntarij motus ſunt inſtrumenta, cum per eos velut per funiculos quoſdam animalis vis in corpus vniuerſum deferatur, per totum etiam corpus ipſi pariter expanſi ſint, ijque acerrimum ſenſum ſunt ſortiti. Inquit igitur.

Deus ſolidamenta corporis, quæ oſſa dicuntur, nedata, & adiuncta inuicem neruis alligauit, atque cõſtrinxit, quibus Mens ſi excurrere, aut reſiſtere velit, tanquã retinaculis vteretur. & quidẽ nullo labore, nullo conatu, ſed vel minimo nutu totius corporis molẽ temperaret ac flecteret. Firmian. de opific. Dei cap. 7.

Quicunque morbus à venis oritur ab humore videlicet in qualitate, vel in quantitate, vel in ſubſtantia alterato, inque venoſi generis cauitatibus contencto.

Leuior eſt minus contumax, curatu facilior, naturæ vel medicis auxilijs facilius cedens, quàm morbus, qui à neruis, ſeu morbifica materia in neruorum poris, tenuibuſq; meatibus coarctata, prouenit.

Diffluit enim vnà cum humore, &c. euaneſcit, vel in varias partes trãſfertur morbus, vnà cum humore, à quo pendet; cum non poſſit ſtabilis eſſe, vbi eius materia fluxilis eſt per amplas venarum cauitates.

Natura venis in humore eſt, &c. eò quòd humoribus amplo ſinu continendis, coquendis, diſtribuendiſq; dicatæ ſint; vnde ex horum contactu & per accidens ipſæ etiam humidæ exiſtunt.

Et in carnibus &c. per quas ſcilicet ſerpunt, vt eas alãt; & earum proindè humiditatẽ quoquo pacto participant. Vel potius quod venarum fibris caro inter-

©BIUM

interiecta sit, ideòque ad carnis naturam accedant, vt constat ex Gal. 2. de temper.

Nerui autem sicci sunt, &c. non modo vt partes sũt similares & spermaticæ, verùm etiàm quia sensibiles alueos & cauitates minimè habent, per quas humores fluere facilè possint, vt in venis; ex qua tamen lege optici nerui, & pudendorum caui sunt eximendi: nam hi solumodò è neruis sensibilem obtinuere cauitatem.

Et ad ossa consistunt; & maxima ex parte àb ossibus nutriuntur. de ligamentis atque tendonibus hæc intelligenda sunt; hi enim, vt diximus, ad ossa terminantur, à quibus pariter alimentitium succum suscipiũt. Dixit autem, *maxima ex parte*, quia à venis etiam aliquid recipere credi par est.

Nutriuntur etiam à carnibus. Nerui propriè dicti, sensus motusq; latores, à cerebro, spinaliq; medulla oriundi, per carnes disseminantur, cum caro sensus tactus, qui vniuerso corpori communis existit, præcipuum sit organum; ex quo & neruos per eam deduci rationabile erat: vnde ipsemet Hippocrates lib. de arte, ad tendinum & ligamentorum distinctionem, quæ inter ossa continentur, illos vocat in carne sublimes: quapropter à carne succum aliquem excipere non ab re est; quamuis duas inter tunicas venulis etiàm, arterioliſque ditatos fuisse certissimum sit.

Colorem et robur inter ossa et carnem medium habent, &c. Partium humani corporis aliæ albæ sunt, aliæ rubræ. Illæ exangues, spermaticæ, robustæ, frigidæ & siccæ existũt, vt neruosa omnia & ossa. Hæ verò sanguineæ & molles, calidæ & humidæ. Neque omnes æquali gradu qualitatibus hisce participant, sed aliæ magis, aliæ minus: Vndè quemadmodum inter siccas siccissimum est os, humidissimus adeps inter humidas, sic medium quodàmmodò locum neruosum genus occupat; ità vt si cum osse compare-

Partium humani corporis aliæ albæ sunt, aliæ rubræ.

Os siccissimum est inter siccas partes.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 115 sur 478

©BIUM

Adeps humidissimus inter humidas.

tur, humidius sit, & ad carnis naturam accedat; si verò cum carne, siccius illa sit, osseque magis naturę, quod ex participatione extremitatis vtriusque, siccitatis videlicet, atque humiditatis, prouenit: non æquali tamen mensura; certum enim est siccitatem eminere, ex quo robur, duritiemque sibi compararunt. Hoc ipsum docuit Hippoc. lib. de prin. dum dixit neruos genitos esse ex terrea, glutinosa, & friggida materia, exsiccata quidèm à calore, sed non, vt pinguis ossium materia, exusta, & ad vltimam ferè siccitatem redacta: imo inter ipsosmet neruos non leuis quo ad hoc reperitur differentia, cum robustius & siccius sit ligamentum, quàm tendo. Siccior tendo, quàm neruus motorius; quo minus adhuc siccus est sensorius neruus, vt ex officij diuersitate decebat: In omnibus tamèn, vt dictum fuit, siccitas prævalet; ex qua habent, vt

num. 2.

Neruorum alij alijs siciores existunt.

Quicunque morbus seu morbifica materia ad ipsos peruenerit siue in medullarem substantiam delapsa, siue in-

Morbi neruorum difficiles, & curati.

tunicarum poros, roboretur infarcta scilicet firmiter, eidemque loco adhærens, ità vt difficile sit ob meatuum angustiam eam educere, aut à natura expelli; cum tamen neque exiguus neruorum calor illam resoluere, dissipareque potis sit, nisi aliqua superueniat febris, quæ illum intendens, contumaces resoluat humores, aut concoquat; vt latius infrà dicetur lib. 3. t. 37. Contumacissimi itaque sunt neruorum morbi; non ità tamen, vt in ijs salutares excretiones, abscessus, atque transpositiones quandoque à natura fieri non possint, etsi difficilius, quam in morbis venosi generis: nam vt in Coacis registratum reperimus, repentinas conuulsiones soluit alui profluuium, seu prodest vrinam fluere copiosam, albuminosam, & aluum ferri, vt suo bono experta est mulier illa morosa in Thaso, quæ, vrinis, mensibusque apparentibus à conuulsione libera euasit: Quam eándem veritatem testatur etiam Pithionis historia 3. epid. sec. 1. ægr. 1.

E neruis ad alias partes morbi quãdoque trãsmittuntur.

3. epid. sec. 3 ægr. 11.

num. 3. post initium.

Maxi-

©BIUM

XXVII. Maximè autem impetunt ipsos distentiones, & alij morbi; à quibus tremor corpus occupat. & qui tremere ipsum faciunt.

Hactenùs neruorum naturam; Nunc morbos, quibus neruosum genus maximè obnoxium est, magna breuitate prosequitur: Nerui etenim, cum partes sint similares simul atque organicæ, vt suprà dictum est, morbos cuiuscunque generis, intemperiei scilicet, compositionis, solutionisq; continui perpeti nati sunt: qui præternaturales affectus ex symptomate, hoc est, actionum læsione, nomen sortiri consueuerunt: inter eos autem præcipui artificiosè admodum sub duplici ceu periphrasi ab Hippocrate his verbis comprehenduntur. *Morbi à quibus*, hoc est, post quos (si videlicet ipsos interdum curari contingat) *tremor corpus occupat*, quia dum semel adfuerint, nunquam deindè perfectè curantur, sed debilitatis neruis, affectam partem tremulam ferè semper, atque imbecillem admodùm relinquunt. Huiusmodi sunt distensiones, idest, conuulsiones, paralysis, & resolutiones, præcipui & calamitosi neruorum affectus, in quibus & voluntarius motus, & tangendi sensus peculiariter læduntur, dum videlicet adsunt: atque hæc secunda est descriptio, qua neruosarum partium morbos designat. Huiusmodi autem quædam sunt neruorum semiobstructiones, quæ aditum spiritibus facultatem animalem deferentibus, neque ità impediunt, vt partes sensu motuq; omninò destitutas reddant; neque ità expeditum relinquunt, vt spirituum viribus atque opulentia integrè fruantur; sed medio quodam modo se habent, ità vt ex facultate imbecilliter sursum mouente, & membri grauitate trahente deorsum, quædam veluti pugna, vel tremulus quidam motus exoriatur.

Nerui morbos cuiuscunque generis perpeti possunt.

Et qui tremere ipsum faciunt.

XXVIII Nerui autem premunt articulos, extentiq; sunt per totum corpus. Robusti autem maximè, & semper crassissimi sunt in illis corporis partibus, in quibus paucissimæ carnes sunt. Et corpus quidem omne ner-

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 117 sur 478

©BIUM

uis plenum eſt: Verùm circà faciem & caput non ſunt nerui; ſed fibræ conſimiles neruis inter oſsa & carnes tenuiores & ſolidiores.

Neruorum ratio.

EXplicata neruorũ natura, morbisq; ijs, quibus præcipuè neruoſum genus exerceri ſolet, iam eorumdem per vniuerſum corpus diſtributionem, cum alijs quibuſdam ad neruos ſpectantibus, ſcituq; dignioribus, quaſi carptim perſtringit. Diximus autèm ſuperius ex triplici neruorum ſerie, qua neruoſum genus completur, tendones quidem in articulos inſeri vt trahere poſſint; ligamenta verò in ijſdem articulis ſyneuroſin efficere & vnionem: ex quo iure nunc dicit neruos premere articulos, non modo quòd ipſos attingant; ſed potius quod ijs variarum calamitatum non rarò ſint in cauſa: vtitur enim verbo πιέζω quod premere & affligere ſignificat. At cum omnes Animalium particulæ, vt notauit Eraſiſtratus, ex neruo, Vena, & arteria ſint contextæ; neruos (eos præſertim, qui à cerebro, ſpinalique medulla oriundi ſunt) per corpus vniuerſum diſtribui neceſſe fuit: qua in re tres fuiſſe naturæ ſcopos docet Galenus 5. de vſu part. cap. 9. *Primus quidem vt ſenſiterijs ſenſum impertiret. Sic Linguæ, Auribus, Oculis inſignes fuerunt nerui tributi, & præter hæc internis manuum partibus, atque adeò, ipſius ventriculi orificio: ſunt enim quodammodò etiam hæc ſenſoria; ſiquidem per manus, ſi per aliud quicquam, ex tactu dignotio eſt certiſſima. Orificium autem ventriculi ſenſum habet alimenti ipſi animanti deficientis. Alter vt motorijs motum; ſic muſculi, qui motus voluntarij ſunt inſtrumenta, ac proindè animalis membra mouere debebant, maximi, etiam nerui tributi ſunt. Tertius verò omnibus alijs partibus, vt quæ ſibi moleſtiam afferrent, cognoſcerent, & propulſarent.* Quæ diſtributio ſumma prouidentia iuſtitiaque peracta eſt, quandò non æqualiter ſecundum eandem menſuram particulis quibuſque neruos impertita eſt natura, ſed vnicuique pro dignitate & munere tantum tribuit, quanti indigebat, proindeque tribui erat æquiſſimum. Partes vero, in quibus pauciſſimæ ſunt carnes, Artus præcipuè ſunt, manus videlicet & crura, in quibus nerui validi atque craſſiſſimi conſpiciuntur,

Omnes particulæ ex neruo, vena & arteria ſunt contextæ.

Cur natura neruos per totum corpus diſſeminauit.

Nerui vnicuique parti pro dignitate & munere dati ſunt.

non

©BIUM

non modò quod pauciſſima carne, atque adipe contecti, ſecundum ſe totos ſub aſpectum cadant; verùm etiam quod tales à natura efficti ſint: *Artus enim*, inquit, Gal. 9. de vſu part. cap. 11. *nervos poſtulabant duriſſimos, qui fortibus & violentis actionibus mutuo ſubſeruirent*. At quamuis omne corpus neruis intextum ſit, & partes carne pauciſſima præditæ, craſſiſſimos, & validiſſimos obtinuerint; faciem, quæ oſſea tamen eſt, & pauca admodum carne contecta, abſque neruis eſſe nunc Hippocrates aſſerit: non abſque ijs profectò, qui ſenſorijs inſeruiunt, cuiuſmodi ſunt optici, auditorij, ijque, quibus odoratus & guſtus perficitur: plurimi enim ex his magni ſunt, & conſpicui; ſed ſine ijs tantumodò, qui motum impertiuntur, quique adeò tenues ſunt, vt notauit Gal. 9. de vſu part. cap. 13. vt neruorum fibræ potius, quàm nerui ſint dicendi, eò quòd exiguus motus ſpectetur in facie, quem à ſola carnoſa, ſeu muſculoſa membrana, quam ipſa peculiariter habet, fieri plurimorum fuit opinio; vnde latum muſculum eum plerique appellarunt. Verùm acutius intuenti varios in ea muſculos reperiri certo certius apparet, prout variæ ſunt partes, quæ in facie mouentur, vt frons, oculi, ſuperiores palpebræ, genæ, labia, narium pinnæ, & inferior mandibula, quæ omnes, prout peculiarem habent motū, peculiares etiam muſculos obtinuere: Attamen quia nerui, quos muſculi hi ab anteriore cerebri parte excipiunt, per varia caluæ foramina prodeuntes, tertium præcipuè par, in tenuia ceu ſtamina, ac filamēta diſſecti, in carnoſam membranā, & in iam dictos muſculos inſeruntur; ideò inter carnes & oſſa ſub fibrarū ſpecie eos perreptare affirmauit.

Facies abſq; neruis eſt ſecūdū Hip. Quomodo id ſit intelligendum.

XXIX. Capita ſuturas habent alia tres; alia quatuor. Et quæ quidem quatuor habent, his ſunt vtrimque iuxtà aures, & tertia àb anteriore, quarta à poſteriore capitis parte. Sic quidem in capite, quod quatuor habet. In eo verò quod tres, iuxtà aures vtrimque ſunt, & ab anteriore parte: poſteriore verò parte ſutura nulla eſt, velut in eo, quod quatuor habet.

Suturarum numerus varius.

XXX. INcipit hic de oſſibus agere, quæ corpori ſtabilitatem, rectitudinem, & ſpeciem exhibere docuit lib. de oſſium nat. ſicuti

©BIUM

Ossa corpori stabilitatē, rectitudinē, & speciem exhibent.

ficuti nerui flexionem, contractionem, & distentionem exhibent; carnes & cutis omnium colligationem ac constructionem; & venæ per corpus diffusæ spiritum, fluxum, & motum. Ossium verò doctrinam Medico (Chirurgo præsertim, qui ea assiduè tractare cogitur,) apprimè necessariam esse asseruit in epistola ad Thessalum filium per hæc verba. *Ad multiplicem ossium affectionem, & articulorum luxatorum repositionem, & ossium contritorum resectionem, & perforationem, & compositionem, & exemptionem, & reliquam curationem maiori industria vtetur quis quis nouerit qualis est locus, & quale est os, quod ex eo luxatum est.* Plura in hoc argumentum scripsit libro de ossibus, de artic., de fractur. & luxationibus, de vuln. capit. & alibi; quæ omnia si in vnum rediguntur, integra, & vndequaque absoluta euadet rei huius tractatio, quæ in plures dispersa, manca quodammodo apparet: etenim adeò exactè ossium historiam calluit Hippocrates, vt sic de eo loquatur Pausanias. *Inter Apollinis donaria peruetus effigies quædam fuit ex ære hominis, cui, carne consumpta, sola essent reliqua ossa. Aiebant Delphici ab Hippocrate medico dedicatum.* Incipit verò à capite, cuius ossa reliquorum omnium esse normam & mensuram docuerat lib. 6. epid. sec. 6. Ab his enim quasi à radice quadam spinæ truncus deducitur, à quo & costæ omnes, cæteraque artuum ossa deinde ramificantur. *Ossa*, inquit Aristot. *alia ab alijs nexa, & omnia inter se apta, vnam continuant seriem modo venarum; nec est vllum os, quod seorsum ipsum per se maneat.* Primum ergo summus Præceptor considerat suturas, quæ cum ossa capitis diuidant, facile fit, vt ijs cognitis, cranij etiam ossa deindè cognoscantur. Suturæ igitur, (sic dictæ quod consutis rebus sint perlimiles, vt docuit Gal. in proem. lib. de ossib. sunt namque serratiles ossium coniunctiones, eminentijs quibusdam quasi dentibus alternatim compactæ) non eiusdem sunt generis, sed aliæ quidem propriæ sunt, aliæ communes. Propriæ dicuntur, quæ cranij ossa inter se conterminant; Communes autem, quæ ossa eadem à superiori maxilla, sphenoide, & Ethmoide diliungunt. Propriæ insuper in veras adhuc, & spurias subdiuiduntur. Veræ sunt ossium serratiles coniunctiones, vt suprà dictum fuit, quæ tres prout plurimum, secundùm naturæ

Nerui flexionem, contractionem, & distentionē tribuunt.

Carnis & cutis omniū colligationē & constructionē. Venæ spiritum fluxum & motum.

Ossium doctrina Medico per necessaria.

Pausan. lib. 10. circà initiū de Æsculapij templo in suburbio Coe.

Hipp. Apollini Delphico sceletum dicauit.

Capitis ossa reliquorum norma sunt.

Arist. 3. de hist. an. c. 7.

Ossa vnam continuant seriem modo venarū.

Suturæ vndè dictæ.

Suturę quid sint.

Suturarum varia genera.

Veræ suturæ tres vel plurimum secūdum naturæ leges numerantur.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 120 sur 478

©BIUM

turæ leges numerari ſolent àb Anatomicis, Coronalis videlicet in ſyncipite, vbi Regum diademata imponuntur, àb vno tempore tranſuerſim ad aliud excurrens, lambdoides in occipite à λ græca littera, cuius figuram refert, appellata; Sagittalis demùm, quæ rectà inter has frontem verſus extenditur. Spuriæ autem duæ ſunt, vtrimque vna ſuprà aures, ſquammoſæ dictæ, eò quòd ſyncipitis ac temporum oſſa in aciem paulatim attenuata, quaſi ſquammæ imbricatim ſuperponantur inuicem, & coaleſcant. Communes pariter ſuturæ in tres alias diuiduntur, frontalem ſcilicet, ſphænoideam, & Ethmoideam; quas vt minus hic neceſſarias prætermittimus, cum apud Anatomiſtas liquidius eas videre datum ſit. Suturarum vſus multiplex aſſignatur à Galeno lib. 9. de vſu part. cap. 17. non modò ad fuliginoſorum excrementorum tranſpiratum, cum caput velut cucurbitula toti inſideat corpori, omniſque generis vapores, humoreſque furium repentes, excipere natum ſit, quibus niſi exitus pateat per ſuturas, malè vtique conſultum eſſet animantis ſaluti; ſed etiam vt per eas craſſa meninx capitis oſſi alligaretur, quò vaſa, alia quidem intrò, alia autem extra exirent, vtque varijs filamentis pericranium contexere tandem valeret. Fuerunt præterea ad cranij conſeruationem conſtructæ, vt ſi quando percuſſum, ruptumque fuerit, ne per totum rupturæ illæ diſtendantur, ſed inhibeantur illic & ceſſent, vbi ipſummet ſaucium os conterminatur. Diximus ſuturarum eſſentiam, differentias, & vſum, prout naturaliter & vt plurimùm eſſe conſueuerunt: At Hippocrates, præter contenta hæc, quaſdam aſſert varietates, vt quid rarum, quas pro capitis figurarum diuerſitate moſtruoſe admodum quandoque accidere obſeruauerat: ſatis tamen diminutè, itaut non leuis ſubeat ſuſpicio de aliqua textus mutilatione, cum non alias proponat ſuturas in prima figura, quàm eas, quas ſuprà aures ſpurias eſſe affirmauimus, præter coronalem, & lambdoidem; In ſecunda verò eaſdem ſpurias cum ſola coronali, nulla facta mentione de ſagittali, quæ tamen ſemper adeſſe conſueuit. Alias etiam prætermittit configura-
num. 2. tiones, ſecùs quam fecit lib. de vuln. capit. ex quo libro textus hic reſtituendus videtur: inquit enim. *Hominum capita*

Suturæ ſpuriæ duæ & quæ ſint.

Communes ſuturæ tres ſunt, & quæ.

Suturarum vſus.

nihil

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 121 sur 478

©BIUM

Hominum capita nihil inter ſe cõmuniter habent, neque ſuturæ omnibus eodẽ loco conſiſtũt.

nihil inter ſe communiter habent, neque futuræ capitis in omnibus eodem loco conſiſtunt. Verùm qui ſquis ex priore capitis parte prominentiam habet, (eſt autem prominentia rotunda oſſis pars eminens præ alia) huius futuræ conſiſtunt in capite velut littera græca T *pingitur; breuiorem enim lineam ad prominentiam traſuerſam conſtitutam habet, alteram verò lineam per medium caput, ſed ſecundum longitudinem ad collum ſemper habet. Qui verò ex poſteriore capitis parte prominentiam habet, huius futuræ etiam contrario priori modo conſiſtunt: breuior enim linea ad prominentiam tranſuerſa conſiſtit, longior autem per medium caput ſecundum longitudinem ad frontem ſemper conſtituta eſt. Quis quis autem ex vtraque capitis parte & anteriore, & poſteriore prominentiam habet, hiit futuræ ſunt ſimiliter conſtitutę velut littera græca* H *Scribitur. conſiſtunt autem longæ quidem lineæ ad vtramque prominentiam tranſuerſæ, breuis autem per medium caput ſecundum longitudinem ad vtramque longam lineam definens. At qui neutra parte vllam prominentiam habet, hic futuras habet velut littera græca* X. *pingitur. Conſiſtunt autem hæ lineæ altera quidem tranſuerſa ad tempora pertingens, altera verò ſecundum longitudinem per medium caput.* Hanc ſuturarum hiſtoriam probauit etiam Galenus, naturæque probabilitatem attulit lib. de oſſ. nat., & 9. de vſu part. cap. 17. pluries citato. Hoc idem ſentit Celſus lib. 8. cap. 1. neque enim certus earum numerus eſt, ſicut nec locus quidem. Repugnant tamen recentiores Anatomiſtæ Columbus, Fallopius, & Euſtachius, tanquam hæ ſuturarum varietates ſecundum varias capitis figuras nunquam ſpectentur in natura, prout ipſis nunquam videre contingit, quamuis innumeras caluarias inſpexerint: Quod tamen Hippocratis fidem nequaquam redarguit, qui, obſeruator diligentiſſimus, potuit rara quædam videre, quæ, cum valdè raro contingant, alijs multis obſeruare non licuerit, vel quod propoſitio hæc non ſit æternæ veritatis; vel quod peculiaris cœli illius conditio varietatis huius cauſa extiterit. Varietatem profecto maiorem attulit Ariſt. in ſuturis lib. 1. & 2. de hiſt. an. & de part. cap. 7. videlicet quod mares plures habeant ſuturas, quàm fœminæ, quibus vnica eſt in orbẽ; maribus verò tres ſuturæ ad ſummum verticem in trianguli ſpeciem: Quod tamen

Suturarum variarũ deſcriptio.

Suturarum nec certus locus, nec numerus.

neſcio

©BIUM

neſcio quo fato ductus pronunciauerit: nulla ſiquidem obſeruatur diſcrepantia in illis ſecundum ſexus varietatem.

Suturarum nulla differentia ſecũdum ſexus varietatem.

XXX. Saniores autẽ capite ſunt qui plures futuras habent.

Saniores capite ſunt quo plures habent futuras & cur.

num. 6. AXiomatis huius rationem attulit Hippocrates lib. de alim. per hæc verba. *Raritas corporis ad perſpirationem, quibus amplius aufertur, ſaniores ſunt. Denſitas corporis ad perſpirationem, quibus minus aufertur, morbidiores. Qui probe perſpirant, debiliores & ſaniores ſunt, & à morbis facilè reconualeſcunt. Qui malè perſpirant, priuſquam ægrotent, fortiores ſunt: vbi autem ægrotarunt, difficilius à morbis reconualeſcunt. Hæc autem & toti & parti.* Salubriter magis itaque degunt, quibus caput pluribus interſectum eſt futuris, quòd vapores ſuligineſque, quarum magna copia aſſiduè eleuatur, & gignitur in capite, quò plures ſunt futuræ, eò facilius diſcutiantur, ac diſſipentur: Quas ſi òb futurarum defectum retineri contingat, innumeris morbis paraphoricis, cataphoricis, cephalalgicis, atque catarrhoicis præbebitur occaſio. Atqui rei huic contrarium ſentit Celſus cap. 1. lib. 8. probans capitis valetudinem eò eſſe commodiorem, quò futuræ ſunt pauciores: Quinimmò, cum interdum accidat, (rarò tamen; idque facilius æſtuoſis in locis, vbi oſſa plurimùm exſiccata, penitus coaleſcunt) caluariam ſolidam fieri & abſque futuris, vt multò ante annotauerat Hipp. lib. de ſtruc. hom., vbi aſſerit inueniri caput ſolidũ num. 4. ſine futuris; & illud quidem humidum; (per accidẽs Humidũ videlicet òb retentas ſuperfluitates, quæ per futuras diſcuti nequaquam poſſunt); illud caput firmiſſimum, & à dolore tutiſſimum eſſe voluit. Vt controuerſiam hanc componamus, duo nobis ſunt prius ſupponenda, quæ ex textu citato in lib. de alim. manifeſtè colliguntur. Primùm quod caput, quemadmodum cæteræ omnes partes, non àb intrinſecis tantummodò læditur, vt humoribus, atq. alituoſis excrementis; verum etiam àb extrinſecis, Sole videlicet, Aere, Ventis, num. 14. violentis incurſionibus, vt ample docuit Hippoc. lib. 4. de morb.; ac ſicut rara textura commoda eſt ad euitandos morbos, qui ab extrinſecis cauſis proueniunt, liberum ijs prębens

Rara textura cõmoda, eſt ad euitandos mor-

O egreſſum;

©BIUM

ab interna causa prouenientes ; denſa vero ad eos , qui ab externa proueniunt.

egreſſum , ità ab extrinſecis , quibus per patentes meatus liber adeſt aditus , facilè offendi poteſt ; & è contra denſa textura ſicut ab internis cauſis facillimè patitur , hoſtibus non dato egreſſu ; ità externis validè reſiſtit, omni dempto aditu: quod liquido docuit Gal. 1. de tuend. val. & de opt. corp. coſtit.

De opt. corp. conſt. cap. 4.

Denſiora , inquit , *corpora à cauſis internis pati promptè , rariora facilius à cauſis externis* . Secundò verò ſupponendum eſt in euacuatione qualibet vna cum excrementis aliquid ſemper vtilis materię diſſipari , vnde pars imbecillior poſtmodum reddi neceſſe eſt: Quapropter in fuliginum per futuras excluſione , vbi potiſſimum rariores illæ ſunt , plurimos etiam ſpiritus euaneſcere putandum eſt , proindeque caput debilius reddi. Quibus poſitis dicendum externas cauſas Celſum reſpexiſſe , quibus , quo ſolidius caput eſt , magiſque compactum , eo validius abſque dubio reſiſtit , tum denegato omni aditu , tum naturali robore , ob ſpirituum copiam , qui in hoc minimè diſſipantur : atque hinc dixit caput huiuſmodi eſſe robuſtiſſimum . Verùm cum deficientibus futuris morbificæ internæ neceſſario procreentur cauſæ in capite , retentis nimirum fulginibus : extrinſecæ verò cauſæ è contra , quæ plures futuras offendere poſſunt , de neceſſitate non ſint ; ſed poſſunt adeſſe & abeſſe ; ideò Hippocratis dictum & verius eſſe , & ſæpius verificari pronunciabimus ; nè etiam fateri cogamur hominum capita fruſtrà ferratis pectinatim compagibus fuiſſe conſtructa .

Celſus conciliatur cũ Hipp. circa futuras .

XXXI. Inter ſupercilia os deſcendit , ac tranſit , & mandibularum clauſura in medio mento , & ſupernè ad caput eſt .

Capitis conterminatio & diuiſio .

CAput tota ea pars eſt , quæ collo vt columnę impoſita , velut totius opificij culmen ſupereminet, diuiditurque in cranium & faciem . Egit ſuperius de oſſibus cranij dum futurarum hiſtoriam explicuit, quarum miniſterio huiuſmodi oſſa diſcriminantur: à coronali namque os frontis deſignatur, à lamdoide os occipitis ; à ſaggittali oſſa duo bregmatis ; à ſquammoſis denique oſſa temporum ; quæ ſex propria ſunt cranij

©BIUM

num. 2. & deinceps num. 5. cranij ossa, quorum meminit lib. de vuln. capit.; Quamuis etiam sphenoides & Ethmoides lib. de oss. nat. inter eadem connumerare visus sit, octonarium numerum explens: cum tamen postrema hæc duo (sphenoides nempè, quod toti caluariæ tanquàm basis subtenditur; immò inter omnia tum cranij, tum superioris maxillæ ossa, velut cuneus infigitur, & palati os nuncupatur; & Ethmoides, seu spongoides, quod inter supercilia in basi frontis residēs, cribriformi, spongiosaque substantia peruium, vt tex. 15. lib. huius explicauimus, nares, & oculorum iuxta internum latus orbitam constituit) sint potius communia; ità vt inter faciei ossa æquè benè connumerari possint. Pergit nunc igitur agendo de faciei ossibus, quæ duplici maxilla, superiori scilicet, inferiorique, propriè comprehenduntur: inter ea tamen ethmoides connumerat, quod inter supercilia ad nasi radices locatum, deorsùm descendit, cumque superiori maxilla terminatur. Verùm tam compresso sermone, atque adeò leuiter hæc omnia attingit, vt indicare potiùs, quàm describere videatur, bonarum artium semina iaciens, quæ alijs fortasse libris excolere sibi animo proposuerat. Maxillarum alteram superiorem, inferiorem alteram esse diximus; illa in animante quolibet immobilis est, vt notauit Hippoc. lib. de artic., excepto tamen Psittaco, & Cocodrillo, vt testis est Aristot. 1. de hist. an. cap. 11., & alibi. Hæc ad incidendos, mandendosque cibos mobilis à natura efficta est. Componitur illa ex pluribus officulis, quorum numerus controuertitur inter Anatomicos, qui plura, vel pauciora constituunt, prout varias adiacentium ossium portiunculas inter ea connumerant. Vndecim tamen verè sunt, vtroque ex latere quinque, & vnum in medio locatum. Primo externus oculi angulus, ac magna orbitæ pars constituitur. Secundum officulum est lacrymale in angulo interno, cui carumcula inest, quæ stillantem de cerebro humorem glandulæ instàr excipit, exprimitque in nares per foramen, quod in eas peruium habet. Tertium omnium maximum est, omnia dentium alueola suo è latere complectens, orbitam, malum, magnamque palati portionem constituens; & sinuosum valdè est; quapropter, vt dixit Hippoc.

Cranij ossa sex propriè sunt.

Faciei ossa.

Maxillarum descriptio.

num. 5. Ar. lib. 3. cap. 7. eiusd. lib.

Superioris maxillæ ossa.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 125 sur 478

©BIUM

Solæ ex ossibus maxillæ venas intra se habent.

lib. de princ., *solæ ex ossibus maxillæ ipsæ in se ipsis venas habent; & ob id alimentum amplius in ipsas, quàm in alia ossa trahitur.* Quartum in extremo palati sedem occupat, quà videlicet nares ad palatum sunt peruiæ. Quintum denique ad nasum peculiariter pertinet. His addi potest vndecimum, quod vomer dictum est à vomeris figura, quam refert, in medio palati narium septum sustinens, cuius meminit Hippoc. 4. & 6. epid. sec. 1., dum inquit. *Quibus os à palato decidit, ijs medius nasus subsidet* (sublato scilicet fulchro). *Si verò os, vnde dentes nascuntur, extremus nasus concidit.* Inferior autem maxilla duplici tantum osse constructa est, quæ inferius in basi, quod mentum dicitur, simplici sutura, seu harmonia, coniunguntur, quæ deperit in adultis, ità vt vnicum os videatur. Superius verò vtrumque eorum duplicem habet apophysim, seu processum, quorum longior & acutior temporalis musculi tendonem excipit; alter verò, qui breuior est, ac rotundus, cauitati ossis petrosi, seu potius iugalis, sub auditorio meatu inarticulatur; cuius luxationem in oris hiatu sæpè non sine magno discrimine accidere asseritur in coacis. *in tetano & opisthotono maxillas luxari funestum.* & lib. de artic. vbi maxillarum historiam retulit his verbis. *Maxilla paucis perfectè luxata est: os enim, quod à superiori maxilla prodit, cum eo esse subiugatum est, quod sub aurem annexum est, quodque capita infernæ maxillæ concludit ac dirimit, cum altero capite superius sit, altero inferius: & extremæ infernæ genæ partes ità se habent, vt altera ob longitudinem non facilè accessum admittat; altera verò cornix est, & suprà iugale os excedit. Simul autem & ambarum harum extremitatū neruosi tendones existunt; ex quibus musculi dependent, qui temporales, ac manducatorij appellantur. Propterea autem appellantur, & propterea mouentur, eò quòd hinc dependent: nam in edendo, & in loquendo, & in reliquo oris vsu, superna quidem maxilla quiescit; est enim capiti connexa, & non coarticulata; inferna autem maxilla mouetur: coarticulata enim est à superna maxilla, & à capite.* Vide Galenum com. 2. suprà eundem librum particula 4.

nu. 13.

4. epid. nu. 8. 6. epid. sec. 1

Inferioris maxillæ ossa

nu. 3.

Maxillas luxari funestum.

nu. 14. & 25.

Excludit habet Galenus in com.

Ver-

©BIUM

xxxii. **Verticula alij plura, alij pauciora habent. Qui pauciora habent, his duodeuiginti sunt. Horum alia sursùm ad caput, alia deorsùm ad sedem tendunt.**

Verticula alij plura alij pauciora habent.

PRoxima capiti spina se se offert, totius ossium compagi-nis basis & fundamentum; ex quo Carina satis appositè nuncupatur. *Initium in omnibus, quæ ossibus constant, spina est*, inquit Arist., *quæ coagmentata ex vertebris, à capite ad coxas porrigitur*. Hæc in fistulę modum excauata, magnam cerebri propaginem continet, quam spinalem medullam dicimus, cerebri emulam, cuius vicem gerit in vniuerso corpore, dum neruis originem præstat, qui partibus omnibus à capite sensum & motum impertiuntur. Sacræ huius medullę propugnaculum est ipsa spina, quæ & ad eius securitatem, & vt animal tùm antè, tùm retrò moueri flectique posset, compluribus fuit ossibus constructa, quę vertebrę, seu spondili, nuncupantur, qui ad varias tum costarum, tum inter se articulationes & robur, varijs apophysibus atque eminentijs obliquis, trāsuersis & acutis, à lateribus, & in posteriori parte fuerunt obuallati: De qua spina nunc agere intendit Hippocrates, cuius

Spinæ descriptio.

Ar. 3. de hist. cap. 7.

Spina cur pluribus ossibus constructa sit.

nu. 2. rectitudinem figuram perbellè descripsit lib. de oss. nat., & de artic. At quamuis spina sit tota ea ossium compago, quę à capite ad os sacrum deducitur, vt ex Aristotele suprà assertum est; explicuitq; Hippocrates ipsemet lib. de oss. nat.; eam in ceruicem diuidens, dorsum, & lumbos, vt communiter ab omnibus Anatomicis diuidi solet, per hęc verba: *Verticula suprà clauiculam vna cum magno septem sunt; iuxta costas autem tot, quot costæ, duodecim videlicet: iuxta laterum mollitudinem verò forinsecùs vbi coxendices in lumbo, quinque*: Attamen, vt notat Gal. com. 1. lib. 3. de artic., sumitur quandoque Hippocrati pro ea solummodò vertebrarum compositione, quę dorso, & lumbis adiacet; quod ipsum hic pariter feciſſe censendum est, dum vertebras duodeuiginti esse asseruit. Inquit ergo,

De oss. nat. nu. 2. De artic. nu. 41.

Spina diuiditur in ceruicē, dorsū, & lumbos. Vertebræ in ceruice septem, in dorso duodecim, in lumbis quinque numerātur. Spina sumitur quādoq; ab Hippoc. pro ea tātūmodo ossiū strue, quæ est in dorso & in lumbis

Verticula alij plura, alij pauciora habent, nam quāuis Rhachis tota ex vertebris quatuor & viginti secundùm naturę leges

©BIUM

ges plerumque conſtruatur : poteſt tamen hic numerus præternaturaliter variari, & plures eſſe, vel pauciores : ſunt enim qui vndecim ; ſunt qui treſdecim vertebras in dorſo habent, penès quas coſtarum etiam numerum variari contingit.

Qui pauciores habent, his duodeuiginti ſunt. Hic procùl dubio duodecim dorſi, & quinque lumborum vertebras enumerat, ſuperaddito inſuper oſſe ſacro, quod magnam vertebam appellauit ſec. 4. lib. 2. epid. relicta ſcilicet ceruice. At cur addiderit. *Qui pauciores habent*, nondum mihi valdè conſtat, cum nullum ſit dubium, quin aliqui his pauciores habeant, vndecim videlicet in dorſo, vt docet Gal. lib. de oſſ. cap. 7. immo ; cap. 8. rarius ſupereſſe, quam deeſſe aſſeruit ; niſi dicamus, vt rarò euenit naturalem numerum variari, ità nunquam Hippocrati contigiſſe pauciores quàm decem & octo ſecundum dorſum & lumbos in humano ſcelete obſeruare.

Magnã vertebram appellauit os ſacrum.

Horum alia ſurſùm ad caput, alia deorsùm ad ſedem tendunt. videlicet iuxtà apophyſes acutas, atque eminentias illas, quibus ſpina in poſtica parte verè conſtituitur : Etenim, vt dictum eſt, Vertebrarum vnaquæque pluribus extuberat proceſſibus, obliquis, tranſuerſis, & acutis. Obliquos binos habet àb vtroq; latere, quorum duo ſurſum, duo deorſum vergunt ad ſuam cum cæteris articulationem ; Vnum in vtroque latere tranſuerſum ad varias muſculorum inſertiones, articulationeſque coſtarum. Acutus vnicus poſtica in parte eminet, ſpinam propriè conſtituēs: Qui acuti proceſſus à ſecundo ceruicis vſq; ad decimum, ſeu potius vndecimum, vel duodecimum dorſi ſpondylum, quaſi hamati deorſum ad ſedem vergunt: quemadmodum ipſo vndecimo, vel duodecimo excepto, qui in neutram vergit partem, reliqui omnes inferiores ſurſum tèndunt, vt latè docet Gal. lib. citato de oſſib. cap. 8. Spinam eleganter deſcripſit Plato in Timæo. *Sphæra*, inquit, *oſſea quaſi torno facta, cerebrum circumſepſit. Huic anguſtos reliquit meatus, & circa ceruicis ſimul dorſiq. medullam ex ipſo rotulas vertigineſque effingens, quaſi cardines ſubdidit, ità vt à capite per totum protenderit. Sic vtique*

Vertebrarũ proceſſus & apophyſes.

ſemen

©BIUM

ſemen omne ſeruauit, dum lapideo ambitu circumuallauit. Articulos inſuper addidit, alterius ipſius natura vſus in ipſis, tamquam media quadam exiſtente potentia motus flexioniſque gratia.

Coſtarum ratio.

XXXIII **Coſtæ ſeptem à poſteriori corporis parte ad verticula connectuntur, anteriore parte in pectore inter ſe committuntur.**

TRuncus humani ſceleri; vel potius, thorax, ex dorſali ſpina, coſtis, atque ſterno conſtituitur. Egit ſuperiùs de ſpina; de coſtis, atque ſterno eum nunc agere par erat. Coſtæ autem à dorſi ſpondylis iuxtà tranſuerſarum apophyſeon radices, velùt rami à trunco hinc inde emanantes, duodecim à latere vtroque fructicantur. Harum ſuperiores ſeptem ad medium vſque pectoris exporrectæ, & cum dorſi, ſpondylis, & cum ſterni cartilaginea parte ad nobilium viſcerum tutelam articulantur: ac proindè, perfectæ cum ſint, veræ & legitimæ nuncupari merentur, quas tantummodò hic conſiderans Hippocrates, ſeptem tantùm coſtas enumerauit. Paulò ſecus Ariſtoteles, qui coſtas vtrinque octonas eſſe aſſeruit, narrans de gente Turdulorum, (qui Populi Hiſpaniam Bæticam incolunt), quorum homines ſeptenis coſtis creari ferunt, nullius idonei Authoris teſtimonio conſtare. Ariſtotelem ſecutus eſt Plinius nat. hiſt. lib. ij. cap. 37. Coſtas homini octonas tantùm, Suibus denas, Cornigeris tredecim, ſerpentibus triginta aſſignans. Sed vtriquè eo decepti ſunt, quod octauâ coſta ſatis vltrà producta, ipſa pariter cum ſterno coire videatur: quinimmò de facto quandoque coit. Cæterùm inferiores quinque, inchoatæ tantummodò, vt ità dicam, aliiſque breuiores, articulatæ quidem cum ſpondilis iuxtà ſpinam, ſed paulatim deindè in cartilagineum quid deſinùt, interiectum in ventre ſpatium exoſſe relinquentes, ad naturalium viſcerum extenſionem in cibo & potu: Quapropter hę imperfectæ cum ſint, ſpuriæ atque illegitimæ nuncupantur.

Coſtæ duodecim ſunt ab vtroque latere fructicantes.

Ariſt. 1. de hiſtor. an. cap. 15.

Ariſtot. & Plin. decepti in coſtarum numero recenſendo.

Coſtæ ſpuriæ cur factæ.

num. 3. Hoc totum his verbis expreſſit Hipp. lib. de oſſ. nat. *Coſtæ iuxtà diſcriminationes verticulorum neruo annexæ ſint à ceruice vſque ad lumbos intrinſecus: ab anteriore autem parte iuxtà pectus laxam & mollem ſummam partem habentes, ſpecie præ cunctis*

©BIUM

ctis animalibus maximè obtortæ. Hac enim parte angustissimam molem homo habet. Qua verò parte costæ non sunt, exortus obliquus, brevis, & latus ad singula verticula nervo annexus est.

XXXIV Clauiculaũ ratio.

Clauiculæ articulos habent alios in medio pectoris iuxtà guttur, atque hìc coarticulatæ sunt ; alios verò ad humeros reclinatos ad scapulas, quæ humeris semper adhærent. Scapulæ verò ad membra brachij, siue totius manus ; articulantur, incumbentes in ipsum os, quod in membro est. Iuxtà os autèm appendices duæ prodeunt, altera intrinsecùs, altera forinsecùs, quæ ad scapulas ossi adnascentes, infrà articulatæ sunt. Quæ verò in cubiti flexura sunt, infrà quidem radio coarticulatæ sunt, iuxtà os natura cauum existens; suprà autem radium paululùm, in cubiti gibbum : & tùnc tum os, tum radius in idem commissa, articulum in cubiti gibbo faciunt. Iuxtà vlnam verò appendices prodeunt tenues valde quatuor ; duæ sursùm, duæ deorsum. Et ad cubiti gibbum quidem duæ appendices consistentes suprà ex osse hærent ; hæ cum osse cohærentes, iuxtà ossis articulum in cubiti gibbum coarticulantur. Quæ verò infra sitæ sunt, & intùs reclinatæ, hæ vtræque committuntur ad radium, ex supernis à membro procedentem, & intùs ad membrum coarticulantur, & radium appellatum faciunt hæ sibi ipsis intùs in cubito commissæ. Infrà autem ad manum os articulum habet. Appendices verò hac parte teneræ existentes, duæ quidem non exeunt in articulum. Superna autèm & inferna cum osse coarticulantur ad manum.

A B C D

Osteologiam prosequitur Hippocrates, & à trunco ad artuum ossa explicanda accedit, totius manus seriem, atque

©BIUM

atque compaginem deſcribens, quæ in Humerum, Cubitum, extremamque Manum Hippocrati ſubdiuidi ſolet : Incipit tamen à Clauiculis, vtpotè thoraci communibus, manibuſq; . Nam duo hæc oſſicula à ſumma ſterni parte hinc indè ad humerum vſque flexuoſa protenduntur ; extuberantia quidem propè ſternum, vt vaſibus illàc prætereuntibus locum cedãt, depreſſa autem iuxtà humerum ad robur : ex quo ſ græcæ literæ figuram referunt, & iugula, quaſi exigua iuga appellantur. Dicuntur prætereà àb Hippòcrate clauiculæ, tum quia thoracem claudunt, tùm quia humerum cum ſcapulis firmãt, ac furcæ inſtar ſulciunt, nè ad pectus excurrant : quapropter furciculæ nomen etiam obtinuere. Articulantur tùm in ſumma ſterni parte propè guttur, tum cum ſcapulis in ſupremo humero, vbi ſcilicet humerus reclinatur ad ſcapulas, vt cum earum glenoide cauitate, ſiue acetabulo articuletur : Humerus namque, ſeu bracchium, vt dilucidè deſcribitur lib. de

nu.4. oſſ. nat., incuruum ſoràs, & exteriori parte obliquum, non rectum eſt ad acetabulum. Iungitur autem illa diarthroſeos, ſeu articulationis ſpecie, quam arthrodiam nuncupant : exiguum enim, depreſſumque clauiculæ caput in haud profundam ſterni cauitatem inſeritur, motumque, etſi exiguum, conſpicuum tamen edunt, vt idem Hippocrates docuit

nu.3. lib. de oſſ. nat. inquiens. *Clauiculæ rotundæ ſunt ad anteriorem partem ; ad pectus quidem breues motus habentes ; ad ſummum verò humerum frequentiores* : cui ſimile habetur etiam lib. de

nu.18. artic.

D Eodem prorſus modo & ſcapulæ quid commune ſunt thoracimanibuſque; cum & clauiculis ſuo acromio, & bracchijs glenoide cauitate inarticulentur : Nam duo hæc oſſa trilatera ſunt, & ingentia, foris gibba, intus excauata, ſuperioribus coſtis à tergo, pro earum munimine, ſuperpoſita, quæ in valdè extenuatis alarum more prominent. In harum ceruice cauitas inſculpta eſt glenoides dicta, in quam humeri caput inſeritur, membranoſo ligamento vndequaque præcinctum, à glenoidis ore oriundo ; ex quo oſſi huic ſemper incumbere dicuntur : de hac tamen re idem Hippocrates conſulendus

nu.4. eſt lib. de oſſ. nat. iam citato. Omoplatum latitudini forti-

P tudinem

Clauiculæ cur ita dictæ

Humeri deſcriptio.

Omoplatæ à Græcis Scapulæ à Latinis Spatulæ à Barbaris. Scapularum deſcriptio.

©BIUM

Scapulæ fortitudinem atque prudentiam designant.

tudinem pariter, atque prudentiam tribuerunt Phisionomici: ex quo Virgil. lib. 11.

Hæc fatus, latos humeros subiectaque colla
Veste super, fulvique insternor pelle Leonis. & lib. 5.
Ostendit latos humeros. &c.

Ossi autem, quod ad scapulas reclinari, ijsdemque inarticulari iam diximus; bracchio videlicet, siue humero, ossium omnium maximo, crure excepto & tibia, si Galeno credimus cap. 15. lib. de ossib. in seriore sui parte duæ insunt apophyses, & appendices; non illæ quidem, quæ musculis carpum & digitos mouentibus originem præbent, sed quæ trochleas efformant, atque infrà in cubiti flexura cum vlna & radio articulantur, quæ duo sunt ossa secundam manus partem, quæ cubitus appellatur, constituentia, focile maius, & focile minus appellant Barbari. Radius etenim atque Vlna, quæ cubitus etiam dici solet, bracchij trochleis inarticulata, articulum in cubiti flexura efficiunt: cuius articulationis rationem descripsit Hipp. lib. de fract. inquiens: *Cardiniformis est bracchij pars in cubiti sede, in hac figura innitens, ossibus cubiti & bracchij rectitudinem facit, veluti totum vnum esset.* VIII. 4.

Cubitus.

Vlna denique, seu cubitus & focile maius, quatuor habet appendices, duas quidem in superiori parte, quas rostra, seu coronas appellauit Galenus, quæ bracchij cauitatibus immittuntur; duas verò in parte infima, quæ ideò dicuntur intus reclinatæ, & quòd committuntur ad radium, quia, cum vlna & radius ea sint ratione constructa, vt in vtraque extremitate simul coalescant, dehiscant autem in medio; Vlna quidem in superiore sui parte humerum versus crassior cum sit, radij tenuiorem extremitatem excipit; sicut è contra, in extremitate inferiori, vbi tenuior est, in radij crassiorem partem insinuatur, itaut cum ipso coalescat, vniaturque: Vndè duo hæc ossa quasi vnum sunt, miro artificio ad manus & cubiti robur, atque flexuras varias efformatum. Inferiores ergò hæ ipsius vlnæ appendices multa cartilagine inuolutæ, ac proindè teneræ existentes, non exeunt in articulum, hoc est, non articulantur cum infima manu, seu bracchiali, quia non eò vsque extenduntur, nisi styloide quodam processu, atque me-

©BIUM

media copiosa chartilagine interiecta; sed coarticulantur, siue potius vniuntur, & cõmittuntur ossi, quod ad extremam manum pertingit, radio videlicet, modo iam explicato: radius enim est, qui bracchialis cauitatibus suas tuberositates immittens, extremæ manus articulum constituit.

xxxv. Cæterùm manus articulos multos habent: Quæcunque enim ossa inter se committuntur, omnia articulos faciunt. Digiti articulos habent multos, vnusquisque tres, vnum ad vnguem in medio vnguis, & nodosæ prominentiæ; alterum in ipsa nodosa prominentia, qua parte etiam digitos conflectunt; tertium qua parte digitus à manu exoritur.

SVperiorem artum, quem bracchium vulgò nuncupari scimus, in humerum, cubitum, extremamque manum diuidi ex vetustissimis Medicis dictum fuit: Prioribus itaque iam exactis partibus, tertiam modò exequitur, summæ manus structuram referens: quam in tres itidem partes, Carpum, Metacarpum, & Digitos ab Anathomicis diuidi de more est. Organi huius præstantia quanta sit, disertè admodum, latequè docuit Gal. 1. de vsu part., multoque prius Arist. 4. de part. cap. 10., à quo compluta procul dubio mutuatus est. Huic tantum tribuit Anaxagoras, vt asseruerit hominem omnium, quot quot spirant, prudentissimum esse, quoniam vnus omnium manus obtinet; etsi ab eodem Aristot. atque Galeno iure optimo reprobetur: dantur siquidem organa à natura pro facultatum exigentia, non è contra, facultas pro organorum aptitudine: Quapropter homo, eo quòd prudentissimus futurus erat, pluribusque tum pacis tum belli artibus instituendus, complurib⁹ itidem indigebat instrumentis; manus proinde ei tributæ fuere, rationis ac sapientiæ ministræ; organum videlicet antè omne organum, quo vno cætera quæcunque instrumenta parantur, quibus suæ nuditati satis superque deindè succurrit, eo pacto, quo Anima primo ab ortu scientijs omnibus, artibusque destituta, vna ratione habitibus varijs postmodum induitur atque exornatur.

Manum digniras atque descriptio.

Manus prudentiam hominis testatur.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 133 sur 478

©BIUM

tur. Cæterùm quoniam præcipuus organi istius vsus fitura erat rerum apprehensio, magnitudine inter se, figuraque maximè discrepantium; non vnico, inflexibilique osse construi debebat, sed compluribus per articulationem inter se compactis, vt modò plurimum extendi, modò in arctissimum coarctari pro rerum exigentia valeret; quemadmodum in digitis à Metacarpo tanquam rami à trunco promanantibus clarè nimis conspicitur, ac liquidò in textu enarratur. Vnumquemque autem digitum tres habere articulos asseritur, adnumerata nimirum inter hos prima pollicis articulatione, quæ tamen non cum Metacarpo, vt reliquorum digitorum, sed cũ Carpo est, ac proindè digitorum ossicula quindecim erũt, præter sesamoidea articulis interiecta; quemadmodum Metacarpi quatuor, Carpi autem octo: vnde libro de ossium natura, totius infimæ manus ossa viginti septem àb Hippocrate enumerantur.

Manum ossa & articuli.

XXXVI. At verò in coxendicibus articuli duo sunt, quæ acetabula appellantur, & femora in hos inarticulata sunt. Iuxtà femora autem appendices duæ protenduntur, altera intùs, altera foris, & in articulum neutra procedit, neque àb altera parte, sed ad os ad femur inseruntur. Femur autèm supernè, vbi in acetabulum ingruit, bisidum est huiusce modi bicipitate. In ea quidem parte, quæ introrsùm inclinata est, in summitate rotundum est ac læue, quæ etiàm in acetabulum ingreditur. Altera autem bicipitatis pars exterior magis foràs prominet, & inferius apparet ad nates, & coxendix appellatur.

INferior iam nobis proponitur artus, ambulationis instrumentum, quo inter terrestria animantia solus homo bipes constituitur: pro anterioribus namque pedibus manus, vtpote animalium sapientissimo conuenientiores, datæ sunt. Hic in tres pariter distinguitur partes Crurem, Tibiam, atque, extremum

Pes in crure, tibiam & extremum pedem diuiditur.

©BIUM

snum Pedem: Ac quemadmodum in manus historia recensenda ab Omoplatis Author incepit, quibus bracchia velut basibus implanctata visuntur; ità pariter in Pede describendo à duobus ijs ossibus exorditur, quæ sacri ossis transuersis processibus vtrimque adnexa, & immota, postrema in dorso sunt, amplam cauitatem pro infimo ventre constituentia, crurumque articulationi potissimum inseruiunt: Et quamuis vtrimque vnum videatur, nullo peculiari nomine insignitum; vnumquodque tamen lineis, interiectisque chartilaginibus in tres partes diuisum est; quarum superior & latior pars ilium ossa constituit; inferior atque anterior coxendicem, seu ischium; quæ autem indè adhuc ad anteriora protenditur, os pubis efformat. Ischio, seu coxendici vtriq. ampla cauitas insculpta est, quam artron, seu articulum modò appellat Hippocrates, Acetabulum, vel Cotyla communiter dicta, cui femoris caput valido intercedente ligamento committitur atque inarticulatur. Femur autem teres ac verè maximum inter omnia humana ossa, in superiore sui parte infrà ceruicem duo habet additamenta & appendices, quarum altera externa & maior est, altera verò interna atque minor; neutraque ad vllam deuenit articulationem, neque ab altera parte, hoc est, neque ex ea parte, qua ipsi femori vniuntur: adnatæ enim sunt femori, non coarticulatæ, musculorumque exortui atque insertioni dicatæ tantummodo sunt: ex quo varijs crurum motibus inseruiunt, atq. hinc τροχαντῆρες Græcis, latinis rotatores appellantur. Ab his exurgit longa ceruix, cui caput prægnum & leue ad intrà reclinatum, impositum est, quod in acetabulum inseritur ad coxę articulationem. In superiori hac parte biceps femur apparet: etenim præter magnum illud caput, de quo iam diximus, externa appendix, maior rotator dicta, haud longè indè exurgit, quæ cum ad nates se se efferat γλουτὸς, etiã dicitur. Ex hoc textu colligi potest primò ἄρθρον, hoc est, articulum apud Hippocratem dici non modo naturalem illam ossium syntaxim, & compagem, siue coniunctionem, quæ ossis caput, acetabulum, & vinculum complectitur, prout accepit, inquiens: *Quæcunque ossa inter se committuntur, omnia artic-*

Ilium ossa.

Coxendix seu ischiũ.

Os pubis.

Femur.

Trochanteres duo, maior rotator. & minor rotator.

Articulus modo articulationem, modo acetabulum, modo os, quod acetabulo inseritur, significat.

©BIUM

articulum efficiunt; ſed quãdoque ità vocari acetabulum dùmtaxat; ex quo dixit in coxendicibus duos eſſe articulos; quandoque verò os tantummodò, quod alteri committitur, vndè articulos prompte excidere, vel reponi pluries dixit lib. de artcul., & de fractur., notatque Gal. lib. de oſſib., & com. 2. & 3. lib. de fractur. Colligitur itidem ſecundo iſchium, ſeu coxendicem, quamuis propriè dicatur de oſſe illo, cuius ſinui inſeritur femoris caput; nunc attamen transferri ad ſignificandum magnam illam femoris externam apophyſim, quam ad nates ſe ſe efferre, maioremque rotatorem appellari diximus: ſicut interdum & carnoſas ex vtroque latere poſt lumbos eminentias; & coxæ tum articulationem, tum oſſa, quæ in ipſa articulatione committuntur, & interiectum teres validumq; ligamentum eodem hoc nomine deſignari, ſatis liquidò probat Foeſius in ſua Oeconomia.

Iſchium, ſeu coxendix propriè eſt os illud, cuius cauitati inſeritur femoris caput, apud Hippoc. tamen plura ſignificat.

XXXVII. Ad genu verò os Femoris taliter biceps eſt; Bicipitio autem huic os tibia appellata, velut in cardine adaptatum eſt. Suprà adaptatum autem mola, ſiue patella incumbit, quę humiditatem à carne in articulum expaſſum deſcendere prohibet.

INferiorem femoris partem nùnc deſcribit, quod à medio deorſum craſſeſcens, propè genu biceps euadit, in duo ingentia ſatis capita deſinens, quæ à totidèm tibiæ cauitatibus in genu excipiuntur; Iuxtà ea autem capita à tergo magnus quidam, ac profundus ineſt ſinus, in quem proceſſus inter duas tibiæ cauitates extuberans, inſeritur; validum emittens ligamentum, à quo tota hæc ſtrues roboratur, ſtabiliturque. Propterea ea diarthroſeos ſpecies cõſtituitur, quæ ginglimon à ginglimo; hoc eſt, cardine nuncupata eſt. Cardinum enim inſtar duo hæc oſſa, femur & tibia, cùm vtraque & cauitates habeat, & proceſſus, mutuo quodam amplexu excipiunt, atque excipiuntur. Articulationi huic ſcutiforme quoddam os mobiliter incumbit, quod à figura, quam refert, mola, rotula, ſcutum, & patella vulgariter appellatur. Cumque ab

Genu articulatio.

inte-

©BIUM

interiori parte, vbi lubrica chartilagine inuolutum eſt, varias habeat tum cauernulas, tum exiguas tuberoſitates; his omnibus femori tibiæque ità aptatur, vt excipiat, excipiaturque àb illis. Huius oſſis cum aſſignat vſum Hippocrates, vt quaſi operculum quoddam ſubiectam articulationem, ex ſe ſatis laxam, tueatur; nè, dum expanditur in flexionibus, humiditates varias à circumadiacentibus carneis partibus ſuſcipiat. Alium tamen aſſignant recentiores Anatomici, vt genu articulationem tegeret ne extrà luxaretur; quod de facili accidere poterat. Varijs interim tum ligamentis, tum muſculorum tendinibus ſubiectis partibus adnexum eſt.

Mola articulationi in genu impoſita, eiuſque vſus.

Iuxtà tibiam autem appendices duæ procedunt, quæ inferne ad malleolos pedis finiunt, ſupernè ad genu: non autem perueniunt ad articulum. Ad pedem verò tibia iuxtà malleolos articulum habet, & alium infrà malleolos. XXXVIII.

QVæ interfemur, extremumq; pedem interiacet regio, tibia nuncupatur. Hæc cubito reſpondet; duobus ſiquidem oſſibus coſtructa eſt, cohærentibus quidem ſimul iuxtà extremitates; in medio autem à ſe diſiunctis; vt latius docuit idem Hippocrates lib. de oſſ. nat., & de fract. Maius atque interius ex his, tibia; minus autem exteriuſque, Sura, vel fibula & perona Græcis dicta eſt. Vnius tamen, velut potioris, tibiæ videlicet, hoc textu meminit Author: hanc etenim vnam ſumma ſui parte femori in genu coarticulari diximus, ima verò cum talo, quod eſt primum aſtragali os. De ijs præterea tibiæ appendicibus mentionem habet, quæ ad articulationem nequaquam deueniunt; ſed harum inferior eſt productior capitis pars, quæ Tali articulum prætergreſſa, eiq; àb interiori latere adpoſita, internum malleolum cõſtituit eo pacto, quo externum àb appendice ipſius fibulæ coſtituitur. Superior autem appendix in hoc textu commemorata, antrorsùm eſt non procùl à tibiæ ceruice, muſculorum, qui tibiam extendunt, inſertionem admittens: Verùm quæ nam ſit articu-

Tibiæ deſcriptio.

De oſſ. nat. nu. 1. De fract. nu. 14.

©BIUM

ticulatio, quam hoc os infrà malleolos habere asseritur, ingenuè fateor, non dum assequi mihi datum est.

XXXIX. Et in pedibus articuli multi, quemadmodum & in manibus, sunt. Quot enim ossa, tot sunt articuli: & in digitis pedum eodem numero sunt, ac pari modo habent.

Quot ossa, tot articuli.

Pedis manusq; magna est similitudo.

MAgna inter pedem manumque intercedit similitudo; vsuq; pariter maximè inter se conueniunt: nam vtraq; sunt quodammodò apprehendendi instrumenta; manus quidem simpliciter tale est; pes verò quatenus hominis, *quem solum ex omnibus animalibus*, inquit Firmianus, *cum Deus statuisset facere coelestem, cætera vniuersa terrena, hunc ad coeli contemplationem rigidum erexit, bipedemque constituit, scilicet vt eadem spectaret, vnde illi origo est; illa verò depressit ad terram: vt quia nulla his immortalitatis expectatio est, toto corpore in humum proiecta, ventri pabuloq. seruirent*. Pes inquam apprehendendi instrumentum non simpliciter est, sed quatenus hominis, cuius figura erecta existit, stationem & progressum in qualibet loci differentia firmare, tutumque reddere debebat: vnde loco cuilibet debuit posse circumplicari, atque inniti, & quamcumque calcati corporis figuram comprehendere, amplectique; compluribus iccircò opus habuit articulis, quò multifariam extendi, flecti, arctariq; posset, vt grestile animal ratione insignitum decebant. Quod igitur in manu est Carpus, seu bracchiale, in pede Tarsus est; Quod in manu Metacarpus & Postbracchiale, in pede, Metatarsum seu Pedis aut Planta: Digiti demum & ipsi persimiles in vtriq. existunt; neque duo hæc instrumenta aliter inter se differunt, nisi quatenus & eorũ vsus, ad quem structura dirigi debebat, non idem omninò est, vt iam innuimus. Similia igitur sunt in structura quatenus vtrumq. apprehensiuum est instrumentũ: Differunt verò quatenus illud optimè apprehendere, hoc autem tutò progredi debebat: proindeque in illo longiores sunt digiti, neq. omnes vna serie locati, sed pollex alijs è directo oppositus est, vt valida & vndequaque fieri posset apprehensio: in hoc verò &

Pes apprehẽdendi instrumenti quodammodo est.

Pedis & manus comparatio,

Lactant. firman. de opificio Dei cap. 8.

bre-

©BIUM

breuiores, & craſſiores, omneſque vna ſerie diſpoſiti; ità enim expediebat organo non ſimpliciter apprehenſiuo, ſed progreſſionis etiam & firmitudinis inſtrumento, vt accuratè diſerteque docuit Gal. lib. 3. de vſu part. per multa capita. Multi ergo etiam in pedibus ſunt articuli, tot videlicet, quot oſſa. Quæ vtique aſſertio, vt veriſſima eſt in pede, parte nimirum toti adnexa articulataque, ſic de tota oſſium copage nequaquam abſolutè prolata verificari poſſet: vt nam enim tot erunt articuli in humano corpore, quot ſunt oſſa, ſi antecedens cum ſubſequente perpetuò connectitur, poſtremum verò non habeat cum quo ſubſequente connectatur? ac proindè ſuperſit neceſſe eſt, articulorumque numerum vnitate ſaltē oſſa ſemper excedent; inter duo namq; vna tantūmodò intercedit articulatio. At dubitare cōtingit num eadē numero ſint manuū oſſa ac pedū, vt in preſēti textu haberi videtur, aſſeritq; Celſ. lib. 8. c. 1. inquiens *oſſa pedis ad eorum, quæ in manu ſunt, ſimilitudinē inſtruta ſint, plantæ palmis, digiti digitis, ungues unguibus reſpōdent.* Difficultatē parit ipſemet Hip., qui lib. de oſſ. nat. in manibus vigintiſeptem oſſa, in pedibus vigintiquatuor eſſe affirmauit. Recentiores verò Anatomiſtæ accuratè, fideliterque in manu quidem vigintiſeptem oſſicula; octo nimirū in Carpo, quatuor in Methacarpo, quindecim in Digitis oſtendunt: in pede verò non plura quam vigintiſex; in Tarſo videlicet ſeptem, quorum tria innominata ſunt, in Methatarſo quinque, in Digitis verò quatuordecim: Pollex etenim non plus quam duo oſſa in pede habet; nam eius primum, immobile cum omninò ſit, inter methatarſi oſſa recenſetur; ſecus quam fecimus in manu. An in more fuit priſcis Authoribus in tarſi oſſiculis malleola etiam interdum annumerare, quaſi in vnoquoque pede duo malleola ab vnico oſſe conſtituantur; vndè oſſa octo ipſimet tarſo aſſignarunt, vt fecit Gal. lib. 2. de frac. t. 8. & Ruff. Epheſ. notatq; Riolan. com. in Gal. lib. de oſſ. cap. 24. ? Ex quo & Hippocratem id ipſum voluiſſe exiſtimandum eſt, dum æqualem oſſium numerum manibus, pedibuſque aſſignauit. Libello autem de nat. oſſ. vbi vigintiquatuor eſſe pedis oſſa aſſeruit, tria illa in tarſo oſſicula, quæ nullo extant nomine inſignita, velut ignobiliora, minuſque neceſſaria

Pedum multi ſunt articuli.

Oſſa manuū num eadem ſint numero cum oſſibus pedum.

num. 5.

Pedis oſſa.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 139 sur 478

©BIUM

ceſſaria, præterijt. Digitis verò pedum parem offium numerum tribuit ac digitis manuum, quia primum immobile pollicis officulum, quod Metatarſo alij aſſignant, ipſius pollicis proprium facit. Paulò aliter Gal. 3. de vſu par. cap. 8. *Anteriores partes pedis*, inquit, *ad amuſſim perſimiles comprehenſorijs, ex æqualibus illis numero oſſibus factæ ſunt: vnum enim, quod ablatum fuerat magno digito, ipſi plantæ appoſitum, fecit vt par numerus fuerit ſeruatus.*

XXXX. Articuli inſuper multi in corpore parui ſunt, non ſimiliter omnibus, ſed alij aliis. Hi autem, qui ſcripti hìc ſunt, omnibus ſimiliter habent. Aliæ etiam venæ aliis ſunt, ſed non memorabiles.

ANatomicæ hiſtoriæ finem impoſiturus Hippocrates, ne quid videretur inſcius omiſiſſe, cum quædam minus neceſſaria ſubticuerit, vt qui compendioſam texebat narrationum, ſubdit non paucos adhuc tum articulos, ac proinde oſſa, tum venulas exigui momenti in humana ſtrue reperiri, quæ non eadem in omnibus, ſed alia in alijs mira interdum varietate deprehenduntur: Natura etenim, quamuis in ſuis operibus ſtatas habeat leges, atque ordine ferè immutabili procedat; ludit tamen quandoque, in ijs præſertim, quæ non apprimè ad vitam neceſſaria ſunt, varietatemque ſubit non exiguam, à quacunque id cauſa proueniat, ſiue efficiente, ſiue materiali. Præcipua tamen, vt quæ in compendiario hoc tractatu narrantur, valdè rarò aliter, quam hìc deſcripta ſunt, reperiri contingit. Quam excuſationem adduxit etiam Galenus in fine libri de oſſibus. At qui monſtruoſas haſce varietates audire exoptat, Realdum Columbum adeat lib. 10. de ijs, quæ rarò in Anatome reperiuntur; velut etiam Iacobi Siluij, nec non Plateri obſeruata: pluries enim in Corde, in Pulmonibus, in Arterijs, & in Cerebro, (vt miras nunc taceam venarum diuaricationes) officula reperta ſunt, vt alij teſtantur Authores.

Natura varietate in animalium particulis quãdoque ludit, in ijs præſertim, quæ minus neceſſariæ ſunt ad vitam.

Vide Riolan. com. in Gal. lib. de off. cap. 24.

Mu-

©BIUM

XLI. Mucus omnibus à natura eſt, & cum hic purus fuerit, articuli ſani ſunt, & bene moueri poſſunt, vtpote lubrici inter ſe ipſos. Labor autem, & dolor fit vbi à carne humiditas fluxerit vitioſa. Primùm enim articulus ſtabilitur: non enim lubrica eſt humiditas, quæ de carne influxit. Deinde vt multa & valde ſparſa, & ex carne non irrigata, ſemper reſiccatur, & vt multa exiſtens, & articulo ipſam non capiente, effluit, & male ſtabilita eleuat neruos, quibus articulus colligatur; ipſoſque inconnexos ac diſſolutos facit; & propterea claudi fiunt, cum hoc magis fit, magis, cum minus, minus.

Mucus articulis appoſitus eſt, cuius vitio variæ proueniũt læſiones in motu.

Diarthroſis, (ea nimirum articulationis ſpecies, quæ laxior eſt) ideò potiſſimùm excogitata fuit à natura, vt oſſium ſtrues quaque versùs flexilis eſſet, aptaque ad omnem motus varietatem exiſteret: hinc ei omnia tributa ſunt, quæ robbur augere, motumq; expeditum reddere apta erant. Vnius oſſis caput alterius cauitati inſeritur, firmoque ligamento vtraq. neſtuntur: vtque promptiora ſint ad motum, neque calor aut ſiccitas nimium ex aſſidua agitatione in ijs augeatur, indeq; emergat dolor; aut, vinculo exſiccato, facilè dirumpatur, mucus quidam, hoc eſt, albus humor, lentus, & glutinoſus articulationi huic affuſus eſt, qui ſubinde à ſuperuacaneo, quod ſupereſt, huius compagis alimento, renouatur, conſeruaturq; vel è venulis neruiſque, qui ad oſſa producti, ligamentum ſunt articulorum, ſenſim diſtillat; & quandoque, vt habetur

Diarthroſis, ſeu laxioris articulationis ratio, & vſus.

nu. 18. lib. de arte, magno ægrorum mærore egreditur. *Quod homines imitati*, inquit Gal., *curruum axes, atque plauſtrorum vngunt prius ſucco humido, & viſcoſo, quò nihil illi patiantur, & moueantur celerius*. Quouſque igitur purus exſtiterit humor hic, neq; à naturali ſtatu qualitate, aut quantitate deceſſerit, valent & articuli, motuique aptiſſimi exiſtunt. At ſi propria articulorum imbecillitate mucoris huiuſce nimium congeritur, vel ab

Gal. 13. de vſu part. c. 8. in fine, & 1. aph. 39.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 141 sur 478

©BIUM

habitu corporis, aliaue parte vitiosi humoris fluxio eò conci-
Labor varius significatus apud Hippocratem. tetur, illicò labor insurgit, atque dolor. πόνος, Græcis, Latinis labor, varij est significatus apud Hippocratem, vt notauit Gal. 6. epid. com. 5. t. 10. nam sæpius pro exercitatione, interdum pro dolore, aut absolutè pro noxa qualibet consueuit accipere; hic præter naturalem significat dispositionem à repletione prouenientem, qua articulorum actio, deest motus, læditur: Nam primò stabilitur articulus, & quasi immobilis redditur à copioso humore totam ipsius cauitatem occupante,
Superuacanea humiditas in articulis, quæ adsanat mala. ità vt nullus superfit locus, in quo ossis caput circumagi queat: præterquamquod ichorosus cum sit influens hic humor, non eum habet lentorem, qui lubricitatem addit articulis. Vinculum deindè madefaciens, laxat, omneque compagis robur dissoluit, ità vt à cauitate postmodum facilè articulus excidat: vnde Hipp. 6. aph. 59. *Quibuscunque à coxendicum dolore diuturnè molestatis excidit coxa, ac rursùs incidit, ijs mucores insunt.*
Articulorũ humiditate Asiatica & Scythica gens quàm sit imbecillis. Nota est historia in lib. de Aer. & loc. registrata, de Asiatica & Scythica gente, quæ orientalem plagam circà Mæotidem paludem incolunt, terram assiduis imbribus irriguam, stagnantibus aquis vndequaque madentem, Austrisque perflatam, in perpetua degentes desidia; vndè præ humiditate nullius virilitatis sunt, nulliusque laborum tollerantiæ; sed (Nomades præsertim) neque arcum intendere, neque telum torquere valent, nisi vsu ionibus compluribus articulos prius exuberanti ab humiditate vindicauerint. *Labor articulis & carnibus*, inquit Hippocrates, *cibus, somnus visceribus*. Mox adstantibus
Hip. 6. epid. sect. 5. par. 10 Labor articulis robur addit. neruis, atque tendonibus vim injiciens, dolorem excitat; disiuntaque synthaxi, claudicant ischiadici magis, vel minus, prout maior vel minor fuerit affectio. Quòd si copiosior adhuc sit fluxio, ità vt ei excipiendæ neutiquam satis sit articuli cauitas, diffunditur, ac circumsitas omnes occupat partes in tumorem eleuans: ac nisi ab alio influente humore subindè eluatur, tenuioribus partibus à calore resolutis, exaresci t, concrescitque in tophum. Gignuntur etenim tophi exu-
Tophorum generatio in articulis. berante in nucturis humore vel sanguineo, vel bilioso, aut melancolico; plerumque tamen pituitoso crudoque, ex alimenti copia, vel cruditate, vel sedentaria vita congesto, qui

in

©BIUM

in articulis vetuſtate craſſeſcit, & glutinoſior redditur ſic, vt in duritiem contumaciſſimam obcalleſcat.

XLII In ventrem porrò ea, quæ comeduntur ac bibuntur procedunt. Ex ventre autem fibræ in veſicam, qua parte humorem percolat, extentæ ſunt.

DE naturalibus partibus pauciſſima quædam hic attingit Hippocrates; idque ſatis imperfectè, itaut iurè mutilatus cenſeri poſſit hic textus: quem tamen facile reſtituere poterimus ex libello de corpor. reſect; necnon de oſſ. nat., vbi alimenti, atque excrementorum eius ductus accuratè, abſoluteque deſcribuntur.

nu.2.
nu.8.

PRIMI LIBRI FINIS.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 143 sur 478

©BIUM

HIPPOCRATIS COI
MEDICORVM PRINCIPIS
DE LOCIS IN HOMINE
Liber Secundus.

COMMENTARIIS ILLVSTRATVS
A FRANCISCO PERLA CALVIENSI
MEDICO PHILOSOPHO CIVE ROMANO.

Textus I.

Fluxiones vt nam cõmoueantur.

FLVXIONES autèm & perfrigerata valdè carne, & percalefacta fiunt, ac ſuperinflammata. Fluxiones propter frigus fiunt cum caro in capite & venæ tenſæ fuerint: Hæ enim, horrente carne, & ad anguſtias perueniente, adſtrictaque, atque excludente, humiditatem exprimunt; & ſimùl carnes ipſæ contra exprimunt ad anguſtias peruenientes; & capilli ſurſùm erecti fiunt, vtpote ſimul vndequaque fortiter compreſſi. Quicquid igitur indè expreſsum fuerit, id ipſum quòcunque contigerit, fluit. Fluit autem etiam propter caliditatem, cum carnes rarefactæ tranſitus præbuerint, & humor calefactus tenuior redditus ſit: Omnis enim humor calefactus tenuior fit, & omne cedens fluit maximè vero vbi valde fuerit inflammatum, propter hanc fluit cau-

©BIUM

cauſam. Carnes valdè plenæ factæ capere non poſſunt, fluit humor, qui capi non potuit: Fluit autem quòcunque contigerit. Vbi autem ſemel fluidæ factæ fuerint fluxiones, diffluunt ad locum, quò tandem cõtigerit, donec tranſitus fluxionis compreſsi fuerint propter gracilitatem.

Liber de locis in homine eſt velut medicinæ compendiũ.

DIximus in procemio ad Lectorem Librum de loc. in homine eſſe quoddam velut medicinæ Compendium, phyſiologiam non modò complectens quo ad eam partem, in qua de humani corporis ſtructura peragitur; verùm etiam pathologiam, morborum complurium naturam, cauſas, atq; ſymptomata patefaciens. Enarratis itaque in 1. lib. particulis, quibus humanum corpus coagmentatum eſt; nec non earum vnione, ſympathia, naturaliq; ad varios morbos diſpoſitione; iam in ſecundo hoc ea, quæ præter naturam ſunt, explicare aggreditur, à fluxione initium ducens, hoc eſt, à Microcoſmi tempeſtatibus: Fluxionibus etenim partes inuicèm lædi contriſtariq; ſæpenumero conſueuerunt ob eam, quam primo libro docuimus ſocietatem inter ſe, atque vnionem. Qua quidem voce latiſſimè accepta, etſi quilibet humorum ab alia in aliam partem decubitus intelligi poſſit; hic tamen pro eo tantummodò accipienda eſt, qui à capite immodicè repleto in ſubiectas concitatur partes, prout futura oratio liquidum faciet. Neque ab hac præter rationem exorditur; A cerebralium namque imbrium penetrabili madore labefactatæ, quæ ſubiacent, partes, innumeris propè morbis obnoxiæ redduntur. Eſt ſiquidem fluxio quoddam repleti capitis ſympthoma, à quo, prout varia eſt labentis humoris conditio in qualitate & natura; varius itidem locus, qui occupatur, nulla ferè eſt humani corporis ægritudo, quæ aut originem, aut incrementum ducere non queat: quapropter caput humanorum morborum radicem eſſe aſſeritur. Etenim homo præ cęteris animantibus huic maximè obnoxius eſt, tum per ſe ob amplum cerebrum, ſublime locatum, friggidum præhumidumque, necnon ob orbicularem, quam habet

Fluxio latiſſimè accepta quid ſignificet.

A fluxionibus morbus quilibet originem aut incrementũ accipere poteſt.

Hippoc. in epiſt. ad Demetr. Regẽ nu. 40.

Homo cæt. cerebralib. fluxionibus maximè obnoxius.

©BIUM

Arist. probl. 10. sec. 1. Catharri nomen vna cum luxu innotuit. Plat. dial. 3. de republ.

habet caluaria figuram ex amplo in angustum, ac proindè tractioni aptissimam; tùm per accidens, ob discrasias varias, atque in victu errata. *Catharri namque nomen*, vt refert Plato, *ignotum fuit Æsculapio, ac filijs eius; vnàque cum luxu hominibus innotuit*. Quinimmò magni illi Medicinæ proceres putabant homines natura, aut incontinentia morbosos, viuere neque ijs ipsis, neque alijs conferre; Vnde neq; circà illos versari medicã artem censuerunt, neq; esse curandos, etsi Mida essent locupletiores. *Absurdè etenim existimaxdũ est*, vt eius verbis vtar, *homines Medicis egere, non ad vulnera sananda dumtaxat, morbosque curandos intemperie aeris, & pro anni tempore aliter atque aliter incidentes; sed plurimum ad destillationes, & spiritus interioris tumescentis impetum, ob mollitiem atque desidiam, aut, quem damnauimus, luxum. Quibus effectum est, vt homines, lacunarum instar aqua flatuque exuberantium nimis oppleti, coegerint peritos Aesculapij successores morbos quosdam nouo nomine destillationes, & inflationes appellare*. At quoniam ità fert intemperantis huius æui conditio, frequentissimi huius affectus causas operæ pretium erit paulò studiosius inuestigare, quæ & in parte mittente, & in ea, quæ recipit, atque demum in vijs, per quas fluxio deducitur, reperiuntur; earumque aliæ principes sunt, aliæ concomitantes, aliæ denique conditiones necessariò requisitæ, quæ tamen omnes ad efficientem potissimum reuocantur. Superuacaneus verò quilibet in cerebro humor fluxionis materia existit, siue ibi ex praua partis eius nutritione congestus ob naturalem vel adscititiam discrasiam; siue aliundè delegatus; à ventriculo nimirùm vel imbecilliori, vel à crapula vexato, alijsque exæstuantibus visceribus, dum sublati vapores à cerebri friggiditate concrescunt, quemadmodum & Aer crassus caliginosus, & venti australes, caput, (præsertim si præcalidum sit), excrementis augere consueuerunt: Atque hæc postmodum aut propria grauitate descendunt, eò quòd à calore nimio cliquata sint, viæque laxatæ; vel loculis omnibus expletis, nullam nanciscuntur sedem, vbi firmentur; aut deorsum àb alio deturbantur; non modo, inquam, àb expultrice facultate, qualitate vel quantitate lacessita, sed vi potissi-

Homines aut natura, aut intẽperantia morbosi nõ sunt curandi secundũ Priscorum medicorũ opinionem, sed tantum qui ex vulnere laborant.

Homines intemperantes lacunarum instar aqua flatuq. exuberant.

Fluxionis causę in parte mandante, recipiente, & in vijs.

Fluxionis materia.

Hip. aph. 5. sec. 3.

potiſſimum condenſantis frigoris, exprimentiſque. Ex quo tres in præſenti textu ſtatuuntur efficientes fluxionis cauſæ, quæ in tranſmittente parte operantur, frigus, calor, nimia capitis repletio: cæteræ autem excipientium, aut deferentium partium in ſequentibus contextibus, aut tanguntur, aut enarrantur; Vnde ſic loquitur.

Tres fluxionis cauſæ in parte tranſmittente frigus, calor, repletio.

Fluxiones fiunt. Cientur, ac velut ab efficienti potiſſimaque cauſa in demandante parte concitantur.

Perfrigerata valde carne, & percalefacta & ſuperinflammata. Non vera inflammatione, vbi ſcilicet infarcto in poroſitatibus calido humore, tumoreq. cum doloribus & renitentia excitato, nil inde egredi poteſt, niſi in pus alteratum; Sed, vt vertit Foeſius, ſuper tumefacta carne, nimiumque repleta, itaut contenctum humorem detinere nequeat, ac proinde effluat neceſſe eſt: verbum enim φλεγμαίνω, non modò inflammari, ſed quocunque humore turgere, ac tumidus eſſe ſignificat, vt optimè annotauit idem Foeſius in Oeconomia ſub dictione φλεγμα.

Fluxiones propter frigus fiunt cum caro in capite. Non ea dumtaxat, quæ verè & propriè caro eſt, vt muſculorum, hæc enim perpauca reperitur in capite, ne animalibus functionibus impedimento ſit: ex quo Plato in Timæo *tegmen ad cerebri tutelam non carnibus ponderoſum, ſed leue eſſe voluit, quod ad frigoris, caloriſue intemperiem repellendam ſufficeret, & ſenſus acumen minimè impediret*. vtque docuit Gal. 1. prog. part. 7. *ſola tempora ex vniuerſo capite muſculos habent, quos nominant à temporibus crotophytas: reliquum verò caput omni prorſus carne vacat*: Sed mollis quælibet & carnoſa particularum ſubſtantia caput componentium, vt cutis, membranarum omnium, & cerebri, ſub carnis nomine latius acepto comprehenditur; talis namque facile patitur ab actiuis qualitatibus, facileque repletur.

Caput parca carne contextum eſt, & cur-

Et venæ. ſub quibus arterias pariter atq. neruos ſubintelligas ità enim conſueuit, vt probauimus text. 19. lib. 1.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 147 sur 478

©BIUM

Tenſæ fuerint. rigidæ, duræque euaſerint, à coſtringente frigore denſatæ: nam hę, carne vi frigoris icta, coactaque in ſe ac proindè velut ſpongia manibus vndequaque compreſſa, contenctum excludente humorem, ipſæ etiam ſimul comprimuntur, atque ità humiditatem exprimunt, ſeu extrà emittunt & fundunt. In hac autem condenſatione, cutis meatibus adſtrictis, capilli itidem eriguntur, rigentque inflexiles: quod ſi flectantur, dolorem exhibent. Expreſſus tandem humor.

Quòcunq. contigerit fluit. Quà ſcilicet maior facilitas dari euenerit ob viarum laxitatem & rectitudinem, nec nō partis, quæ receptura eſt, tum decliuem ſitum, tum imbecillitatem; ſiue hæc à natura extiterit, vt in cute, adenibus omnibus, inguine & alis, quæ emunctoria nuncupantur: ſiue à morbo contracta; præſertim ſi calor adſit, & dolor. Silentio haud prætereundum eſt, opinionem hanc de frigore ſuperuacanea exprimente, iam pridem impugnatam fuiſſe à Ioanne Langio in ſuis epiſtolis, quem deindè ſecutus eſt Ludouicus Mercatus in praxi, vbi aſſerit intellectum capere nequire, qui poſſit cerebrum, viuente animali, ſubſtinere tantàm frigiditatem, quantam par eſt, vt partes præ congelatione condenſatæ, intrà cranium expellant. quapropter cenſet frigus non niſi per accidens commouere cathatrum, quatenus ſcilicet obſeratis poris, cogit, adaugetq; cerebri calorem, qui pituitoſas deindè materias colliquat, laxatque interiores vias. Verùm hi falſæ innituntur hypotheſi, dum ſupponunt cerebrum congelari oportere, quò intus exprimantur humiditates; cùm ſatis ſit à friggidiori aere carnoſas capitis partes, vt dictum eſt, venas pariter, & arterias, in externa potiſſimum ſuperficie paulatim denſari: proindeq; eorum ſententia abiicienda eſt in ea parte, in qua Hippocratem immeritò oppugnant. Ne quid tamen veritati detrahatur, amplectendam in altera parte exiſtimamus, vbi calorem in eo caſu per accidens augeri exponunt, atque ità diſtinguendum eſſe. Primo quidem friggidi aeris appulſu extimas partes rigere, denſarique, vt diximus; ac ſi quid tenuioris bilioſæque humiditatis, aut ichoroſæ & aqueæ ibi reperiatur, neceſſe

Lāgius epiſt. 40. Mercat. cap. de catarrho.

Num fluxiones concitentur à frigore.

©BIUM

ceſſe eſt intrò trudi; quod etiam deorſum mox delabi par erit. Clauſis interim exiſtentibus poris, prohibitaque fuliginum expiratione, calorem poſtmodum etiam intendi, atque àb obſidente contrario frigore vniri, itàque ingeminari poſſe, haud inficiamur: & ſi pituitoſa craſſaque ibi adſint excrementa, colliquari etiam, internaſque laxari vias fatendum eſt. Quod ſi frigus adeò demùm intendatur, vt cerebri calorem non obſidere modò, ſed euincere iam incipiat, ita vt in cerebri penetralibus iam proprias exſerat vires; tunc excrementa omnia & craſſiora, & inertiora ad motum reddi rationabile dicimus, ac ſoporoſas potius, apoplecticaſque tunc inuehere affectiones: Atque hinc eſt, vt infrà t. 4. clarius habebitur, quòd à frigore bilioſæ fluxiones, à calore pituitoſæ magis concitantur. A diuerſo itaque intenſionis gradu in agente, actionis diuturnitate, paſſique diſpoſitione, varij etiam tum per ſe, tum per accidens producuntur effectus, vt re ipſa quotidiè clarum fit.

Fluit autem propter caliditatem. altera efficiens fluxionis cauſa in parte tranſmittente, quæ carnes rarefaciendo, fluxioni peramplas ſternit vias; fundendo autem, atque attenuando, fluxiles reddit humores.

Omnis enim humor calefactus tenuior fit. modò calor diutius non agat circà eandem materiam: tunc enim primò quidem attenuat & colliquat; mox tenuiores reſoluendo partes incraſſat; ac demùm exſiccat. Hinc videmus, qui prius attenuati ad fauces pectuſque defluxerant; ibi paulò detenti, craſſos demùm excreari. Id docuit Hipp. lib. de principijs inquiens. *frigidum congelat; calidum autem diffundit, in multo verò tempore etiam deſiccat.* num. 4.

Omne cedens fluit. Id propriè cedit ex Ariſt. 4. meteor. & alibi, quod tangenti locum præbet, ſuoque interim ſe continet termino, velut cæra blandior, omneque, quod molle eſt. Qua quidem ſignificatione nil, quod liquidum ſit, molle aut cedens vocari poterit; aqua namq., ſi comprimatur à ligno, non ſolum nullo cir- Ariſtot. 4. meteo. ſum. 2. cap. 1. & lib. 2. de gē. & corrupt. t. 13. Quid ſit cedere.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 149 sur 478

©BIUM

cumſcribetur proprio termino, ſed neque ſic cedet compreſſa ſuperficies, vt feratur in profundum, ſed diffugiet potius ad latus. Haud igitur verum erit, omne cedens fluere, ſi id, quod cedit, liquidum non eſt. An Hippocrates nunc id vocat cedens, quod proprio termino interminabile eſt, facilè alieno, quod eſt humidum in actu ſecundo? id enim tangenti ità cedit, vt eius termino figuræque ſemper ſe ſe aptet, ac circumfluat; nullamq; propriam ſeruet figuram; quod procul dubio fluxile eſt? Omnis igitur calefactus humor tenuior fit, qui poſtmodum cedendo fluit.

Maxime autem vbi valde fluit inflammatum, propter hanc fluit cauſam. Hinc refellitur Nicolaus Rorarius contrad. 23. in Hipp. aſſerens fluxionem excitari à moderato calore, eò quòd ab intenſo incraſſetur humor: Incraſſat etenim vbi diutius caloris actio circa eandem materiam perſeuerauerit, modo iam ſuperius explicato; neque vnquam incraſſat, niſi prius fuderit. Incaleſcit autem caput à ſole, à cibis, à laboribus tum animi, tum corporis, à frigore, à calore febrili, vt ipſemet docuit lib. 2. de morb. m. n.

Caput à quibus incaleſcat.

Carnes valde plenæ factæ &c. Tertia cauſa, quæ eſt ſpontaneæ fluxionis, vt ſuprà dictum fuit; ità videlicet adaucto humore, vt à vaſis non vltrà capi poſſit, ac proindè fluit quocunque contigerit faciliores dari vias iuxta cauſas allatas.

Vbi autē ſemel fluidæ factæ fuerint fluxiones. vbi ſemel attenuati fuerint humores, ac, facilē viam nacti, in aliquam partem concitati ſint, non ſiſtuntur hæ ſtluxiones, donec viæ, venarum potiſſimum ductus atq. coniugia, adſtrictæ & coarctatæ fuerint, atque ità graciles, ſeu tenues redditæ: nam quemadmodū à calore & humiditate laxantur, & amplę fiunt, ita à ſtiptica ſiccitate conſtringuntur. Hinc eſt, quod intercipiētibus vtimur in his caſibus, quę terrea ſunt, friggida & ſicca: Hæc ſiquidem repellendo, exſiccandoque omnem abſumunt humiditatem, atque ità denſando vias graciles reddunt.

Cum

©BIUM

II. Cum autem corpus fuerit reſiccatum, & alioqui corpus ipſum ſibi ipſi cõmunicans ſit, etiam cum ſiccũ eſt diducit, & concipit, & ducit vbi unq; tandem humor obtigerit. Ducere autem ipſum non difficile eſt, vtpote corpore vacuo, & non intumeſcente præ gracilitate: Aliquando autem infernæ partes ſiccæ ſunt, ſupernæ verò humidæ: magis autem ſuperna vaſa humida ſunt; Venæ enim plures ſuprà ſunt, quam infrà, & carnes in capite minori humiditate opus habent. Ducit itaque ſicca corporis pars humiditatem ex capite, & ſimùl tranſitus magis ducenti patent, quam ei, quæ ducitur; nam ipſi tranſitus, vtpote ſicci exiſtentes, eam ſibi lucrifaciunt, & ſimul humores à natura deorsùm procedere ſolent, ſi vel modica quædam neceſſitas contingat.

PErgit Hippocrates varias fluxionum cauſas recenſere; cumque eas ſuperius in parte tranſmittente enarrauerit, nunc caſdẽ in ea, quæ recipit, ſeu termino ad quem, conſiderat: Verùm cum plures cauſæ huiuſcemodi eſſe queant, vt calor, dolor, ſiccitas, figura concaua ex amplo in anguſtum coarctata, ſpongiformis &c. hìc ſiccitatis tantummodò meminit; de nu. 10. cæteris verò alibi mentionem habuit: caloris quidem 1. de morb. *Pulmo à calore ad ſe trahit pituitam ex toto corpore, & maximè ex capite; caput verò calefactum ex corpore.* Quod non niſi per accidens fieri cenſendum eſt; quatenus ſcilicet calor ſui ſubiecti humiditates abſumendo, reſoluendoque, vacuum in poroſitatibus inducit, ad quod præcauendum, proximiores primùm, deinde qui longius abſunt, humores accurrunt, maiori ſæpe confluxu, quam opus eſſet: atque ità calor idem, ſi partem repererit copioſo ſcatentem humore, illum eliquat, fluxionique in tranſmittente parte occaſionem præbet: at ſi in parte inſederit modicæ humiditatis; hanc reſoluendo, rareſaciendoque poros, vacuum procreat, & tractionis cauſa in parte excipiente exiſtit. Doloris verò, vt fluxionem aduocantis,

Cauſæ mouentes fluxionem in parte recipiente.

Calor quomodo trahat.

©BIUM

tis, meminit aph. 33. sect. 4. *Si antè morbum quid doluerit, istis morbus incumbit.* Vnde Gal. 2. de diff. feb. cap. 2. *Illud compertum habetur, quod semper in corporibus plenis, aut in quibus inutilis materia redundat, magna portio ad eas defluit partes, quæ vehementius incaluerint; non parum etiam ad partes dolentes solent defluere.* Huius rationem retulit idem Gal. comment. aph. 53. sect. 5. *Hæc enim,* inquit, *quædam est ratio communis in quibus violenter aliquid excernit natura, vt eò sanguis & spiritus impetu ferantur; quibus duobus instrumentis natura vtens, ea, quæ infestant, per vim expellit. Hac ratione igitur & dolentibus partibus inflammationes adueniunt, natura excernere, atque expellere causam doloris properante: vt verò hoc faciat, sanguine & spiritu locum implente.* & li. 13. meth. med. c. 3. *vna esse naturæ facultatem,* asserit, *quam excretoriam dicimus. Ea suo munere tum fungitur, cum triste aliquid sensit; Vnum verò quiddam est ex ijs, quæ eam contristant, ipsa, quæ dolorem excitat, causa, quæcunque ea sit. Hanc igitur* Dolor quomodo tollat.

ejicere dum properat, phlegmonem interdùm in particula concitat. cum enim primis suis conatibus nihil proficit, vehementius aggressa, quod infestat, expellere, sanguinis, & aliquid spiritus ex superpositis partibus in afflictam simul exprimit. Atque hinc fit, quòd ex dolore particula, pro portione in eam confluentis humoris, in tumorem attollitur. Meminit autem figuræ ad trahendum aptæ, quemadmodum etiam & spongiformis lib. de vet. medic. his verbis. *Quæ partes cauæ, & ex amplitudine in arctum sunt coactæ, hæ trahere ad se se, allicereque humiditatem ex reliquo corpore maxime possunt; huiusmodi sunt Caput, Vesica, Vterus &c.* & paulò infra. *Spongiformes partes & molles, velut lien, pulmo, mammæ, vbi admotæ maximè fuerint, & adhæserint, ebibunt, duraque fiunt, atque augescunt humore accedente; maximè pulmo.* quod idem lib. de gland. latius docuit; imbecilles enim sunt huiusmodi partes, & ob raritatem ad recipiendum aptissimę. Siccitas denium quamuis humiditati contraria, ac proinde expellere potius, quam humiditates attrahere, per se apta sit; attrahit tamen per accidens, dum partes, vbi plusquàm naturalis ratio postulat, exsiccatæ, humores alliciunt, vt ad naturalem se se temperiem redigant. Ità & vterus plus nimio exsiccatus, ad hepar conuertitur, vt eius humiditate fruatur, ex

numero 39. & 40.

n. 1. & 2.

Siccitas vt nam attrahat humiditem.

lib. 1.

©BIUM

n.16. & alibi. nu.27. lib.1. de morb.mul., & aluus exinanita trahit à reliquo corpore & capite humiditatem ex lib. 2. de diæt. Inquit igitur.

Cum autem corpus fuerit reſiccatum. exſiccatũ ſcilicet in aliqua ſui parte, quæ præ labore, aut euacuatione nimia aridior reddita fuerit.

Et alioqui corpus ſibi ipſi communicans ſit. &c. cum totum corpus ſit ſibi communicans (totum enim conſpirabile & tranſpirabile eſt, quaque versus cuniculos, atque meatus habens, vt lib.1. t. 1. explicuimus) ſi accidat, vt pars eius quæpiam ſicca præternaturaliter euadat, quacunque in parte contingat tunc humorem reperiri, inde *deducit* hoc eſt, ſeparat diuiditq; à partibus ijs humentibus, & *concipit* ideſt, vnit & congregat: ẽſt ſiquidem propria eorum locutio, qui de aquæductibus agunt, vt videre eſt apud Frontinum, qui dicunt aquas concipi, vbi ex pluribus exiguiſq; riuulis hinc inde emanantibus colligitur, & congregatur in alicuius momenti copia, vt indè poſtmodùm per aqueductus ad deſignatum locum duci poſſit. Eadem ergo ratione pars exſiccata à parte qualibet humente humiditatem primò deducit, ſeparatas concipit, & quaſi paruis ex riuulis hinc inde congregat, vnitque; exinde demum ducit ad ſe, atque allicit vt humectetur. Quod vtique facili negotio præſtare poteſt, cum vacua ſit, & humoribus exhauſta; ex quo neque facile, neque tam citò expletur atque intumeſcit, ità vt nullus aduenienti humori locus reliquus ſit, vt accidit in partibus copioſo humore turgentibus: namque vt dicebat lib. de gland., *non immorari ac inquinare poteſt id, quod influit, non habens vbi ſedem fermet* & hic t. 1. *carnes valdè plenæ factæ, cum capere non poſſint, fluit humor, qui capi non potuit, quocunque contigerit, &c.*

Aquã concipi quid ſit.

nu.18.

nn.5.

Aliquandò autem infernæ partes ſiccæ ſunt, &c. Accidit interdùm infernas partes præternaturaliter exſiccari, ſupernas verò humidas eſſe; immò hæ naturaliter humidiores exiſtunt, alimentitia videlicet humiditate: cuius ratio eſt, quia plures venæ ſuprà ſunt ab hepate, atque à diaphragmate, quàm

©BIUM

Venæ plures sunt supra, quam infra

Pulmo cur facile exsiccetur.

quàm infrà: plures inquam, non maiores: nam vt sensu ipso manifestum est, latissima est ea cauæ venæ pars, quæ infrà iecur, minus lata quæ inter præcordia superiùs tendit: plures tamen numero sunt in superioribus partibus, vt facillimè apparebit contemplanti eas tantum modò, quæ in caput, & cerebri membranas disperguntur magisq; in ijs abundant humores, cum inibi nobilissimæ, calidissimæq; non modò sint partes, vt Cor & Pulmo, sed ex naturali etiam figura ad trahendum aptissimæ, vt caput: Atque ità fieri æquissimum erat, cum à calore magna fiat humorum resolutio, & in superioribus partibus vitalium sita sit, animaliumq; spirituum officina, quæ corpori vniuerso suppeditare debet, vt annotauit Galen. lib. 16. de vsu part. cap. 14.

Pulmo cur facilè exsiccetur.

Sicca igitur corporis pars. cuiusmodi vt plurimum est pulmo, qui ob raram substantiam, cordisque proximitatem facillimè exsiccatur & humiditatem ducit à capite, vel ab alia quauis parte. vbi humor abundaret contingerit.

Transitus magis ducenti patent, &c. pars enim trahens vias quandoque adapertas habet; tractus attamen humor, ab ipsis, per quas transit, partibus, quandoque ebibitur, atque exsiccatur priusquam ad partem principalius trahentem deuenire possit: vt pulmo calefactus atque exarescens, trahit quidem à capite; fluentes tamen humores in ipsis faucibus & laringe interdum disperguntur priusquam ad pulmones deueniunt, vel quod hæ etiam partes humoris indigæ sint, vel alia quacunque ex causa. Quibus verbis videtur respondisse tacitæ cuidam obiectioni, cur videlicet pluries accidat, vt exsiccatis aliquibus partibus, necessarium nihilominus humorem ad se non attrahant, sed aliunde, exterius videlicet, iuuari necesse habeant: trahunt siquidem semper exsiccatæ partes; Verùm tractus humor in ipsis non rarò vijs dissipatur priusquam ad trahentem partem deueniat, ac proinde ab alijs mederi necesse sit & si humores superioribus in partibus redundantes, leui quacunque de causa deorsum, ob naturalem grauium propentionem, descendant, atque exigua omnino indigeant tractione.

Flu-

©BIUM

III. **Fluxiones de Capite ſeptem ſunt, in nares, in aures, in oculos, atque hæ ex capite fluxiones ob oculos conſpicuæ exiſtunt.**

Fluxiones capitis ſeptem ſunt, & quæ.

IAm ſuperius dictũ fuit ſub fluxionis nomine latius acceptо quemcumq; materiæ decubitum à quauis ad quamlibet partem intelligi poſſe; hìc tamen pro ea accìpi, quæ à capite ad aliàs ei ſubiectas partes delabitur. Quod patet perſpicuè ex præſenti textu, vbi poſt ſuperiùs enarratam fluxionis naturam in vtroq; termino, iam vias, per quas collectus in capite humor delabi plerumq; ſolet, explicare aggreditur. Has verò ſeptem eſſe dicit, quarum tres vocat conſpicuas cò quòd, ad extrà cum tendant, ſiue externis in partibus morbos procreent, ſiue per eas innoxiè foras dilabatur concitatus humor, ſub oculis eſſe dixeris. Hæ ſunt Nares, Aures, &
an.s. Oculi, quas vias naturales appellauit lib. de gland., non quòd ad hoc ſint primò à natura inſtitutæ, cum ſenſibus potius dicatæ ſint (id namque de cunei tantùm foramine in palato verè pronunciari poteſt, quod pituitoſæ glandulæ in ſella ſphænoidis ſubiectum, pituitoſa excrementa, quæ àb infundibulo, & tertio cerebri ſinu aſſiduè recipit, in palatum diſtillat, vt per os excernãtur) ſed quod excrementum, dum adeò exuberat, vt per palatum ſatis expurgari non poſſit, per has etiam vias familiariter, & quandoque innoxiè, cerebrum expietur.
an.s. Quatuor ceteræ hìc non enumerantur, vt fit in lib. de gland., vbi hæc ſententia regiſtrata reperitur, vel quod liber hic, etſi verè Hippocraticus, non ſit tamen ad amuſſim vndequaque expolitus; vel quòd fortaſſe aliqua deſint: quod eò probabilius videtur, quod inferius has omnes fluxiones vſque ad ſeptem ſingulatim recolligit, ac morbos, qui ex illarum vnaquaque emergere ſolent, diſtinctè enarrat. Prætèr has igitur conſpicuas vias, alios latentes habet cerebrum ductus, per quos, dum nimis oppletum eſt, ſe ſe exonerat, per amplos nimirum palati meatus in tracheam, & in eſophagum & per venas in ſpinalem medullam & in ſanguinem, vt patet citato lib. de gland. Dicuntur autem hæ occultæ, eò quia cùm ad in-

Per quas vias expurgetur caput.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 155 sur 478

©BIUM

tùs ferantur, internos, àc proinde latentes, excitant morbos, vt infrà videbimus. At gloriatur Fernelius lib. 5. pathol. cap. 4. quod aliam viam omnium frequentiſſimam, Veteribuſque ignotam, primus repererit; eaque eſt intèr pericranium & cutem ad partes omnes externas in oculos, in maxillas, in dentes, in ceruicem, in ſcapulas, in bracchia, in latera, in dorſum, & lumbos, in coxendicem, in crura, & in omnes denique articulos; eamque tum omnis arthritidis, tum externi cuiuſq; ferè doloris cauſam eſſe aſſerit. Attamen via hæc eſt collecti tantummodò extrà cranium humoris, eamq; haud ignotam Hippocrati fuiſſe, non ſemel infrà videbimus; Hîc tamen agi de ſupertuacaneis ijs, quæ intra cranium in cerebri ſubſtantia plerumque colliguntur, quæ per enarratos àb Hippocrate ductus vt plurimum euacuari conſueuerunt: Niſi dicere velimus ſub ſpinali medulla neruoſum omne genus, & membranas ipſas comprehendiſſe Hippocratem; quemadmodùm ſub nomine ſanguinis, non modo venas & arterias, quæ ſanguinis naturalia conceptacula ſunt, ſed ſanguineas omnes partes, cuiuſmodi eſt ipſa caro, intellexit, vt liquidò ex infrà dicendis apparebit.

Fernelius notatur.

IIII. Poſtquam autem in thoracem fluxerit præ frigore, bilis fit. Magis autem in thòracem præ frigore fluit, propterea quòd facilis eſt fluxio ad guttur, vtpote non contectum. Præ frigore verò à bile infeſtati, propterea laſsitudine affliguntur, quia carnes, cum bilem habuerint, non quieſcunt; ſed concutiuntur, & concuſſæ laborant, ac delaſſantur, vtpote velut in itinere faciendo concuſſæ. Et ſuppurati fiunt cum in thòracem fluxerit, itemque rabidi.

Affectiones explicare aggreditur, quæ àb vnaquaque ex enarratis fluxionibus, varijs in partibus excitari conſueuerunt; initiumq; ducit à thorace tanqam òb latẽtia viſcera eximio, ad quẽ diſtillationes vt plurimùm, magna nobiliũ partiũ (Cordis videlicet, pulmonũq;) incommodò concitãtur: nã, vt innuit Celſ. lib. 4., diſtillat humor ex capite interdùm in nares,

Fluxio ad thoracem.

©BIUM

nares, quod leue eſt, interdũ in fauces, quod peius eſt, interdũ etiam in pulmones, quod peximum eſt: Vt verò propoſitum textum clarè percipere valeamus, quædam nobis dilucidanda prius probandaque ſunt, quę tanquam certa hic ſupponuntur. Primo quidem à frigore, etſi cuiuſque humoris fluxio cieri poſſit, bilioſam tamen frequentius, quam pituitoſam, concitari: quemadmodum, è contrà, à calore magis commoueri pituitoſam; A frigore inquam, non quatenus frigidam cerebro diſcraſiam inducendo, pituitoſis procreandis excrementis occaſionem præbere poteſt; ſed quatenus conſtringendo exprimendoque, morboſos cerebri apparatus deorſum deturbare aptum eſt. Quod inde ſatis patet, quod frigus innata ſui vi frigidam craſſamque pituitam craſſiorem, glutinoſiorem, motuique magis inertem reddit; ac proinde niſi tenuem, aquoſamque interdum nanciſcatur, vt t. 1. lib. huius annotatum fuit, vix vnquam extrà cerebrum eam propellet. Sic vice verſa, calor eam colliquans atque attenuans, facilè fluxilem reddit; bilioſam verò materiam attenuans, & poros vndequaque adaperiens, diſſipat. Hinc clarè ſequitur ſecundum; quemadmodum ſcilicet ab ambientis calore corporis habitum vndequaque rarefacientè atque euocante, fluxiones facilius ad extrà, ad oculos nimirum, ad nares, cæteraſque extimas partes concitantur; ſic prę frigore eũdem corporis habitum denſante, exprimenteq. intus ad centrum, facillimè humores per guttur ad thoracem, vtpote capiti è directo ſubiectum, præcipitari. Et quamuis ab epiglottide, (quę ex Hipp. 4. au. 32. de morb.; velut hederę folium pulmonis fiſtulæ incumbit) gutturis cauitas contegatur ad cibos arcendos & potus; dicitur nihilominus non contectum, eò quia per fiſtulæ latera aliquid ſemper vacui ſupereſt, per quod & potus portio, & deſtillantes humores ſenſim delabi poſſunt, vt docuit idem Hip. lib. de corde: Quinimmò, vt notant Anatomici, Epiglottis, quam laryngis operculum vocant, ſemper hiat, vt aeri, humidiſq; vaporibus aditum, exitumque præbeat; neque vnquam deprimitur, intercluditurque, niſi alimenti pondere deprimatur: ac proindè per laryngis latera ad bronchia pulmonum influenti humori ſemper patet aditus. Atque hinc manifeſtum fit

A frigore bilioſa fluxio, vt plurimum concitatur; à calore verò ſæpius pituitoſa, &c cur.

Calor facili? fluxiones ad extra frigus facilius ad intra commouet.

Facilius eſt fluxio ad gutturi, vtpote non contectum.

Epiglottidis cõſideratio.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 157 sur 478

©BIUM

quo ſenſu eadem epyglottis exacta dicatur ab Hippocrate libello de corde: eſt namque exacta, non quod exactè claudat, ſed quod exactè, omnique numero abſoluta efficta ſit pro partis, cui inſeruire debebat, exigentia; arcet ſiquidem cibos, plenumque potum, qui aeris iter intercipere poſſet: humiditates autem per trachęæ latera delabi ſinit ad pulmones iugiter humectandos, ne rara eorum ſubſtantia ab aſſiduo motu, proximique cordis feruore nimium exiccaretur. Tertium eſt, quòd bilis ſimpliciter prolata dupliciter ſumitur ab Hippocrate; primo quidem pro calido ſiccoque humore, ſiue naturali, ſiue præter naturam: ac iuxtà hunc ſignificatum quod à capite ad thoracem, pulmonumque ſubſtantiam delabitur ciente frigore, etſi pituitoſum ſit (pituitoſa etenim plerumq; ſunt cerebri purgamenta: vnde ab Hippocr. lib. de princip. glutinoſi & friggidi metropolis nuncupatur) fit tamen bilis, eò quòd ità in pulmonum cauitatibus coarctatum, incaleſcit, putridum fit, acremque ſibi adſciſcit qualitatem; ex quo bilem emulatur: Vnde primo etiam de morb. *ſit ſuppuratus*, inquit, *ſi pituita à capite ad pulmonem diſtillet: & primùm quidem vt plurimum late. ex deſluit, tuſſimque tenuem exhibet, & ſputum paulò amarius ſolito &c.* vbi clarum fit in doctrina Hippocratis pituitam à capitis arce ad pulmonum latebras delatam, incandeſcere, vſtioneque acredinem concipere, atque amarorem, biliſque emulam vi atque ſapore reddi. Quod profectò non ità arduum videri debet; nam quemadmodum naturales, connatique humores, non niſi in naturali officina, hoc eſt, hepate elaborantur; ita & eos, qui prætet naturæ leges fiunt, vbicunque corporis præternaturalis vigeat cauſa, aptaque adſit materia, procreari poſſe eſt aſſerendum. Sic in ventriculo, aut vaſis ęruginoſas varias porraceaſque biles ex cibi, humorumque corruptione gigni conſpicimus; & aqua, quæ pituitæ inſtar & humida pariter, & friggida eſt, ſi bilioſum in ventriculum excipiatur, & ipſa etiam bileſcit, vt annotauit Hip. 3. acut. Bileſcit, inquam, non quod feruentis ventriculi calorem ſua frigiditate per antipariſtaſim ingeminet; aut bili admixta, illius molem adaugeat, dum diluit, vt Interpretes eo loci comminiſcuntur, diuerſum ſenſum ab Hippocrate extorquentes, cum

Bilis ſimpliciter prolata dupliciter ſumitur, pro humore, & pro morbo.

Humores præternaturales vbicumq. generari poſſunt.

Aqua quomodo bileſcat.

©BIUM

cũ tamen ex ſe dilucidè loquatur; Sed bileſcit eò quòd à præternaturali bilioſæ cacochimiæ calore, dũ in ventriculo immoratur, putreſcit, vt ibi exponit Galen. adſcitoque ſibi amarore, corruptæ bili perſimilis euadit; quemadmodũ & extrà ventriculum vbicunq. & quauis de cauſa eadem aqua putreſcat, & viridis, & amara ex innata propenſione redditur, vt doctè ex-
nu. 29. plicat, rationemque adducit Martianus annot. in lib. de aer. aq. & loc. ſic etiam putreſcens ſanguis in flauam atramque bilem tranſmutatur: & bilis in cerebro, vt nonnulli ſenſiunt, vbi in phrænitide, conſumptis tenuioribus, feruidioribuſque partibus, in quid cinerulentum redacta eſt, velut vinum euanidum naturalique calore deſtitutum, frigeſcit, atque, vt ità dicam, pituiteſcit: ex quo ad tumultuoſos delirantium motus, ſoporem inſequi plerumque conſpicimus; etſi id àb exſoluto iam cerebro; vel à pituitoſo ibi nunquam deficiente humore, qui demùm colliqueſcit, interdùm prouenire poſſe arbitremur. Amaram bilem àb aſſumpto aceto pariter pi-
nu. 29. tuiteſcere aſſerunt Hipp. 3. acut, eò videlicet, quod friggidior, ac dilutior reddatur. Accipitur ſecundò bilis àb Hippocrate pro bilioſa quadam pulmonum cacochimia, vt liquidum fiet inferius t. 18. & 301 libri huius ſecundi, atq; in hoc ſignificatu nunc eſſe accipiendam, ſatis patet ex ſymptomatibus, quæ recenſentur, dum fluxionem àb initio vſque bilioſam extitiſſe oſtendunt. Poſt quàm ergo in thoracem quid fluxerit ciente frigore, bilioſum vt plurimum id eſt, ac proinde morbum procreat, qui bilis nomine inſignitur. At id, quod à frigore commouetur, ad thoracem ſæpè ſæpius delabitur, quia frigoris eſt intùs verſus exprimere; quodque intùs expreſſum eſt, facilè per tracheam deſcendit, cum iter ſemper adapertum reperiat. Qui verò præ frigore bilioſas haſce patiuntur fluxiones, laſſitudinibus etiam, (vlceroſis videlicet) obnoxij ſunt. Vix etenim fieri poteſt à frigore expreſſio, quod in ambiente aere ſubiectatum, corporis habitum vndequaque denſat atq. conſtringit, quin tenuiores aliqui bilioſique ichores per carnes deſcendant; aut à venis in carnis fibrarum ſpatia exprimantur, qui, vt primo leues quoſdam rigores excitant, dum per ſenſientes particulas feruntur; ſic poſtmodum incaleſcentes,

Bilis in cerebro tandem pituiteſcit.

De laſſitudinibus vide Hipp. lib. 2. de diæt.

Laſſitudo vlceroſa ex bilioſa fluxione concitata à frigore.

acrem

©BIUM

acrem acquirunt qualitatem; ac non modo ipſas carnes calefaciendo labefactant, ſed dum mordicant, illarum partium excretricem excitant; vnde concutiuntur, & perinde ac in itinere delaſſantur. Sic Celſus ſymptomata recenſens, quæ ex capitis fluxione ad thoracem excitantur, laſſitudinum meminit, quas fortaſſe ex neruorum etiam principio nimis in expreſſione illa humectato prouenire interdùm poſſe fatendum eſt. Patet iam cur potius in fluxione cauſata à frigore hæ oriantur laſſitudines, quam in ea, quæ fit à calore: frigus enim bilioſas vtplurimum concitat fluxiones, vt dictum fuit, denſandoque corporis habitum, bilioſam cacochimiam in carnibus retinet; vbi calor è contra meatus omnes dilatans, extrà etiam euocat, & in alitum reſoluit. Cerebri demùm excrementa ad pulmonum thoraciſque cauitatem delata, quæ concluſa incaleſcere, ac bilem emulari diximus, ſi copioſa admodum ſint, ita ut nequeant per anacatharſim ſatis expurgari, à concepto calore in pus vertuntur, atque empyema excitatur, iuxtà aph. 38. ſec. 7. Diſtillationes in ventrem ſuperiorem ſuppurantur intrà viginti dies: qui tamen niſi ritè ſatiſque expurgetur intrà tempus conſtitutum aph. 15. ſec. 5. quadraginta videlicet diebus, pulmones, qui ſubſtantia rari ſunt & molles, exedere atque vlcerare incipit, ex quo tabes procreatur, vniuerſi corporis extenuatio exigua cum febre, ex pulmonum vlcere proueniens. Quam vtique opinionem de Empyemate à copioſa pituita abſque vlla precedente inflammatione atque vlcere, facta, regiſtrauit Hipp. lib. 1. de morb.; quamuis Salius in commento conetur aliter interpretari, ſed t. 53. eiuſdem libri, ſatis manifeſtè conuincitur; vbi cogitur fateri eſſe tamquam peculiare ſuperioris ventris, hoc eſt, thoracis, pituitam in pus vertere abſq. eo, quod colligatur in tuberculo, òb intenſum, quem includit, calorem; ſecùs quam in ventre inferiori, vbi òb caloris paupertatem, & amplas vias nil poteſt ſuppurari, niſi in tumorē prius collectum atq. coarctatum fit. *Quæcumque enim concoqui oportet*, inquit 6. epid. *concluſa eſſe conuenit*; præter quam quod apertis verbis id ipſum docuit Hip. lib. de gland. inquiens. *Si per palatum in guttur multa fluxio contingat, vt plurimùm morbi tabis oriuntur: replentur enim pulmo-*

Celſus lib. 4. cap. 2. de deſtillat ac graued.

Empyema in thorace fieri poteſt ex fluxionibus nulla præcedente inflamatione & cur.

coquenda clauſa eſſe debent.

nu. 10.

Sec. 2. nu. 10.

©BIUM

pulmones pituita, atque ea ipſa pus fit, id quod pulmones exedit, & non facile ægroti ſuperſtites manent. Hanc ſententiam amplexati ſunt non ignobiles Medici, Trallianus, Paulus, alijque, vt videre eſt apud Mercurialem com. in aph. 38. ſec. 7. vbi eam mordicus defendit.

V. **Cum vero in medullam fluxio contingerit; tabes occulta, atque inconſpicua oboritur.**

Fluxio ad medullam ſpinalem.

ALtera ex fluxionibus ijs, quas ſuperius occultas nuncupauit, eò quòd morbos pariant, qui ſub oculorum aſpectum nequaquam veniunt, fit per venas, vel etiam per membranas, ad ſpinalem medullam. Quæ autem ſint hæ venæ, docuit lib. de oſſ. nat. inquiens. *Vena caua iuxtà ſpinam per dorſum, ac iugulum, ac guttur prætenditur, & multas venales ſpinali medullæ tranſmittit, cui tanquam hædera plurimis capillamentis adhæret, & implicatur.* vbi pro capillamentis intelligendæ abſque dubio ſunt intercoſtalium venarum extremitates, quæ à vena Azigos promanantes, ad ſpinã in dorſo terminantur; quemadmodum per colli latera à iugularibus non paucæ etiam venulæ ad ceruicis vertebras tranſmittuntur, & vt demum habetur lib. de genit. *tendunt in ſpinalem medullam ab omni corpore viæ.* At quantæ dignitatis ſit hæc pars, quæ medulla minùs propriè nuncupatur, indè ſatis conſtat, quod ſit quædam cerebri cum ſuis membranis productio, quæ intrà vertebras latitans, & officulis vndequaq; obuallata, velut argenteus funiculus ad coccygem vſque protenditur, cerebri vicem gerens, varias neruorum propagines hinc inde à ſe emittens, quibus totum corpus amplectitur, ſenſum & motum, ceu per tot radios, ei influens. Habet proindè cum corpore vniuerſo ſympathiam, ità vt cum ipſa totum corpus lædatur, ſiue vt inſtrumentalis pars, ſiue vt ſimilaris laboret: non modo enim hac obſtructa, meatuq; animalibus ſpiritibus denegato, paralyticæ oriuntur ægritudines, ſenſu deperdito & motu; ſed ipſa etiam in ſua temperie præternaturaliter affecta, totum corpus læſionem ſentit, ac paulatim contabeſcit, ſiue quod omnia transferat ad ſuam gen-

Spinalis medullæ dignitas.

Spinalis medulla cum vniuerſo corpore ſympathiã habet.

Tabes è ſpinali medulla quomodo fiat.

©BIUM

gentilitatem, quo modo explicuimus t. 10. lib. 1., ſiue potius quòd ei tamquàm totius corporis carinæ, à cuius lateribus coſtarum compago humanum conſtruit corpus, omnia tum vitalia, tum naturalia viſcera adhærent, ac proinde quācumq; eius labem facillimè contrahunt, omniſq; tum vitalis, tũ naturalis, tum animalis œconomia cum hac labefactatur; ſeu denique quod ipſa ſpinali medulla malè affecta, fieri non poteſt quin ſenſus & motus aliquo pacto in reliquo corpore lædantur; ad quorum læſionem & nutritiuam lædi neceſſe eſt, eò quòd partes non æque benè alimenti indigentiam percipientes, minus validè trahunt à venis; quinimmò non nihil imbecillioribus ijſdem partibus ad motum redditis; ex nimia quiete innatus torpeſcit calor, qui tamen ab animali ſpiritu tunc temporis minus calido, neque erigitur, neque fouetur; & influens nequaquam attrahitur: ex quibus cauſis membra omnia à ſpinali medulla malè ſe habente procùl dubio contabeſcunt. Ipſa verò facillimè læditur, diſſipaturq; òb mollẽ, & laxam, quam habet ſubſtantiam; ſtuxionibuſque non ratò infeſtatur, non modo òb plurima vaſa, quæ ad ipſam terminari iam diximus; verum etiam quia capiti continua, ac perpendiculariter ſubiecta eſt; vnde per membranas etiam cerebri ſuperuacanea excipere apta; ex quo varij in ipſa excitantur affectus pro influentis materiei, & loci varietate, qui à fluxione occupatur: Nam modo nexus vertebrarum laxat, & putrefacit illapſus humor; quapropter luxationes contingũt, & indè giboſitates, aphoniæ, anginoſæq; affectiones, vt patet ex 2. epid. ſec. 2., & 4. de loc. aff. cap. 5. Modò à craſſo admodum humore obſtruuntur meatus, animalibuſq; ſpiritibus via intercipitur, ex quo partium paralyſes; modò tenuis ac morboſa fluxio ipſam ſubit medullarẽ ſubſtantiam, eamq; diſſipat, atque reſoluit, itàque non vnius generis tabes procreantur. Tabis nomine non eam hic intelligamus corporis extenuationem, quæ cum lenta febre coniuncta, àb inſanabilibus pulmonum vlceribus originem ducit, ac propriè phthoe nuncupatur, de qua in ſuperiori egit contextu; ſed cum eo nomine quoſcunque, & à quauis cauſa, corporis marcores Hip. vocare ſoleat, vt annotat Gal. 1. epid. ſec. 2. par. 13. & alibi;

Cum ſpinali medulla omnis humana œconomia labefactatur.

Spinalis medulla cur facilè læditur.

Spinalis medullæ morbi varij.

Tabes à ſpinali medulla quæ.

7. Aph. com. 16.

bi: nunc eum potissimum proponit, qui arescentem spinalem medullam vt præcipuam causam agnoscit, proindeque dorsalis tabes alibi ab Hippocrate nuncupata est. cujus plures differentias pro causarum diuersitate, à quibus medulla exhauritur, varijs locis registratas reperimus: nam modò à copioso sanguine, quem multiplices venæ in eam euomunt, natiuus obruitur medullæ calor, & deperit nutritio. modo ijsdem venulis à crasso & glutinoso humore obstructis debitum denegatur alimentum, vndè medulla atrophiâ exarescit, vt videre est lib. de inter. affect; vbi vterque casus recensetur. modò à nimia Veneris indulgentia, vel assidua seminis effusione in gonorrhæa, in qua alimentum solidis partibus subripitur, ipsarumque substantia exsiccatur; ipsa potissimum medulla vnà cum cerebro exhauritur; non quod semen à solo cerebro, spinaliq. medulla procedat, vt videtur innuisse lib. de genit. & 4. de morb. initio, cũ alibi dixerit semen decidi ab omni humido vt vidimus lib. 1. t. 22. sed quod maior portio àb ipsis deducatur, tum propter analogiam, quam habent cum semine; tum quia humidæ & laxæ cum sint, tractioni minimè resistunt: immò, cum in corporis extremitate sedem obtinuerint, pluresq; in ipsis venæ terminentur, testes dum nimis exhausti trahunt à venis, atq. hæ maiores à minoribus, vt luculenter explicuit Gal. lib. 1. de sem. cap. 16., in extremitatibus demum sistitur tractio; hęq. partes omnium maximè exinanitæ ob humidam substantiam & dissipabilem, non habent postmodum vnde reficiantur. Exarescunt itaque in nimio coitu plus nimium, vt notauit etiam Aristoteles, & cum ijs vniuersum corpus sensim marcescit, vt patet ex hist. Satyri illius, gonorrhæa laborantis lib. 6. epid. sec. 8. t. 44.; & lib. 2. de morb. vbi agitur de tabe dorsali, quæ recenter Sponsos, Venerique nimium addictos quandoque infestat. Læditur postremùm medulla hæc à pituitosa, vel biliosa fluxione: à pituitosa quidem tenui, natiuumque calorem nimio madore extinguente; à biliosa verò acri & exsiccante, quæ ipsam dissoluit, & ad nihilum ferè redigit. Quam fluxionem non modo per venas, sed per membranas etiam, medullaremque substantiam cerebro continuam deduci posse censendum est. Ac de

nu. 13. & 14.

Tabis dorsalis variæ differentiæ.

Dorsalis tabes ob seminis effusionem.

Lib. 5. de gen. an. c. 1. & sec. 4. probl. 1. 2. & 32.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 163 sur 478

©BIUM

ista loquitur in præsenti textu, quemadmodum locutus etiam est lib. de gland.; vbi non immerito tabem, quæ à spinæ ex- nu.10.
Tabes dorsalis cur dicatur occulta. hausto prouenit, occultam vocat: nam etsi aliqua adnexa habeat signa, quæ & redundantem in cerebro materiam, & posticarum partium læsionem indicant, vt capitis dolor, ceruicis, lumborum, musculorumque ibi adiacentium, vt habetur lib. de int. affect.; non sunt tamen tabis propria signa, nu.14.
quemadmodum tussis, & purulenta sputamina in tabe ex vlcere pulmonum: sed paulatim diuturno tempore corpora attenuari conspiciuntur, vlla absque euidenti causa, proindeque rari creduntur à Medicis hi casus, fortassè quia non animaduertuntur; sed si quid tale contingerit, statim occultas naturalium partium obstructiones suspicamur; cum tamen spinalis medullæ exaresentia symptomatis huius causa sit potissima; de qua vide Senertum lib. 2. part. 2. suæ praxis cap. 23.

VI. Cum autem retrò ad vertebras, & in carnes defluxerit, hydrops fit.

Hydrops ex fluxione ad vertebras.

CApitis fluxio occulta atque incospicua, quæ posticas impetit partes, si, non per spinæ medullium feratur, sed potius per adiacentes vertebris carnes & musculos, dum adeò exigua non sit, vt protinus à natura euinci, ac dissipari possit; vel si aliquanto copiosior, à validioti expultrice in imbecilliorem aliquam partem deponatur; tunc à carnibus imbibita hydropem demùm parit. Quod vt nam fiat, iam modo latè explicabitur: casus enim hic incognitus ferè videtur nostra hac ætate, eò quòd parùm sit Medicis obseruatus.

VII. Id quod ex hoc cognoscere datur. Siccæ enim anteriores partes sunt, caput videlicet, & nares, & nu.2.&3.
oculis amplius hebetudo accedit, fiuntque cum virore pallidi, itemque reliquum corpus; & nihil expuit homo, etiamsi multùm fluat. Fluxus enim per mediam carnem retrò fluens, & ab anteriore auersus, anteriores partes siccas facit; posteriorem verò carnem

irrigat

irrigat, & magis eam, quæ intus eſt ad ventum, quam quæ foris ad naſum, propterea quod corpus foris magis ſolidum, quàm intus, & anguſtiores meatus, & foramina habet: Quarè ſanè cum tenuia ſint foramina, coſtringuntur, ipſaque ſibi ipſis medentur, & fluxus nullus hàc tranſire poteſt. Intus verò foramina ampliora ſunt, & intermedia tenuiora habent: fluxus verò, vtpote àb altioribus procedens, & tenuia impedimenta contrà ſe habens, influit, & carnes humiditate replet. Sed & humiditas à cibis in idem procedens, corrumpitur: Corrupta autem ipſa præ ammixtione, & ſimul cum ipſa ea, quæ à capite d. fluit, corpus nutriunt. Carnes verò multo humore nutritæ, & morboſo augeſcentes, hydrope plenæ ſunt.

TRia hìc exequitur Hippocrates; Primo ſigna proponit, quibus coniectari poſſimus cerebri purgamenta ad poſteriores atque internas iter ſuſcepiſſe partes. Secundò rationem reddit cur nam fluxiones ad interiora facilius, quam ad exteriora ferantur. Tertiò explicat modum, quo ex poſtica hac cerebri diſtillatione hydrops procreatur. Quo ad primum Signa id oſtendentia, præter ea, quæ nuper ex lib. de inter. affec. recenſuimus, quæquè verè pathognonomica dici poſſunt, poſticarum nimirum partium dolor, hìc magis artificioſa proponuntur, anteriorum capitis partium ſiccitas, narium videlicet, oculorum, & oris. Sed cur addit. *Oculorum hebetudinem, deperditumque nitorem, ſuccedente cum viriditate pallore*, cum hæ partes à fluente materia haud infeſtentur? An quia in eo caſu ſpiritus fere omnes tum animales, tum vitales, vnà cum natiuo calore, ad contrarias partes cum fluxione impetum faciunt, vnde oculi ſpiritibus, magna ex parte deſtituti, hebeſcunt, & adiacentes partes, quaſi frigeant

Sect. 2. iam, virefcenti pallore ſuffunduntur? Cæterum lib. 2. de morb. vbi ſimilis ferè affectio, ſeu fluxio à capite ad carnes, regiſtrata reperitur, patientes boni eſſe coloris aſſeruit, ſiue quòd

Signa poſticarũ fluxionum.

In poſtica fluxione cur oculi habeſcant, & facies pallorẽ contrahat.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 165 sur 478

©BIUM

hæpar in hoc morbo minimè afficiatur, vnde laudabilem poterit gignere ſanguinem; ſiue quòd à tenuiori pituita poteſt quidem ſanguis quoquo pacto dilui, non tamen omnino viuidus eius color occultari: præſertim quòd partes illæ anteriores à morboſa fluxione liberę ſupponantur. Quoties igitur caput à præcedenti grauitate paulatim ſubleuari obſeruamus, ac nihil interim per patentes meatus cerni coſpicimus, neceſſaria tunc conſecutione ſuſpicandum eſt fordes illas ad internas nobilioreſque ferri partes: Vix enim vnquam tanta eſſe poteſt excrementitia materia, vt ſimul ac ſemel omnes potis ſit inuadere partes ac vndequaque propagari. Quæ quidem animaduerſio ſummę exiſtit vtilitatis non tantùm in propoſito caſu, dum præcognito periculo priuſquam ex poſticis partibus perenniter læſis læthalia emergant mala, ſalutaribus fas erit præcauere præſidijs; verùm etiã dum ad eliquandum

Animaduerſio in Ducijs

friggidum in cerebro humorem, varios fotus, ſtillicidia præſertim è medicatis aquis, Duccias appellant, quandoque adhibemus; ſi aliquot poſt dies, ſex ſcilicet, aut octo àb applicito hoc præſidio, nihil aut per os, aut per nares, aut per oculos, aut per vrinam & ſeceſſum euacuari obſeruemus, tunc præſtantiſſimorum Virorum obſeruatio monet cueſtigio eſſe deſiſtendum: ſignum namque eſt vel humorem illum neutiquam poſſe eliquari; vel ſi eliquatur, ibidem tamen remanens, vel propagari, & diffundi, vel putreſcere, vndè maiora minatur mala; vel quod denique occultas ac nobiliores adoritur partes, maximo procul dubio ipſorum laborantium excidio.

Fluxiones cur facilius per internas, quàm per externas partes.

Quo ad ſecundũ Fluxio hæc magis atq; facilius carnem irrigat, quæ intus eſt ad ventrem, hoc eſt, quæ immediatè internas ambit corporis cauitates, quam ea, quæ foris eſt ad nares, & in ſuperficie. Eius rei ratio eſt, quod corpus foris ſolidius ſit ac denſius, & quod anguſtiores habeat meatus, quàm intùs: Idque optimo naturæ inſtituto, vt externæ videlicet partes, cuiuſmodi cutis eſt, & carnoſa membrana, à quibus totum corpus vndequaque circumtegitur, quamuis crebris foraminibus peruiæ ſint ad inſenſibilem fuliginum tranſpirationem, ſudoriſque excluſionem; Quinimmo de-

Cutis conſideratio.

bilis

bilis, ignobiliſque cum ſit ipſa cutis, eſt quaſi vniuerſi corporis emunctorium, ad quod non ratiò internarum partium purgamenta à valida expultrice deponuntur: vnde *Sudor*; dicebat Hippocrates 4. acut. *Omnibus morbis eſt communis*: attamen anguſti, ac ferè inſenſibiles ſunt harum partium meatus, ne ſpiritus nimium diſſipentur, ſed conſeruetur innatus calor, atque ab extrinſeco ſit tutus ambiente. Cum ergo tum ex naturæ inſtituto, tum ex continuo friggidi aeris appulſu, denſior ſit atque ſolidior externa corporis ſuperficies; hinc fit, quòd non æquè facilè illac elabi poſſint humores, ideoque dicuntur ſibi mederi, hoc eſt, præſeruare ſe hac meatuum anguſtia, quominus ab huiuſmodi humorum incurſionibus infeſtentur, vnde morbos per internas ſæpiùs partes, vrina & ſeceſſu, quam per externa, ſudore, aliiſq. cutis inquinamentis, iudicari obſeruamus. Secùs accidit penitioribus in partibus, quæ rariores ob internum calorem aſſiduè euadunt: eumque meatus ſatis amplos habeant, tenuiora pariter erunt horum meatuum interſtitia, vt videre licet in ſpongioſis cuniſis corporibus, ac deſcendens proinde humor à tenuioribus hiſce interſtitijs non remoratur, atque inde carnium poroſitates morboſa illuuie facillimè replentur.

num. 56.

Morbi cur ſæpius per internas partes ſeceſſu & vrinis, quam per externas ſudore iudicentur.

Hinc denique fit Hydrops ille, qui Anaſarca dicitur, totius carnoſi habitus affectio: attractus etenim alimentitius humor cum hoc morboſo in poroſis partibus miſcetur, ſeroſus, crudus, atque alendo inutilis redditur, nam in partis ſubſtantiã non tranſmutatur: vnde ſic inelaboratus ibi remanens, à deprauata hac tertia coctione in partibus, totus corporis habitus in tumorem quendam œdematoſum excreſcit, præmentis digiti veſtigia ſeruans. Ab anaſarca verò facilis eſt tranſitus ad Aſcitem & Vtriformem hydropem illum, ſeu etiam tympanitem, in quo aqua vel ſpiritus in peritonæi capacitate collecti, totum abdomen in portentoſum tumorem eleuat, vt habetur aph. 7. ſec. 7., eliquata videlicet à calore vitioſa carnium colluuie, & ad meſenterium atque peritonæum poſtremò delata: præſertim dum poſteriores partes, dorſi præcipuè, ac lumborum muſculi, ſeroſa illa pituitoſaq; materia occupantur, ob mirum conſenſum, qui inter lumbos ac meſente-

Anaſarca ex fluxione quomodo fiat.

Ab Anaſarca facilis eſt tranſitus in Aſcitem & tympanitem.

Lumborum cõſenſus cũ meſenterio

©BIUM

ſenterium intercedit, cum hoc ſuam ducat originem à neruis & ligamentis ijs, quibus lumborum vertebræ inter ſe connectuntur, vt notat Hippoc. 6. epid. ſec. 4. part. 6., vnde lumbis læſis refrigeratiſque, meſenterium, eique omnes adiacentes partes, refrigerari rationabile eſt, atque ità omnem naturalem œconomiam labefactari. Hinc in coac. prænot. & 4. aph. 11. Lumborum dolor, ſi medicamentis non ſoluatur, in hydropem ſiccum definit. Atque hæc tertia erat pars propoſiti textus, in quo nonnulla veniunt adnotanda. Primò Hippocratem non eodem ſemper ſignificatu vſum fuiſſe hac voce ὑδρωψ, nam non rarò quemcumque aquoſum humorẽ, ſeroſitatemque ſub ea intellexit, vt clarè patet tùm hic verbis ijs, *Carnes hydrope plenæ ſunt*, tum lib. de nat. puer., vbi hydropem appellat ſeroſitatem illam, quæ in fœtus egreſſu per vterum effunditur; Tum denique 4. de morb., vbi inter humores, qui naturaliter in corpore detinentur, ſeroſitatem recenſet, quam hydropem pariter appellauit. Præterea cum apud recentiores Medicos hydropis triplex communiter ſtatuatur differentia, ſumpta diuiſione à materia, & à parte affecta; nam alium dicunt fieri in carnoſo totius corporis habitu, vt iam dictum eſt, diciturq; Anaſarca, vel Hypoſarca, vel Leucophlegmatia; Alium in abdominis cauitate, vbi peritonæum velut vter aqua repletur, & appellatur Aſcitis. Alium deniq; cum in eadem cauitate, cum aquæ exiguo, plurimùm reconditur flatulenti ſpiritus, indeq; tympani inſtar reſonat, diciturque Tympanitis: has omnes differentias communi hydropis nomine appellaſſe cenſendum eſt, contrà ac ſtatuit Martianus, vir acri ingenio præditus, vt ſuis in Hyppocratem annotationibus tum hic, tum 4. acut., vbi mordicus defendit, ſolam Aſcitim hydropis nomine ab Hippocrate inſigniri: quã fortaſsè opinionem mutuatus eſt àb Andrea Ceſalpino lib. 7. ſuæ praxis cap. 23. Redarguitur enim manifeſtè tum ex hoc textu, vbi luce clarius Anaſarcam, carnoſi generis affectum, deſcribit, quem textu proximè explicato appellauerat hydropem; tum lib. acut., vbi eundem hunc morbum ſatis appoſitè atque expeditè in duas dirimit naturas, ſumpta diuiſione à parte affecta, quarum aliam dicit eſſe hypoſarcidem; aliam autem

Hydropis ſignificatio multiplex.

num. 43.

num. 1.

Martianus redarguitur dũ dicit ſolã Aſcitim vocari hydropem ab Hippocrates.

num. 62.

©BIUM

autem fieri cum inflationibus: nam in abdomine siue fiat ascitis, siue tympanitis, in vtraq; intumescit totum epigastrium; in vtraque tum aqua reperitur, tum spiritus; neque aliter duæ hæ hydropum species differunt inter se, quàm secundum magis & minus: quandoquidem in ascite plurimùm est aquæ, & parùm flatulenti spiritus; in tympanite cùm multo spiritu, perpauca reperitur aqua: Quod non aliunde prouenit, quàm quòd Ascitici orum aqua secundum aliquam sui partem à calore in flatum subindè vertitur, vt notauit Auer. 3. collig. cap. 24. flatulentus verò in tympanite spiritus inspissatur, ac veluti nebulosus euadit, atque ita vnà cum flatu quasi nebulosus humor coaceruatur, vt docuit Act. lib. 10. cap. 20. Mirum ergo non est, si vtramque specieni sub vna comprehenderit, pro more omnia non necessaria reijciens. Neque dicendum est de anasarca sub nomine leucophlegmatis, hoc est, pituitę albæ semper egisse; nam pituita alba est potius pituitosa quędam cachexia, seu malus corporis habitus, in quo copiosa pituita, tum intrà vasa, tum per carnis spiramenta & porositates, collecta est, ac proindè pallidus, laxus, & subtumidus apparet, futurę leucophlegmatię rudimentũ, iuxtà aph. 70. lib. 7. præscriptum, *Albæ pituitæ hydrops superuenit*: est inquidem principiũ hypostarcidios, à qua carnes in serosam humiditatem liquescũt ipsiq; crudi humores ad seri naturã propius accedũt, omneq; musculosũ genus plurimũ tumet. De qua pituitosa cachexia locutus est Hippocrates quotiescunque à pituita alba hydropem fieri affirmauit, vt aph. 70. sect. 7. citato, lib. de affect. & alibi: ex qua intellectione locha ferè omnia à Martiano ex Hippocrate in contrarium adducta, satis enodata remanent.

nu.20.

Cur aqua & & spiritus in Hydrope semper miscentur.

Pituita alba quid sit apud Hipp.

Annotandum secundò ex hoc textu est Hydropem quandoque fieri nullatenus, neque primariò, neque secundariò; male affecto iocinore, contrà id, quod decreuit Galenus 5. de loc. af. cap. 6. & 6. de loc. af. cap. 1. & alibi: idque non tantum de anasarca intelligendum est, frustrata nimirum tertia coctione in habitu corporis, vt in textu apertis verbis affirmatur; verùm etiam de ascite, quæ ab ipso prouenit anasarca, dum pituitosa illa colluuies, flaccidaque caro, vi caloris eli-

Hydrops fieri potest nullatenus affecto hepate.

2. de loc. nat. cap. 8.

qua-

©BIUM

quata, per lumbos in peritonæum delabitur: ex quo Hipp. in coac. prænotionibus, & in progn. *Hydropes incipiunt plerique à laterum mollitudine, & lumbis; aliqui etiam ab hepate.* & lucè clarius libro 1. de morb. mul. hydropem illæso omninò hepate interdum oriri asseritur ex solo liene, dum quis maximè sitiens, seu febre, seu à quouis aucto calore, multam ingurgitat aquam, quæ, ni protinus aut per vomitum, aut per sudorem, aut per vrinam eijciatur; trahitur à liene, qui rarus natura est, & ad peritonæum ipsam denique transmittit. Ratum igitur est hoc dogma in doctrina Hippocratis, mirarique licet Petrum Salium, Virum alioqui apprimè doctum, qui dum Galeno nimium addictus, ne latum quidē vnguem ab eius dogmatibus discedere audet, Hippocratem explicans, necesse est, vt eius mentem minùs quandoque assequatur: nam lib. 2. de morb. c. 4. quendam affectum describens, in quo cerebri pituita attenuata extrà cranium emissa ad carnes conuertitur: vnde capitis cutem, reliquumque corpus attolli, atque craſſescere necesse est; cumq. morbum esse fatetur, qui in hoc textu describitur, & quem ipsemet Hippocrates hydropem vocat, eò quòd in ipso tumet corpus quemadmodum in anasarca; Concludit tandem haud esse verum hydropem; quia hydropis generatio à iecore; hic autem morbus à cerebrali pendet fluxione; eamque opinionem mordicus tuetur etiam lib. de affect. part. cap. 9. atque ità Hippocratem non ex mente Hippocratis, sed penès Galeni dogmata interpretari conatur; cum tamen Enarratoris præcipuum munus sit Authoris mentem aperire, atq. ex ipsiusmet principijs tantùmodò interpretari. At qui plura in hoc argumentum videre expetit, adeat Sennertum, Virum nunquam satis laudatum, quæstione 1. de hydrope ascite, vbi authoritatibus plerisque, ac complurium Hydropicorum historijs ostendit, hydropem hepate omninò illæso non ratò procreari. Videndus est etiam Ioannes Schenckius obseru. med. lib. 3. de Hydope.

Nu. 3. coac. Nu. 8. progn

Nu. 8.

Petrus Salius notatur.

VIII. Coxendix quomodo fiat.

Si autem modicus fluxus fuerit, coxendicum & articulorum diuturnam affectionem facit, vbi fluere cessabit: nam vt modicus, & vndequaque ab omnibus

bus fortioribus depulsus, ad articulos refugium facit, fiunt præterea articulorum, ac coxendicum affectiones à talibus morbis sanatis, cum morbum quidem efficiens sanatur, in carne verò quid relictum fuerit, cui non sit exitus, neque rursùs intrò, neque foras, sed ad cutem egressum, tuberculum vtique fecerit; fugit autem in id, quod cedit, articulos videlicet, & aut articulorum, aut coxendicum affectiones inducit.

SAtis liquet in humani corporis œconomia ita regimen administrari, vt potentiarum partium morbifici apparatus, quantum vigentis naturæ conatibus fieri potest, ad imbecilliores perpetuò transmittantur, vt ample habetur 2. epid. sec. 1. t. 12. & lib. 1. de morb. mul. *Altera enim pars*, inquit, *ad alteram delegat in corpore, vbi singulis plus, quàm oportet, affluerit, & continere non poterint*. idque nullatenus læsa æquitate, cum partes omnes eò conspirare debeant, vt indiuiduum, quoad potest, conseruetur; ac proinde quæ magis conferunt ad vitam, præ cæteris immunes seruari par est. Quamuis igitur vnaquæque pro viribus se se tueatur, per expulsiuam potentiam arcendo quicquid est noxium; in mutua tamen altercatione necesse est imbecilliores demum succumbere, vtque àb infestà oppressæ materia langueant. Id ipsum accidit in proposita capitis ad posteriores partes fluxione, cuius morbosos affectus hìc prosequitur Author, ex ea articulos dupliciter interdum infestari asserens; primo vbi fluxus modicus fuerit, itaut validè à parte qualibet expellatur, donec in ischio, aut compluribus articulis se recipiat, ibique diuturnam excitet affectionem, repletis articulorum cauitatibus morbosà materia, à qua ligamenta, & cum ipsis nerui, tendones, membranæque distenduntur, vel intensa qualitate alterantur, vel acrimonia irritantur; idq; postquam fluere cessabit, ac proindè àb illa irruentis humoris inundatione, se se collegerit natura, viresq. resumpserit, ita vt contrà morbũ iam insurgere valeat, inq; imbecilliores articulos morbificum humorem deponere. Secundò fiunt arthriticæ hæ, vel ischiadicæ affectiones ijs, *qui à*

Partes inuicem laduntur.

Articuli quomodo infestẽtur à fluxionibus.

©BIUM

talibus morbis anaſarca ſcilicet, alijſq; ſpinalis medullæ affectionibus, euaſerint, ſedata iã fluxione, reſolutis humoribus, reſtauraraq; natura in habitu corporis, vbi tamen aliquid morboſæ materiæ relictum fuerit, cui neq. intùs pateat exitus, neq. foras ad cutem, ad quam ſi perueniret, vtique tuberculum excitaret: confluit iccirco ad partem, quæ facilè cedit, receptionique apta exiſtit, articulos nempe, *quorum latiora ſpatia*, inquit Gal. Com. in aph. 31. ſec. 4., *prompte ſe habent ad ſuperfluitates ſuſcipiendas*, ibique aut arthritidem occupatis plurib⁹ articulis, aut coxendicem, repleta iſchij cauitate, excitat. Diuturnæ autem ſunt hæ affectiones etſi à modico fluxu pendeant, non modò ob rationes tex. 3. lib. 1. adductas; eò ſcilicet, quod morbi, qui ſicciori in parte reſident, cuiuſmodi profectò ſunt articuli, firmantur, & contumaces fiunt: quod repetit Hip. lib. de affect., vbi dixit podagram eſſe morbum diuturniſſimum, & qui ægre cedit, quia morbus quanto in tenuioribus fuerit venulis, & in parte, qua corpus plurimùm indiget in ſuis motionibus, & in neruis & oſſibus multis ac denſis, tantò ſanè durabilior eſt, & qui ægerrimè depelli poſſit. Tum quia, etſi modica eſt hæc fluxio, eſt tamen frigida vt plurimum, & in frigido exanguique loco recipitur: vnde non niſi temporis diuturnitate concoqui ac diſſipari apta eſt. Adde quod, cum à cerebri fluxione pendeat, perennis ſæpenumero eſt humoris huius generatio, ob aliquam mittentis partis diſcraſiam; Ac demum ſcitum eſt theorema illud Præceptoris lib. de nat. hum. regiſtratum. *Quicunque morbi à validiſſima parte ad quandam debiliorem tranſierint, difficulter ſoluuntur*. Quòd ſi articularem morbum eodem lib. de affect. breuem dixit eſſe & acutum; id de eo intelligendum eſt, qui à bilioſa pendet fluxione, vt ibi patet; talis enim aliorum reſpectu breuior eſſe conſueuit. Cæterum notus eſt aphoriſmus 49. ſect. 6. *Quicumque podagrici morbi fiunt, hi, ſedata inflammatione, in 40. diebus reſtituuntur*. Qui terminus non eſt acutorum exquiſitè, ſed ex decidentia, vt explicat ibi Galenus, & in comm. 1. prog. t. 25. Atque hinc ſatis patet quàm rationabiliter ſe iactet Fernel. 5. pathol. cap. 4. quod primus catharri viam per carnes perſcrutatus ſit, vt innuimus textu 3. huius libri. Silentio interim haud

Articulorũ naturalis opportunitas recipiendis humoribus.

Articulorũ affectiones diuturnæ, & cur.

nu. 32.

nu. 29.

nu. 31.

Articularis morbus cur breuis aliquando dicatur.

Fernel. falsò gloriatur ſe primo catharr

©BIUM

haud prætereundum eſt Hippocratem vſum fuiſſe hac voce Κέδματα, quam Cornarius interpretatur, articulorum diuturnam affectionem, ſecutus Erotianum in Onomaſtico, Galenus vero in explan. linguarum Hippocratis, transfert, *Ex fluxu diuturnæ affectiones vel in omnibus articulis, vel præcipuè circà vertebras coxarum*. Martianus autem vult eſſe articulorum diuturnos dolores non admodum vehementes, quorum materia à prædominio pituitoſa eſt. Sed quicquid ſit, certum eſt hanc articulorum affectionem non nihil diuerſam eſſe à b Arthritide, quandoquidem 1. de morb. vbi morbos enume-
au. 3. rans, qui ex ſui natura minime læthales ſunt, inter cæteros, quatuor enumerat articulorũ affectiones ſpecie inter ſe diſtinctas Κέδματα, ποδάγρην, ἰσχιάν, ἀρθρίτιν, parum tamen differre, ita vt vera Arthritis interiores occupet articulorum cauitates; Cedmata autem fiant, cum fluxio externa magis petit, ita vt partem in tumorem magis eleuet, & minus doleat, eo prorſus modo, quo docuit 2. prædict., aſſerens circà articulos
au. 47. dolores fieri & tumores non podagrico modo, & Gal. 6. aph. com. 30., id in pueris quandoque accidere aſſeruit.

ri viam obſeruaſſe per carnes.

Cedma quid ſignificet.

Articulorũ affectiones quatuor ſũt.

IX. Si porrò intumuerint nares, & pituita plenæ fuerint, atque ea compacta, oportet pituitam compactam & congelatam attenuare aut fomentis, aut medicamento, & non auertere. Si enim fluxus auerſus aliò procedat, omninò maiorem morbum faciet.

Coriza vt curanda.

SI cerebri rheuma in nares per os cribroſum irruat, quæ prima via eſt è conſpiciuis, vt plurimum vtique in bonis erit ipſius ægrotantis, cũ liber iſtac pateat exitus excrementitiæ
au. 9. materiæ; ex quo Hipp. lib. de gland. *Si ad nares fluxio fiat, arroduntur nares, & nihil aliud graue accedit; nam viæ ipſarum amplæ ſunt, & ſibi auxiliari poſſunt*. Attamen ſi inſigni aliqua vigeat qualitate, vel quantitate plurimum excedat, ipſa pariter morborum cauſa exiſtet: ſi etenim calidus nimium ſit, acrimoniaque prædius defluens humor, vt lib. de vet. med. habetur,
au. 21. internas narium membanas plerumque exurit, erodendoque ſimplex procreat vlcus; cui ni congruo ſtatim occurras auxi-

Fluxio ad nares non valde periculoſa.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 173 sur 478

©BIUM

Ozæna quomodo fiat. Polypus.

lio, putret atque ozæna excitatur; cui prauo ex sanguine carun-cula postmodum supercrescens, Sarcoma, vel Polypus succedere demùm consueuit. Si autẽ friggidus crassitie, & quantitate excedat, itaut cribrosum os peruadere non possit; tunc muco opplentur nares, atque intumescunt, odoribus intercipitur via, putrescit demum pituita, quæ intolerabilem parit fœtorem: oportet itaque tunc temporis compactam attenuare pituitam, coquere, ac fluxilem reddere tum fomentis extrà adhibitis, vel coriaceo vtre aqua calidissima repleto, & circà frontem alligato, vt docuit lib.2.de morb., vel spongijs congruo decocto expletis ex chamæmelo, meliloto, furfuribus, hordeo, cæterisque huiuscemodi; tum medicamentis ijs, quæ per nares attracta, errhina nuncupantur, ex aqua videlicet Betonicę, vel saluiæ, in qua frustulum agarici ebullierit; vel parata ex aceto, aqua, & origano, vt ipsemet proposuit in simili casu eodem lib.2. de morb. Dicit autem *congelatam* non quod à frigore vt glacies obdurata sit'; vita enim superstite haud potest frigus in animantium natura vsque adeo intendi, vt id operetur; sed quod concreta aliquatenus, atque incrassata sit: quod planè non minùs à calore, quam à frigore præstari potest, vt docuit Hipp. lib.2. de diæt. nam cum iuxtà Aristotelem 4.meteor. sum.2. cap.2., concrescere quoddam siccescere sit; id profecto & à calore humidiores tenuioresque partes vel absumente, vel secum educente; vel à frigore easdem exprimente, peragi poterit. Monet præterea ne auertamus reuellendo, vel deriuando excrementitium hunc ad nares fluentem humorem, non modò quia quò magis natura vergit per conferentia locha, eò semper est ducendum; verum etiam quod quascunque alias susceperit vias morbosa hæc fluxio, maiorem semper excitabit morbum, ob partes longè nobiliores, quas occupabit: Quapropter nisi ingens aliquis morbus ibi in naribus procreatus sit, neque ad ipsummet palatum deriuare laudabile erit: patet namque inde ad thoracem iter atque ad pulmones, quà versus leui quauis occasione fluxum deinde corriuari facile esset.

num.18.

num.19.

Concretiotũ à calore, tum a frigore fieri potest.

num.25.

Fluxio à naribus non reuocanda.

X. Cum vero in aures fluxerit, primùm dolorem exhibet

bet; violenter enim procedit: dolorem autem exhibet donec in fistulam redactus fuerit. Vbi autem fluere consueuerit, non amplius dolorem facit.

Auris dolor à fluxione.

QVas ante proposuit fluxiones, singulas reassumit, præcipuum aliquem, frequentioremq; morbum enarrans, uqem ex illarũ vnaquaq; paculiariter excitari obseruatum est, vt exemplo clarius insinuet, doceatque vt rheumata ista exitiosa humano sint generi. Inter conspicuas ergo vias secunda iam enumeratur, qnæ excurrit ad aures, interiores videlicet, in osse petroso latitantes, quarum anfractus ad cerebrum vsq; pertingunt, ac proinde & proximitatis iure, & communicatione vasorum ei plurimùm consociales: quapropter harum affectiones nunquam contemnendæ sunt, sed signa quælibet, & consentientis cerebri, & præliantis naturæ à primo vsque die studiosè animaduertenda: fallax siquidem hic locus est, medicoque inopinanti sæpenumero imponit. *In auribus*, inquit Celsus, lib. 6. cap. 7. *aliquanto maius periculum est, quàm in oculis: nam vitia ocularum intra ipsos nocent: Aurium inflammationes, doloresque interdùm etiam ad dementiam mortemque præcipitant; quo magis inter initia succurrendum, ne maiori periculo locus sit.* Ad aures igitur cum per tenuissimas venulas & arteriolas fluxerit superuacaneus humor, membranulæ auditorio meatui circumtensæ, aut ei, quæ ossa intus in imo meatu circumambit, aut exiguo mallei musculo infigitur, distendit; ac cum exactissimi sit sensus òb neruulum, quem à quinto cerebri coniugio excipit, intensissimum excitat dolorem; minorem profectò, minorique discrimine, si pituitosa sit fluxio, vt ex lib. de affect. non rarò fieri didicimus, quæ angustissimas partes, venulas videlicet, atque membranulas, vel flatulento spiritu, vel propria mole distendens, vel salsa aliqua, erodentique facultate exulcerans, dolorem inuehit absque eo, quod multum inde cerebrum patiatur; ex quo fit vt senes, quorum temperamentum friggidum est, humoresque friggidi, qui in ijs plerumque coaceruantur, minus periculosè ab harum morbis infestari consueuerint. At si humor calidus fuerit, vt sanguineus, vel bilioſus, tunc vnà cum phlegmone febrem

Aurium affectiones nunquam contemnendæ, sæpè enim inopinantes fallit.

Aurium morbi periculosiores quam oculorum.

Aurium dolor intensus, & cur.

Ab aurium morbis senes minus periculosè infestantur, quam Iuuenes.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 175 sur 478

©BIUM

brem accendit, maximumque deducit in discrimen, ob cerebri proximitatem, quod in consensum facillimè ducitur: nam vel eius spiritus intensè calefaciendo, atque inflammando exagitat, dissipatque; vel propagato communicatoque phlegmone, eius substantiam vitiat; vel ingenti dolore euocatis vndequaque humoribus, vitiosa materia replet. Huc accedit acuta febris, assiduæque vigiliæ, quæ omnia delirium præminantur; iuxtà aphorismum 3. progn., & in coacis animaduersionibus registratum *Auris dolor acutus cum febre continua ac forti, horrendus est: periculum enim est deliraturum esse hominem, ac periturum: quoniam igitur fallax hic locus est, citò mentem adhibere conuenit omnibus alijs signis à prima die; pereunt autem iuniores homines à septima die, & adhuc citius ex hoc morbo; senes verò longè tardius: nam & febres, & deliria minùs ipsis accidunt, & hac de causa aures ante suppurantur. Verùm his quidem ætatibus recidiuæ morbi contingentes, plurimos occidunt. At verò iuniores, priusquam suppuretur auris, pereunt; nam si pus album effluxerit ex aure, spes est iuuenem superstitem euasurum esse, si sanè & aliud quoddam bonum signum ipsi accedat.* & 6. epid. sec. 6. *Per aures, ex auribus plerumque tertio die moriuntur*'. Morbosa igitur materia sensim quandoque in pus mutata, membranam erodit, & per anfractuosum auris meatum foràs egreditur, fedaturque dolor: Quinimmò ni cito opportunis auxilijs exsiccando opituleris, sordidum euadit vlcus, ac sinuosum: sique in longum protrahatur tempus, obcallescens demum, in fistulam cedet, quæ est arctus, oblongus, & callosus sinus aliquatenus indolens.

Cerebrum quomodo ab auribus afficiatur.

3. prog. n. 22 Coacar. n. 2.

Aurium morbi exitiosi.

Fistula quid sit.

Violenter enim procedit. vi expellentis à nobiliori parte naturæ, vel feruidæ agitatæ materiæ: non potest etenim absq; violentia in arctissimas aurium venulas noxius humor intrudi. Secùs quàm accidit in naribus, cuius meatus latiores atque patentes sunt. Ad hoc autem vt fiat dolor, qui tristis est, molestaq; sensatio à Sensibilibus qualitatibus confestim agentibus, atque vnitatem dissoluentibus, debet mutatio fieri confertim & violenter ad præternaturalem statum, vt docuit Gal. 12. meth. c. 7., & lon-

Pluxio ad aures cur violenta fit.

Dolor quid sit.

©BIUM

& longè prius Plato in Timæo, & in Philebo: violentia nãq; ſubitaq; mutatio, adeò naturæ contraria eſt, vt quamuis alteratio ad naturalem fiat ſtatum, dolorifica tamen eſt, vt ij ſatis experiuntur, quorum pergelidæ manus derepentè calefiunt; cum tamen, ſi ſenſim fiat calefactio illa, iucunda ſit. Sed de his latius infrà.

Dolorem autem exhibet. influens ſcilicet humor, **donec in fiſtulam redactus fuerit.** locus videlicet fluxione infeſtatus. Irruens namque humor, partes, quibus infartus eſt, primo diſtendit; deinde in pus immutatus, quaque verſus corrodit, ſinuoſumq; effingit vlcus; ac dum vnitatem diſſoluit, ſemper dolorem excitat, quem proinde dicit Galen. 1. de ſympt. cauſ. cap. 1. ſuum habere eſſe in generatione: facta etenim continui ſolutione, obduratiſq; caui vlceris lateribus, ceſſat omnino dolor; vtq; aliàs pronunciauit Hippocrates, *dum alteraſcit & corrumpitur natura, dolores fiunt*, quod latius explicat Gal. lib. de inæquali intemp. cap. 3. Neque dicas Cydis filium, auris dolore rheumatoſo, fiſtuloſoq; à pueritia aſſidue infeſtatum fuiſſe, vt habetur 7. epid., nam ſi Ἄλγημα; ideſt, dolor pro ſymptomate ibi accipiatur, impropria nimis reddetur oratio: dolor enim ineptè dicitur fiſtuloſus. Pro morbo itaque, atque ipſa ægritudine, ibi accipienda ea dictio eſt, quemadmodum pluries Hippocratem conſueuiſſe annotauit Galenus in exegeſi, pluribuſq; probauit Foeſius in Oecon. Ex quo habetur loco præallegato ægrum illum abiq; dolore plerumq; extitiſſe; quia eatenus quandoq; dolebat, quatenus acris fluxio aucta interdum, nouas adoriebatur partes, quas lancinans, doloré excitabat; fiſtuloſum tamen vlcus calloſumiam redditum, indolens omninò erat. Qua in re licet Naturæ prouidentiam admirari, quæ cum corpori vniuerſo ſenſum tactus impertita fuerit, vt voluptate ac dolore quæ conſeruatiua ſunt, aut deſtructiua dijudicaret, vt illa ſequeretur, hæc autem quoad poſſet, euitaret; ſecuta partis corruptione, ſeu ſolutione continui; etſi particula illa peximè tunc ſe habet, ac fruſtrà iam admonetur de imminenti diſcrimine, ceſſat dolor, quaſi ad tempus ſenſum adimat,

Fiſtuloſus vlcus tunc dolet, dum fit, non poſt quam facta eſt.

nu. 5.

Dolor pro cauſa doloris non raro accipitur ab Hippocr.

Cur ſenſus tactus per vniuerſum corpus à natura diſperſus ſit.

ne

©BIUM

ne animal iam crudeli ſymptomate tunc temporis fruſtrà crucietur.

XI. Auris dolor vt curetur.

Ei verò, quem dolor affligit, medicamentum natura calidum, tepidum factum, & metopo dilutum, infundendum eſt, & retrò cucurbita medica affigenda, ſi ſiniſtra auris doluerit ad dextram, ſin dextra, ad ſiniſtram: non autem ſcarificando pertundere oportet, ſed vt trahat ſolum ſinenda eſt. Si vero per hoc dolor non ſedetur, frigefacientia à natura infundantur, & medicamentum potandum præbeatur, quod ſeceſſum deorsùm faciat, ſurſum autem non: quandoquidem vomitus non auxiliatur; & de cætero friggidis vtendum eſt, & ſemper non ſanantem variare oportet modum; & ſiquidem peius rediderit malum, ad contrarium te conuerte; ſi verò ad ſanitatem tendat, omninò nihil ab his, quæ adhibentur, auferre oportet, neque quicquam aliud addere aut apponere. Si verò iam in fiſtulam redactus fuerit, & multa purulenta ſanies fluxerit, quæ graueolens ſit, ſic facere oportet. Spongiam ſiccante quopiam ſicco medicamento imbue, & in aurem quam penitiſsime inde, & in nares purgatorium medicamentum mitte, quò ea, quæ prius in aures fluebant, in nares ferantur, & non id, quod morboſum eſt, in caput rursùs recedat.

HIppocrates lib. de artic. bonũ aliquando medicamẽtum eſſe dixit, etiam nullũ adhibere medicamentũ ad aures: Vnde Liuius anſam fortaſsè dicendi deſumpſit *Medicos plùs interdum quiete, quàm mouendo atque agendo profeciſſe.* fruſtrà itaq; tam diligens ad aures modo inſtituta videtur curatio. At breui hunc eximemus nodum, dicentes Hippocratem ibi locutum eſſe de fracta aure externa, hoc eſt, auricula; à cuius morbis, nu. 5.

©BIUM

bis, cum longius à cerebro diſſita ſit, vix vllum imminet diſcrimen, cum tamen alia ex parte deligationes quaſcumque ægreferat, itaut etiam ſana, ſi deligatione preſſa ſit, dolore, pulſatione, & febre afficiatur: ac proinde ſi fracta extiterit, à cataplaſmatibus grauatur, & à deligatione quacunque male habet, atque iccirco ipſam quam minimum contingere conducit. Secus accidit in interna aure, cuius ægritudines & horrendæ ſunt, vt nuper diximus, & medicamenta ſine vlla deligatione retinet: Quapropter ſi phlegmone detineatur, dolorem quamprimum delinire ſtudendum eſt, fluxioque reuellenda, & deriuanda, ne morbus nimiùm, extrema cum cerebri clade, augeatur; ſedula adhibita cautione ne tactu, aut vi aliqua afflicta particula irritetur. Quod præceptum omnium potiſſimum eſſe in aurium curatione monuit Gal. 3. catatop. c. de dol. aur. ab inflamm. oborto: Vnde in Parmi-
num. 26. niſci filio 5. epid. profuit auricularem clyſterem non adhibuiſſe, eò fortaſſe, quòd vna cum ſurditate, dolorosa aliqua aderat affectio, ac proinde otenchytæ, ſeu aurifuſorij illius ſpecili contactus, tum violenta iniectio, ſeu eiaculatio, dolentem partem lædere potuiſſet. Perpulchra itaque iam proponitur otalgiæ curatio, apertis ſanè verbis exarata, ex qua non leuia curatiuæ methodus præcepta haurire fas erit, cum non pauca nobis ſe ſe offerant circa ipſam contemplanda. Et Primò quidem Hippocratis ingenuitas, virtus profectò magnorum ingeniorũ propria, aliàs in Viro hoc à Celſo diſertis verbis celebrata: haud etenim erubeſcit liberè fateri non ſemper ei, quamuis Diuinum penè ingenium obtinuerit, de morbi natura compertum eſſe: latent ſiquidem quandoque morbi in penitiſſimis partibus, ita vt nullum neque exiguum de ſe indicium præbeant, vt eorum natura certo explorari poſſit. Artu. 19. ficioſa quapropter tunc coniectura vtendum eſt, vt docuit etiam lib. de arte; *ſæpè enim quæ oculorum conſpectum effugiunt, mentis oculis obtinentur & ſuperantur*: atque vbi omnia ſunt adeo incerta, præter cæteras ratiocinationes, licet inſuper leuiora quędam experiri præſidia, vt ex medicamentorum effectu, morbi Idea tandem deprehendatur & cauſa. Quod argumentum ſic àb euentu deſumptum, quod clariùs pro-

Auricula male affecta vix vllis admittit medicamentum.

Hippocratis ingenuitas.

Celſ. lib. 8. cap. 4.

Occultus morbus leui medicamẽto explorandus eſt.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 179 sur 478

©BIUM

ponitur infrà t. 28. lib. 3. & certissimum est, & Hippocrati non raro in more positum; vt constat ex 2. aph. 17. nec non lib. 2. de morb. A leuiori siquidem auxilio si leuior reddatur nu. 16. morbus, demonstrata iam via est, quòd ita est curandus: at si peius habeat, vt inquit loco iam citato, contraria facienda

lib. 3. t. 28.

sunt. secùs quidem, quam præcepit 2. aph. 52. dum certissimis coniecturis morbi diagnosis nititur, eiusque infallibilis extat certitudo. *Facienti omnia secundum rationem, si non secundum rationem succedant*, inquit, *non oportet transire ad aliud manentibus ijs, quæ visa sunt à principio: sæpè enim*, vt docet Cel-

Cels. lib. 3. cap. 1.

sus, *pertinacia iuuantis morbum vincit*. Id itaque obseruat Hippocrates, dum interna auris laborat, cuius obliquus angustusque meatus ad cerebrum vsque pertingens, cum in petrosi ossis anfractibus altè occultetur, occulto plerumque laborat morbo; ita vt vix aliud, quam intollerabilem ferè cruciatum perpendendum exponat. Calida itaque fomenta hic incipit primò experiri, quoniam cum nulla de febre habeatur mentio, morbusque à cerebro pendeat, in quo friggidi plerumque colliguntur humores, iure suspicari poterat morbi materiam friggidam esse & crassam, proindeque calefacientibus indigere atque attenuantibus, quale est Metopium vnguentum, sic dictum, teste Dioscoride, ob Galbani mixtionem; lignum enim, in quo Galbanum nascitur, Metopium vocant. Sunt qui scribunt Metopum; mendosè tamen, vt sentit Mercurialis: Quinimmò quoties Netopon apud Hippocratem scriptum reperitur, vt sæpissimè in libris muliebribus, Metopium restituendum vult Gorræus in suis definit.; nec non Foesius in Oeconomia. Huius verò vnguenti compositio habetur non modò apud Dioscoridem loco cit.; verùm etiam apud Aetium, Aeginetam, & Nicolaum Myrepsium. Metopio pariter vtitur Hip. 5. epid. nu. 26. in filio Parmenisci surditate laborante, vbi videndus Vallesius: qua etiam voce interdum dulcium Amygdalarum oleum significatum est. Vnguentum hoc calefacit vtique vehementer, adurit, atque extrahit; alijs proinde admixtum calidis, humidisque fomentis, pituitam attenuare, atque discutere quam optimè poterit.

Metopium vnguentum quod nã sit. Dios. lib. 1. cap. 60.

Aetius tetrab. 1. ser. 1. Ægin. lib. 8. de re medic. N. col. sec. 16.

In morbis dolorẽ quã

Notandum secundo in morborum curationibus, vbi præ-

fertim

©BIUM

sertim dolor infestat, Hippocratem statim ad localia deuenire remedia, vt symptoma aliquatenus sedetur attemperata parte, & discussa paulisper coniuncta materia: vt aduertit etiam Mercurialis lib. 4. de vitijs artic. cap. 1. Neque interim prætermittit, si opus sit, antecedentem reuellere, ac deriuare. Quæ methodus & grata Ægrotantibus est, & rationi consentanea, cum certum sit à doloribus potentissimè concitari fluxiones: neque àb ea abhorret Galenus, nisi in peculiari casu, vbi videlicet insignis adsit totius corporis vel plenitudo, vel cacochimia: tunc enim àb vniuersali exinanitione exordiendum est, vt expressis verbis docuit 6. de compos. med. sec. loc. cap. 1. inquiens. *Etenim venæ sectione vtimur, & purgatione, & clysteribus & inedia vbi totum corpus apparuit aut multitudine humorum refertum, aut eorundem malitia vitiatum: si verò neutrum horum adsit, statim ad curationem per localia remedia deuenimus.* Quid clarius? Hinc Medicorum eorum est arguenda religio, apud quos piaculum est, etsi leuis adsit affectio, aliquid affectæ particulæ applicare, nisi vniuersalioribus prius administratis, maxima ægrotantium molestia, qui citò & iocunde curari exoptant, quasi sit vniuersaliter accipiendum, quod à Galeno in peculiari casu statutum est; cum tamen maior absq; dubio attractio fiat à dolore, symptomate infestissimo, à quo spiritus atque humores plurimùm agitantur, quàm à medicamenti caliditate, quæ parùm plerumque, aut nihil mediocritatem excedit; ac dum longinquioribus hostibus occurrentes, eos, qui iam oppugnant, prætermittimus; pars debilior redditur, & morbus maxime stabilitur. Quinimmò si hanc methodum passim registratā reperimus apud Hippocratem, Hippocraticos omnes, Asclepiadeosque Authores, vt patet legenti libros de morbis, de inter. affect. & alibi, in arcendo dolore pleuritico, alijsque huiusmodi; quot seculis credimus apud præclarissimos Medicos hunc vsum inualuisse? Quot ægros sanitati ità restitutos? Quòd si obseruassent à localibus medicamentis antè vniuersales euacuationes administratis, dolores plerumque exacerbari, num adeò inepti credendi sunt, vt nescissent errorem hunc corrigere? At dicet fortasse aliquis, vitæ intemperantia non adeò apud ipsos vigebat,

primum sedare studendum est.

Localia medicamenta vbi tutim adhibere liceat.

Dolor maxime attrahit.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 181 sur 478

©BIUM

ac proinde non nisi valdè rarò corpora nimium repleta ibi reperiebantur: secùs quam accidit in nostris regionibus, vbi propter excessum in victu vix aliquem reperias, qui pletoria, aut cacochimia non laboret. Quasi non omnis luxus ex Asia & Græcia hùc effluxerit. Nonne Græcos vitiorum omnium genitores vocauit Plinius, quos proinde ex Italia vniuersa pellendos censuit Cato? Non ne omni morborum generi obnoxij erant, quotquot vna victus intemperantia producere consueuit, adauctis suprà modum excrementis? Desunt fortasse eorum historiæ in epidemijs, qui ex quouis intemperantiæ genere in maximas ægritudines inciderunt? Quoties vidimus Empiricos quosdam, vel petulantes mulierculas vna vel altera pyxide, qua linimenta aliqua ad peculiares morbos præparata secum deferunt ijsque nulla præparatione vtentes, non sine rationalium Medicorum ignominia & nominis, & gratiæ non parum apud vulgus sibi comparasse? Quod si semper frustrarentur euentu, vel morbos vt plurimùm exacerbarent, non æquè benè cum ijs ageretur. Concludamus igitur nihil perpetuum esse in Medicina, sed omnia ad rationis normam esse reducenda, non neglecta experientia. Ea autem, quæ in magnorum Authorum voluminibus, pluries regiſtrata reperiuntur, vt vetustatis monumenta veneranda esse, neque vnquam spernenda, etsi antiqua caligine inuoluta, minus rationabilia quandoque nobis appareant, vt quæ ex ingenijs plusquam humana sapientia præditis emanauerint.

Omnis luxus ab Asia hùc delatus est. Græci vitiorum omnium genitores. Pl. lib. 25. nat. hist. c. 4.

Quæ in priscorum libris pluries regiſtrata reperiuntur, etsi minus rationabilia apparent, nunquam tamen sunt spernenda.

Notandum tertio, cum Auris in capitis latere locata sit, perexiguam illi esse cõtrarietatem ex antè & retrò: nam si quis post ipsam laborantem cucurbitulas applicaret, hæc potius dicenda esset deriuatio, òb nimiam proximitatem, quàm reuulsio. Si ergò reuellendum sit, vel trahemus è sursum deorsum, & sic spatulis & cruici applicandæ erunt, vt communiter fit, seruata partis rectitudine; vel imitatione Hippocratis, è dextro in sinistrum, atque ita per hanc non modo contrarietatem, optimam moliemur reuulsionem, sed proximius euacuabitur caput, cuius nimia repletio iam supponitur morbi fons perennis atque origo. Cæterum cucurbitulæ dolen-

©BIUM

dolentibus Auribus vel Capiti ſemper præſentaneum præſtitere auxilium; vnde 6. epid. ſec. 6. part. 29. *Ad Auris dolorem cucurbitulam affigito*. & lib. de iudicat. initio. *Caput circum circa dolenti, quicunque ex ſupernis locis doluerit, cucurbitulam affige*.

Cucurbitulæ affectis auribus & capiti præſentaneum ſũt auxilium.

Notandum quarto vbi morbus à friggida cauſa pendet, & laborans pars friggida ex ſui natura eſt, Hippocratem non admittere ſanguinis euacuationem: quapropter cucurbitulas hic applicat ſine ſcarificatione, contenctus reuulſione tantum, quę fit trahendo. Quod ſalutare præceptum puto àb ipſa experientia didiciſſe in caſu Alicarnaſſenſis illius, annorum quinquaginta quinque 7. epid., cui cum Caput & Auris per hyemem vehementer doleret, ſecta fuit vena, à qua refrigeratum eſt caput, mente motus eſt, non ſuppurauit, mortuus eſt.

In friggido aurium & capitis morbo ſanguis, non hauriendus.

nu. 54.

Notandum quinto materiam aures infeſtantem commodè deriuari per nares, vt docuit etiam aph. 60. ſec. 4. *Quibus in febribus Aures obſurduerunt his ſanguis è naribus effluxus, morbum ſoluit*. Meritò igitur hìc vtitur naſipurgijs Hippocrates; nam ſicut reuulſionis proprium eſt trahere in rectum, ſic deriuationis in obliquum.

Morbifica aurium materia per nares deriuanda.

Notandum 6. Hippocratem, poſtquam periculum fecit de morbifici humoris natura, eumque calidum eſſe coniecit, vnde ad refrigerãtia curationem conuertit, vomitum prohibere tanquam minimè proficuum; præcipere vero alui deiectionem, contra ac docet lib. de affect.; vbi auris dolorem à pituita curans, hanc vomitorio euacuat. Cuius varietatis rationem affert Martianus annotation. in eundem librum: nam cum peccat materia calida, quæ in partibus inferioribus, in hepate videlicet, viſceribuſque, ſedem obtinet, & corpus bilioſum eſt, haud conuenit vomitus, per quem humor iſte pertenuis ac lenis, facillimè aſcendit, partemque affectam versùs concitatur: per inferiora ergo tutius euacuabitur. At ſi pituitoſus humor morbi cauſa extiterit, qui in capite, vt in naturali ſede præcipuè viget, vomitus tunc præferendus eſt, à quo promptius ſuperiores euacuantur partes. Neque timendum eſt ob vomitus violentiam de capitis repletione; materia ſiquidem craſſa cum ſit, ſi eius portio infrà exiſtat, haud

Vomitus in morbis auriũ quandocom modus ſit quando ſecùs.

nu. 3.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 183 sur 478

©BIUM

haud facilè ad ſuperiora eleuabitur. Sed de hac re aliàs.

Notandum ſeptimo atque poſtremò Hippocratem in auriculari affectu friggido putato, etſi medicamentum virtute valde calidum adhibeat, cuiuſmodi eſt methopium galbano elaboratum, præcipere nihilominus tepidum applicari, eò quòd auris, cum nil aliud ſit, quam flexuoſa in petroſis oſſibus cauitas membranulis ficciſſimis circumuelata, ac proinde exanguis fere, atque excarnis, nullum ſuffert medicamentorum exceſſum in actuali caliditate aut friggiditate. Quod monuit etiam Galenus 3. de med. local. cap. 1. & clarius adhuc Auicen. lib. 3. f. 4. tr. 1. cap. 5. Actualis namque friggiditas ex aph. 18. ſect. 5. imbecillem exanguium calorem extinguit; nimia autem, atque actualis caliditas earum deſtruit temperamentum, ficciſſimaſque partes pænè adurit.

Auris nullũ ſuffert medicamentoſi exceſſum, & cur.

XII. Cæterùm vbi in oculos fluxio proceſſerit, oculi inflammantur & tument. Sic autem affectum hominem medicamento liquido, aut ſicco inſperſili curare oportet. Si verò ſtatim inflammati fuerint, nihil omnino illine; ſed aut fortiſſimè quam infimè vrito, aut alio quopiam aluum ſubducente medicamento attenuato, vitando ne vomitum facias. Si verò velut lapilli ſubter currerint, medicamentum illines, quod plurimam lacrymam ducere poteſt, & reliquum corpus humectabis, ac tumidum facies, quo oculi humidiores fiant, ac colluantur, vt lacrymam adſtrictam, ac compactam decurrere facias. Cum autem in oculos paulatim fluxerit, & pruritum fecerit; ſic affectum molli medicamento illines, quod ſiccare poteſt, ſimulq. modicam lacrymam ducere, & ad nares medicamentum adhibebis, aut ſingulis diebus, aut alternis eodẽ vtens. Sit autem tale medicamentum, quod non plus quam acetabulum per nares deducat, idque paulatim. Quod verò oculis adhibetur, reſiccet, vt quod

oculorum

oculorum pharmacum reſiccarit, ac obſtruxerit, idipſum ad nares feratur.

TErtia è conſpicuis fluxio eſt, quæ fertur ad oculos, qui, etſi innumeris obnoxij ſint morbis, vt vidimus text. 19. lib. 1., plerumque tamen phlegmone tentari ſolent membranæ illius, quæ corneæ adnaſcitur, diciturque coniunctiua, eò quòd oculum cum ſua orbita connectat: quæ vtique affectio Græcis antonomaſticè Opthalmia, hoc eſt, oculi morbus nuncupata eſt, Latinis verò lippitudo. Huius affectus cauſa poteſt quilibet eſſe humor, vt Sanguis, Bilis vtraque, & Pituita; qui omnes etſi humidi ſint actu; potentia tamen ex ijs nonnulli, bilis ſcilicet tum flaua, tum nigra, & ſalſa pituita, non mediocrem præ ſe ferunt ſiccitatem & acredinem, ſi aquilonia præſertim, ſiccaque Aeris conſtitutio præextiterit, à qua, vt docuit Hippocrates libro de aqu. aer. & loc., quòd liquidiſſimum & aquoſiſſimum in bile eſt, conſumitur; denſiſſimum verò, & acerrimum relinquitur. Quod idem accidit iuxtà eandem rationem, & in ſanguine. Abſumitur itaque humorum ſeroſitas ab aquilonia Aeris conſtitutione, vel etiam à proprio temperamento, ſi ad calidius & ſiccius accedat; augetur autem à pluuioſa atque auſtrina, vel ab humidiori corporis diſcraſia. Hinc triplex opthalmiæ differentia reperitur apud Hippocratem. Prima quidem humida, ex qua plurimus ſeroſus humor ſub lacrymarum idea effunditur, cuius meminit 1. epid. ſect. 2. tex. 6. Altera autem ſicca, in qua nihil per oculos effluit, ſed in angulis, ſeu in palpebris concretus apparet ſeroſus humor, cuius mentio habetur 3. aph. 12. & 16. Tertia denique ophthalmię ſpecies primarum duarum particeps eſt, vt quæ inter humidam, & aridam media exiſtit. Aliquid enim illacrymatur in ipſa, ſed mordacitatem acredinemque adnexam habent hæ lacrymæ. Has omnes ergo differentias hic curare docet Hippocrates, inquiens.

Opthalmię curatio.

num. 29.

Aquilonia cõſtitutio acrimoniam addit humoribus, & cur.

Ophtalmiæ triplex differentia apud Hipp.

Vbi in oculos fluxio proceſſerit, &c. per vaſa ſcilicet, quæ à pericranio per frontem & tempora in ipſos deducuntur. Tunc primò

©BIUM

primò in exiguas venulas, poſtmodum in adnatæ ſubſtantiam effuſi humores, ruborem, & tumorem, vna cum calore & dolore excitant. Ergo ſi inflammatio hæc paulatim proceſſerit, ità vt lentus motus ſignum ſit, neque multum exuberantis materiæ, neque plurimùm irritantis, ad localia ſtatim deueniendum erit, collyriaque àb ipſomet initio applicanda, ſiue humida, ſiue ſicca, primò quidem quæ facultatẽ habeant vaſa conſtringendi ne promptè recipiant, & quod in via eſt, repellant, atque ſic occurrẽdum ne vlterius procedat affectio; mox etiam ad reſoluentia deueniendum, modo id opus ſit.

At ſi ſtatim inflammati fuerint, &c. ità vt morbi initium cum incremento & ſtatu quodammodo confundatur; Quod fit vbi multa redundat excrementia materia, quæ illicò & confertim in oculos ruit; tunc localibus medicamentis omnibus eripitur opportunitas: neque enim repellentia conueniunt, cum nullum adſit vacuum, quò verſus repellatur, proindeq; materiam magis inculcarent, & craſſiorem, contumaciorẽq; redderent; neque reſoluentia, quæ perpaucum diſſoluere, attrahere autẽ multum poſſent, dum materia adhuc agitatur: magnum igitur tunc erit remedium nullum adhibere remedium, ſed ad intercipientia, reuellentiaque omnem curationem dirigere. Quapropter

Aut fortiſsimo quam infimè vrito, aut alio quopiam ducente medicamento attenuato. doctiſſimus Mercurialis labem latere putat in ijs verbis ἢ καύσαι κατωτάτω ἰσχυροτάτω, vrite quam infimè fortiſſimo: (etſi in omnibus codicibus ita ſcripta reperiãtur) eò ſcilicet quòd præceptum contineant diſcriminis plenum: nam periculoſa admodum vſtio eſt in oculis: ac proinde ita vult eſſe reſtituenda ἢ καθαίρειν κάτω τῷ ἰσχυροτάτῳ. purgato per inferna fortiſſimo: Quod tamen, (pace tanti Viri dictum ſit), neque probabile, neque neceſſarium cenſendum eſt. Eſt quidem improbabile, nam bis immediatè in eodem contextu cathartícum pharmacum ità proponeretur, vt liquidò patet legenti; non eſt neceſſarium, quia tum Hippocrati, tum cæteris vetu-

Mercurialis redarguitur

©BIUM

vetuſtioribus Medicis familiaris fuit profunda vſtio in oculorum morbis, quæ ad fluxionem intercipiendam, tum in tem-
aph.16. poribus, vt hìc inferius. *Huius venas viſiem prementes exurere oportet, quæ videlicet ſemper pulſant, & inter aurem & tempo-*
aph.22. *ra conſiſtunt*, atque has lib. 2. de morb. vrendas docuit donec pulſare deſinant: Vnde Ariſtot. problem. 5. ſect. 31. quærens cur cæci à natiuitate non fiant calui? Reſpondet. *An quia labefactat oculos humor multus conſiſtens in loco, qui eſt circa oculos; & propterea in defluxionibus ad oculos, venas, quæ ſunt circa tempora, inurunt, condenſantes humorum poros, & abradunt caput diſſecantes cutim, quæ eſt in ipſo?* Tum in ipſis oculorũ palpebris, vt videre eſt in libello de viſu, vbi modum id peragendi edocet, adminiſtrari conſueuit. Quam arteriarum exuſtionem in vſum reuocaſſe Fallopiũ
aph.1. narrat Giſnerus. Ita Celſus lib. 6. cap. 6. de ſuffuſione verba faciens, in temporibus venas adurere conſulit, & Paulus lib. 6. cap. 5., poſtquam docuit venarum inciſionem in temporibus, vbi capitis dolor, & acris calidaque fluxio oculos infeſtat, ſubdit. *Sunt qui cautherijs mucronatis vaſa abſque inciſione ad multam profunditatem adurant.* Iure igitur dum morbus adeò properè mouetur òb materiæ exuberantiam, vt de omnimoda oculi extinctione timendum ſit, ad intercipientia reuellentiaque ſtatim confugit, arteriaſque in temporibus, quà ſcilicet fluxio prætergredi vt plurimum conſueuit, quod ex ipſarum tumore, liuore, maiorique pulſatione conijci potiſſimum poteſt, altè exurit, vt arteria ità integrè exuſtà, aditus omninò intercludatur. Sed de hac re plura habẽtur inferius lib. 3. t. 40. Cæterùm cathartico totũ corpus euacuando atte-
aph.27. nuat, & àb ipſo cerebro reuellit. *Aluus enim eximanita*; inquit 2. de diæt. *ex reliquo corpore; & capite humiditatẽ in ſe ipſa trahit, nimiũ calidà exiſtens.* Euacuato autẽ capite Viſus & Auditus depurgantur: Vnde 6. aph. *Iappientem alui profluuio corripi, bonum.* aph. 17. & lib. de iudic. & in Coac.

Vitando ne vomitum facias. in vomitu nimirum repletur caput multis vaporibus, humoribuſque, qui in oculos deindè exprimuntur: hìnc aph. 3. ſect. 7. *A vomitu oculorum rubor, malum.* Atque hæc de humida ophthalmia.

Vſtio in oculorum morbis maximè fuit familiaris antiquioribus Medicis.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 187 sur 478

©BIUM

Si verò velut lapilli ſubter currerint. hìc aliam deſignat lippitudinem, aridam nempè, in qua nullæ effunduntur lacrymæ, ſed arefactæ atque concretæ in oculis inſident, ac oblædunt; pungendoque arenulas, ſeu lapillos emulantur. Quod fit, vti diximus, vbi colericus ſanguis, ſiue ob ſiccam, & aquilonarem, quæ præceſſit, aëris conſtitutionem; ſiue òb calidiorẽ cerebri diſcraſiam, ſero magna ex parte deſtitutus, per exiguas pericranei venulas arteriaſque in adnatam tunicam deuenerit, ibique quod ſupereſt ſeroſitatis à concepto calore magis exaſſatum, penitus exareſcit, coitque in lemas, ſiuè exigua illa, ſicca duraq; grana; quæ Rhodigino teſte, gramiæ vocãtur.

Lippitudinis ſiccæ natura & curatio.

Cel. Rhodig. antiq. lect. lib. 12. c. 6.

Medicamentum illines, quod plurìmam lacrymam educere poteſt. humidũ ſcilicet, vtquę à ſiccitate coiuere, humiditate diſſoluantur: *lacryma enim ſuppreſſa*, inquit lib. de viſ. in fine, *calefacit*. In ſicca igitur lippitudine humectantibus agendum eſt, quæ nõ modo concretam lacrymam, vt dictum fuit, emollire, ac diſſoluere poſſit, fluxibilemque reddere, vt morbifica inde materia euacuetur; cuiuſmodi eſſent fotus & lotiones ex calenti aqua, vel ex decoctione Maluarum, Violarum, Fœnugræci, & ſimilium, ex quo Hippoc. de humid. vſu, *calida oculis conuenit doloribus, ſuppurationibus, lacrymis mordacibus, ſiccis omnibus, &c.* Sed totum corpus humectandum, ac nutriendum eſt friggido, & humectante victu; vnde dulcis aquæ balnea peropportuna eſſent, cum vniuerſum corpus, contenctique in eo humores ad ſiccitatem vergere, vbi arida viget lippitudo, putandũ ſit. nu. 71.

Cum autem in oculos paulatim fluxerit, &c. Hæc tertia eſt lippitudinis ſpecies, quę inter humidam, aridamque medium eſſe obtinet, cum videlicet humores neque omninò ſunt à ſeroſitate deſtituti, ità vt exhauſtæ penitus ſint lacrymæ; aliquid tamen àb aquilonari tempeſtate, vel à calida cerebri diſcraſia paſſi ſunt, ità vt ſiccitatem aliquam vel acredinem contraxerint, quod manifeſtum ſit ex pruritu, quẽ excitat horum fluxio. Profluunt itaque in hoc affectu lacry-

mæ,

©BIUM

mæ, sed parcè ob humorum crassitiem, & mordaces: media ergo ineunda est curandi ratio, applicandumque medicamentum, quod non adeò humectet, sed siccitatis particeps sit, vt semel & simul exuberans quoquo pacto exhauriat serum, vt quod reliquum est facilius concoquatur; crassam verò, & semicoactam lacrymam diluat, fluxuique aptiorem reddat.

Ad nares medicamentum adhibebis, &c. percommoda est humorum deriuatio ex oculis ad nares, vel reuulsio ad fauces: vnde 7. epid. *Quibus fluxiones in oculis tenues & diuturnæ, si maturæ in nares processerint, prosunt.* & 6. epid. sect. 2. *Oculorum fluxiones si alias conducere videtur, reuellere ad fauces conuenit:* proximæ enim inter se sunt hæ partes, omnesque ab anteriori cerebro excrementa eliciunt. In maioribus autem oculorum angulis meatus latitat, caruncula coopertus, per quem, dum serositas in oculis nimis exuberat, facillimè & naturaliter egreditur, vt patet in flentibus, quibus lacrymæ è naribus plerumque distillant: iure ergo vtitur errhino pluribus diebus, quod paulatim non plus quam acetabulum educat, exigua hac mensura, quæ vncias duas circiter continet, mediocrem euacuationem esse oportere nos admonens. Leuia proindè sint in hoc affectu nasipurgia, & apophlegmatismata, vt ab oculis, proximisque partibus paulatim ac benignè euacuent, cæteros autem humores, qui in toto cerebro stabulantur, ne commoueant, ac maiorem excitent in oculos fluxionem, qui à præsenti morbo imbecilliores iam redditi, facili negotio quodcunque noxium recipiunt.

Deriuatio ex oculis ad nares cõmoda.

Lacrymæ ab oculis ad nares facile excurrunt.

Errhina in morbis oculorum non nisi leuia vsurpanda.

aph. 37.

Quod verò oculis adhibetur exsiccet, &c. vult vnà cum nasipurgijs oculare adhiberi medicamentum, quod leuiter siccandi vim habeat, vt sic nimia serositate exhausta, quod reliquum est, facilius coquatur, & crassescat, nè adeò promptè per affectam partem, oculos nimirum, euacuetur. Quicquid igitur crassius ità redditum est, ac proindè à collyrio obstructum, hoc est, obseratum, præpeditumque ne facilè per oculos exeat, errhinis deducatur ad nares, per

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 189 sur 478

©BIUM

quas poſtmodum innoxiè expurgari poterit. Quanta igitur cautione vtatur Hippocrates in medendo; vt morborum, medicamentorumque vires diligenter expendat; occaſionem, ſeu temporum opportunitates quanti faciat, vnuſquiſque per ſe in propoſita opthalmiæ curatione perſpicere poteſt. Collyria, tum humida ex aquis & ſuccis, tum ſicca & conſperſilia ex metallicis, aromatibuſque Hippocrati conſueta, ſi quis videre cupit, legat in calce libri de victu acut. & lib. 2. de morb. mul.

De Vict. acut. nu. 68. 69. In additis ad finem lib. 1. de morb. mul. nu. 3. & eſt in calce lib. 2. de morb. mul.

XIII. Medicamenta caput purgantia, quæ quidem fortia ſunt, à toto capite ducunt: quæ verò debilia, ab oculis, & hinc à vicinis naſo partibus.

Capipurgia fortia quidè à toto capite, leuia verò ab oculis proximiſq. partibus educunt.

ARrepta occaſione àb errhinis, quæ iam modo dixit in oculorum affectionibus eſſe adhibenda, quę leuia ſint, neque plus, quam acetabulum educant; idque paulatim & leniter; vniuerſalem obiter nunc interijcit doctrinam de medicamentis caput purgantibus, quæ procul dubio naſipurgia ſunt principaliter, vt quæ à ſolo capite, proximiſque partibus humores, qui circà cerebrum, eiuſque meninges excurrunt, per colatorium immediatè educant; minus principaliter etiam maſticatoria, quę apophlegmatiſmata à phlegmate, ſub cuius idea euacuant quicquid educunt, appellantur: hęc enim non adeò propria ſunt capitis, cum etiam à ventriculo non nihil expurgare ſoleant: vna ſiquidem tunica eſt, eademque, quæ interiorem ventriculum atque palatum circumueſtit: non poteſt proinde, quod manditur medicamentum, capillamenta venarum, meatuſque in palato ſua caliditate aperire, & interna trahere cerebri purgamenta, quin trahat pariter à ventriculo. Horum ergo alia fortia cum ſint, vel quod ſummo vigeant calore, & acredine, vel quod electiuè trahant; alia verò debilia: illa quidem à toto educunt capite, agitant multum, ac læſam partem versùs, oculos nimirùm, concitant: hæc autem proximiores ſolummodò emundant partes; quapropter tutiora in oculorum affectibus reputantur.

Maſticatoria à capite & à ventriculo trahit.

Si

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 190 sur 478

XIIII. **Si autem à carne & oſſe, muco inter os & carnem ſubſiſtente, fluxus ad oculos fiat, ex hoc manifeſtum ſit, quod inde profluit. Cutis in capite compreſſa cedit, & vlcera in capite enaſcuntur, vt oculi lacrymantur, & palpebræ non exulcerantur, nec mordax eſt fluxus, nec viſum hebetat, ſed homo ipſe acutius videt: fluxus enim non eſt ſalſus, vtpote non de cerebro, ſed magis mucoſus.**

Fluxio ad oculos ab externa capitis parte.

LAeduntur oculi non modò àb interna capitis cacochymia, vt ſuperius explicatum eſt; verum etiam àb externa: nam ſuperuacanea excrementa & intra caluam in cerebri latebris, eiuſque ſubſtantia coaceruantur, ſiue congeſtione ob læſam craſim, à qua naturales vitiantur facultates, ita vt alimentum haud bene conficiant; ſiue infernarum partium euaporatione; Et extrà cranium, inter ipſum videlicet, & cutem, ſeu muſculoſam membranam, quam hìc carnem appellat, eò quòd in capite carnea peculiariter ſit, quæque cuti ſubſtratur: Ibi enim cuiuſcumque humorum generis colluuies non rarò colligitur vel ab internis cerebri partibus per caluariæ ſuturas, aut venarum oſcula, quæ plurimæ ibi àb externis iugularibus deductæ terminantur, adueniens; aut ibidem à læſa facultate, aut vitiato alimento, aut praua ſuliginum expiratione ob capitis craſſam denſamque cutem genita, à qua morbi non pauci poſtmodum procreantur, vt latè explicat Fernelius lib. 6. pathol. cap. 18. Ab hac igitur externa capitis cacochymia epiphora interdum, ſeu illacrymatio ſuccreſcere conſueuit; cuius proinde ſigna hìc proponuntur, vt àb interna eam dignoſcere valeamus. Cutis namque capitis in propoſitio caſu, à latentibus ſub ſe excrementis craſſior reddita, ſi prematur, in ſe coacta cedit, veſtigium velut cæra retinens, eò quòd humores in ſpiramentis atque poroſitatibus, & ſub ipſa ſtabulantes, neque benè apponuntur, neque aſſimilantur, ſed inutiles ibi remanentes, à compreſſa parte diſcedunt, ac ſubterfugiunt, vnde locus cauus remanet, cum ne-

Excrementa in calua, quemodo cumulentur externis.

©BIUM

nequeat eueſtigio ad priorem locum recurrere ob craſſitiem & lentorem, quem plerumque adnexum habet. Huius autem congeſtionis craſſior pars, quę fluxioni ineptior exiſtit, ex mora aliquatenus incaleſcens, aliquam contrahit acredinem, cuius erodenti vi vlcera deinde in capite excitantur: Pars verò tenuior à leui quauis occaſione, ſiue caloris, ſiue frigoris, è ſua ſede turbatur, & deorſum inter cutem, cranium, & pericranium præterlabens, ſub lacrymarum ſpecie in oculis innoteſcit, vlla abſque palpebrarum exulceratione, cum aqueus ſit hic humor, neque vllam à mora caliditatem contraxerit, ex qua acredinem ſibi adſciuerit: Neque viſum hebetat, cum haud tenax & viſcidus ſit, itaut poſſit, quemadmodum in albugine, telam oculis prætendere, ſed potius homo ſic affectus acutius videt, tum quia aquea hęc fluxio corneam quodammodo abſtergit, magiſque reddit perſpicuam: vnde Plinius nat. hiſt. lib. 11. cap. 37. *tenuioribus*, inquit, *multiſq; membranis oculos natura compoſuit; calloſis contrà frigora caloreſque in extremo tunicis, quas ſubinde purificant lacrymationum ſaliuis.* & Lactantius Firmian. de Dei opific. cap. 10. *Oculorum acies; ideſt, membrana illa perlucens, quam ſiccari & obareſcere non oportet, niſi humore aſſiduo terſa pure niteat, obſoleſcit,* & Ariſtoteles probl. 9. ſec. 31. Quærens cur aliqui poſt ophthalmiam acutius vident? Reſpondet *an quod per eam oculi purificati ſint: ſæpenumero enim exterior denſitas obfuſcat viſum; lacrymanti autem ſoluitur: propterea & morderi confert, vt Cæpe; alterum verò inimicum, vt Origanum.* Hinc idem Ariſtoteles Alexandrum Macedonem inſtituens, præcepit ad viſionem conſeruandam, vt oculos limpida aqua ſæpè ablueret: lotio ſiquidem ex gelida aqua oculos abſtergit, claros nitidoſque reddit, ſanos præſeruat, viſum acuit & confortat, in iuuenibus preſertim, vbi potiſſimum calidi ſpiritus & humores abundant: aquei enim ſunt oculi à proprio temperamento, vnde à ſimili conſeruantur: ignei verò ſunt ob complures affluentes ſpiritus, qui attemperatione indigent: hinc Paulus ad oculos à caligine preſeruandos, gelida aqua diu ſubmerſos apertos detineri præcipit. Acutius tum etiam vident in hac illacrymatione ægrotantes, quòd cerebrum, ſuperuacanea materia ad

Capitis vlcera.

Oculi perſpicaciores ob aqueam fluxionem.

Poſtophtalmiâ acutior viſus quibuſdam & cur.

Cæpe viſui confert.

Aquæ lotio oculos purificat, præſeruat, viſum acuit in iuuenibus.

cutem

©BIUM

cutem &extimas partes detruſa,adeò expiatum remanet,vt nitidiſſimos ſpiritus ad oculum tranſmittat, vnde perfectior celebratur viſio;contrà id,quod accidit dum àb internis partibus pituita per venas defertur ad oculos: nam, vt inquit lib. 2. de morb. initio, *Cæcutiunt cum ad venas in oculis peruenerit pituita: aquoſior enim fit viſus, & turbulentior, & ſplendor in oculis non ſimiliter ſplendidus eſt*. Rationem denique ſubdit, cur ſalſa & nitroſa non ſit hæc fluxio, videlicet quia non de cerebro procedit,ac penitioribus eius partibus, vbi concluſus, & coarctatus humor plurimum incaleſcit, indeque craſſiores partes aduruntur, quæ cæteris aquoſioribus commixtæ, ſalſedinem pariunt: præterquam, quod eo loci non benè diffiantur humores, proindeque putredinem facillimè contrahunt, ſalſique
aph.11. euadunt: vnde Hippocrates lib. de inter. affect. *cum caput pituita impletum ægrotarit, & calor acceſſerit, pituita in capite computreſcit, vt quæ moueri non poteſt vt decedat. Poſtea cum craſſefactæ fuerint, & putrefactæ, ac ſuperexpletæ venulæ, fluxio in pulmonem fit, & pulmo vbi ſuſceperit, ſtatim ægrotat, vt qui à pituita*
aph.46. *mordetur, quæ ſalſa eſt, ac putrida.* & lib.2. de morb. *cerebrum concaleſcens ſalſuginoſum humorem effundit*. Secus quam accidit in externis partibus, vbi, etſi craſſa admodum ſit capitis cutis, neque adeo intenſus concipitur calor,neq. ab impedita ventilatione tam facilè putreſcunt humores. Iure igitur excrementitia hæc materia mucoſa potius erit & cruda, cuiuſmodi eſſe conſuetuit offium, membranarumque excrementum.

Fluxio ad oculos niſi ex penitioribus cerebri partibus procedat, ſæpe nitroſa & acris non eſt.

Cerebrum incaleſcens ſalſuginoſũ humorẽ effundit.

XV. Hunc ſic ſanare oportet. Medicamento caput purgandum eſt, non forti, & corpus attenuandum, & cibis & medicamentis infrà corpus ſubducentibus, donec attenuato corpore fluxus reſiccetur, aut medicamento in nares indito emoueatur. Verùm ad ipſos oculos nullum pharmacum adhibendum eſt. Si verò neque ſic ſanus fiat, caput ſecare donec ad os peruenieris oporter, non ſuperficialibus neque tranſuerſis, aut obliquis fixuris incuſſis vſque quo os ipſum pertingeris: frequenter autem ſecare oportet, vt compa-

Fluxionis curatio à pericranio prouenientis.

ctus

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 193 sur 478

©BIUM

ctus humor citius prodeat per vlcera effluens, & simul vt frequentes sectiones extensionem carnis ad os faciant. Sic mederi oportet si huic modo res succedat. Si verò hæc non commoda fuerit, & fluxus non eluitur, vt elutus acutè cernere faciat, semper ab incumbente oculi magis splendescentes fiunt, & acutus visus hominis extinguitur.

Lacrymarũ fluxus ab externa capitis cacochymia

LAcrymarum effluxum ab externa capitis cacochymia iam curare edocet: cumque morbus à repletione pendeat, ab euacuatione iurè exorditur, quærens caput, & vniuersum corpus tenui victu, purganti medicamento, alijsque particularibus euacuationibus deplere, atque attenuare, quò fluentis materiei fons exhauriatur: Caput tamen medicamento non forti purgandum monet, ne à validioris cathartici vi exagitata materia, vehementius in oculos irruat: Qua tamen in re Hollerius lib. 1. de inter. morb. in scholio ad cap. cit. de Ophthalmia sic locutus est. *Nonnulli è recentioribus Hippocratis authoritate moti, fortiores purgationes non probant, quòd sic commotus humor defluat in oculum; alij contra. Vidi contumaces Ophtalmias nõ potuisse curari nisi fortium catapotiorum vsu, hiera diacolocynth., & similibus id genus vehementioribus medicamentis. Sed omnia pro humoris quantitate & qualitate temperanda.* Oculis interim nullum pharmacũ vult adhiberi, non quòd Nil profit oculis, vt communiter adagio fertur; quod parœmia à Germanis originem traxisse narrat Fallopius, apud quos Nil significat spodium, seu thutia, quæ oculis plurimi esse iuuamenti consuevit: Quamuis enim vt verissimum fateri oporteat in localibus huiusce modi adhibendis plurima cautione opus esse, ob oculorum naturam, *quæ*, vt docet Gal. lib. 4. medicam. local. cap. 2., *excellentem mollitiem, & ad hoc vt lædatur; aptitudinem super omnem totius corporis cutem nacta est, propter sensus subtilitatem & substantiæ raritatem*: quapropter verendum est ne plus nocumenti, quàm opis, sæpesæpius afferamus: præterquamquod idem Galenus libro citato cap. 4. asserit ocularium pharmacorum promissiones magnas esse, at effectum aliquando nullum, aliquan-

Medicamenta purgantia non sint fortia in fluxione ad oculos

Fallop. de fossil lib. c. 13. de pompholyge.

Oculi facile patiuntur à localibus, & cur.

Oculorum collyria ineficacia vt plurimum.

aliquando valde exiguum: Cum his tamen nullatenus inficiandum eſt, ſi debitè applicentur, proficua admodum non rarò experiri: vbi proprium ſcilicet aliquem affectum oculi contraxerint. Verum in caſu propoſito per accidens tantummodo laborare videntur, ob repletum caput, cuius morbifica materia innoxiè ferè per ipſos oculos lacrymando effunditur, proindeque ad capitis ſanationem & ipſos pariter bene ſe habituros rationi conſentaneum eſt. Quod ſi pharmaca non ſufficiãt, ad ferrum deueniri præcipit iuxtà aphoriſmi præceptum. *Quæcunque non ſanant medicamenta, ea ferrum ſanat. Quæ ferrum non ſanat; ea ignis ſanat; Quæ ignis non ſanat, incurabilia ſunt.* Aph. 85. ſection. 7. Cutis igitur ad os vſque incidenda in capite eſt exiguis inflictis vulnuſculis, quæ & crebra ſint, & profunda, ad cranium pertigentia, vt impactus humor penitioribus in partibus deliteſcens, attenuatus & attritus, per plures poſtmodum vias effluere queat: membrana autem illa muſculoſa, quæ ob ſubiectos latitantes humores non nihil à cranio diſiungi credendum eſt, ita vt illi non æqualiter adhæreat, ſed ſinum quodammodo ſeruet, vbi alij humores iterum colligi facillimè poſſent, frequentioribus hiſce vulnuſculis ad cranium vſque impactis, cranio quaſi configatur, vt ita dicam, omniſque nouo morbo auferatur occaſio. Cæterum non ſint obliqua, aut tranſuerſa, ſed potius in rectum, vt vulnerum labia inuicèm applicita permanere poſſint, atque ita citius vniri. Si ergo ex hac curandi methodo res feliciter & ex voto ſuccedat, ei inſiſtendum eſt, atq; ſic mederi pergendum ad perfectam vſque curationem. Narrat Theodorus Zuinger. Magnum Veſſalium curationem hanc inflictis vulnuſculis ad vſum feliciter reuocaſſe in Carolo vnico Philippi Catholici Regis Filio, cui ex quodam caſu caput valde intumuerat. At ſi iſthæc minus commodà ſenſiamus, ac nihil ferè opitulentur; ita vt lacrymarum fluxio neque ab internis, neque ab externis euacuantibus eluatur, hoc eſt, eximatur & ceſſet; & ablatus, viſionis organum purum atque abſterſum, cerebrum vero ab illuuie omni exipiatum relinquens, acutè cernere faciat, iuxtà problema nonum ſec. 31. ſuprà citatum; tunc à perenni hac contumacique fluxione oculus oblædi incipit: ab incumbenti etenim, hoc

Capitis cutis ſuture facta, ob latentem cacochymiã, vulnuſculis inflictis curatur.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 195 sur 478

©BIUM

Splendor in oculis cæcitatem portẽdens. Oculorum splendor vnde.

eſt, ab humore in ipſos oculos perenniter decurrente, ſplendeſcentes fiunt, videndique acuta acies vel hebetatur, vel extinguitur; Augetur quidem in oculis nitor in propoſito caſu, in quo imminet cæcitas, non ex crytallini, aqnei, albugineiq; humoris puritate; non ex tunicarum omnium, (corneæ præſertim, vbi pupillam attingit) tenſione & politura; non ex connati luminis fulgore ſpirituumque vbertate: ſed quòd à perenni feroſi & aquei humoris affluxu natiuus calor iam incipit in oculis extingui: atque hinc non modò membranæ, denſiores durioreſque redditæ, externum lumen magis reflectentes, ſplendidiores quodammodo apparent; verum etiam ipſæmet lacrymæ, quibus oculi perpetuò madent, ſtrigeſcentes, glaciei inſtar ſplendidius quid intuentibus repręſentant. Oculos autem, ſeu cutem ad friggidi humoris contactũ dureſcere, docuit Hipp. lib. de humid. vſu. Ad membranarum verò denſitatem duritiemque caligare, acutamque aciem extingui, teſtis eſt Ariſtot. probl. 9. & 14. ſect. 31. Viſuis namque ſimulacris, quæ à viſibili obiecto aſſiduè eleuantur, vel nullus tunc, vel difficilis patet aditus ad cryſtallinum humorem: præterquam quòd ſuffuſio ex contumaci adeò illacrymatione plerumque ſubcreſcere conſueuit.

XVI. Si in viſum, in humorem purum cruentus aliquis humor ingrediatur, huic viſus intrà oculum non rotundus eſſe appareat; propterea quòd in quocumq; ineſt cruentus humor, id ipſum non appareat. Huic itaq; deficit vt viſus rotundus appareat, & ante oculos aliqua moueri ipſi videntur, & nihil re vera videt. Huiusvenas viſum prementes exurere oportet, quæ videlicet ſemper pulſant, & inter aurem & tempora conſiſtunt: & vbi has obturaueris, oculis pharmaca, quæ humectant, adhibe, & lacrymam quamplurimã prolecta, quò id, quod in oculis compactum eſt, & morbum facit, eluatur.

NItidiſſimum profectò eſt oculus; in ea potiſſimum parte, quæ inter cryſtallinum corneamque poſita eſt; quàque

©BIUM

que pupilla exeuntibus radijs, ſpectriſque viſilibus à lumine illuſtratis, aduenientibus, iter aperit: puriſſimo itidem nutritur alimento, vt aliàs ex Hippocrate docuimus. Iure ergo à craſſo quolibet, quod perſpicuitati impedimento ſit, hoc lucis ſplendentiumque colorum receptaculum læditur: Atq; vbi in viſum, ſeu potius, viſionis inſtrumentum, craſſus aliquis vel vapor, vel humor, ſiue cruentus ſit, ſiue bilioſos, ſiue pituitoſos, aut melancolicus, per opticos neruos, aut per membranas, membranarumque venulas, & arterias deſcenderit, & connatos, puriſſimoſque humores, aqueum, vel vitreum, nec non membranas ante cryſtallinum poſitas, obſederit, tunc ſi extranea hæc materia peruia aliquo pacto ſit, ita vt innato lumini vnà cum ſpiritibus irradianti, viſilibusque ſimulachris aditum penitus non intercludat, extraneo tantùm inficit colore, proque colore intus exiſtente, colorata etiam apparent viſibilia obiecta. Atqui ſi coacta fuerit, atque opaca, (nam hîc cruentum aut pro craſſa qualibet materia poſitum eſt; aut cruentus humor, non quatenus rubore ſuffunditur, ſed quatenus craſſus, radijſque impenetrabilis eſt, præternaturales parit affectus, qui in præſenti textu recenſentur) vel totam fortè pupillam occupat, & integram inuehit cæcitatem; vel pupillæ partem; & tunc tantum de naturali illius rotunditate demitur, quantum erit pars à coacto humore vel vapore obtenebrata; quem poſtremum caſum tantumodo hic ponit Hippocrates, dum ita affectis pupillæ figuram deprauatam apparere aſſerit. Deprauata præterea eſt viſio, dum quædam ijs videntur præ oculis obuerſari, vt pili, muſcæ, aliaque huius generis, & nihil re vera vident: ſub varijs namque imaginibus hæc ſe ſe offerunt, pro diuerſitate formæ concreti vaporis, vel humoris, inter cryſtallinum corneamque exiſtentis: atque inſtabiles ſunt donec in veram ypochyſim firmentur; quę vtique affectio Medicis imagines & phantaſmata appellatur. Cæterùm morbo hoc laborantes curat intercepta primùm fluxione, combuſtis, ac cicatrice obſeratis arterijs ijs, quæ in temporibus pulſant, per quas viſum premi lædique plerumque contingit, de qua vſtione plura diximus ſuprà text. 12., eamque laudauit Auicen. lib. 3. f. 1. tr. 2. cap. 33. modumque id peragendi

Oculus inſtrumentum lucidũ à quocunque opaco læditur.

Viſibilia obiecta quando colorata apparent.

Suffuſionis ratio.

Spectra varia quandoque obuerſantur oculis & cur.

Oculorum venæ comburuntur in fluxionibus & cur.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 197 sur 478

©BIUM

gendi describit. Fernelius in consilijs *efficacissimam, inquit, ac utilissimè reuulsionem experior, quæ fit ab optico neruo in id canum, quod est in radice auris, & in connexione maxillæ ponè infimam auriculam: per id enim ramus est venæ iugularis intrò sibiens in opticos neruos vtrinque excurrens, eosque comitatur ad oculos vsque. In id igitur exiguum emplastrum vnguis magnitudine apponendum est, quod constet ex æquis partibus saponis nigri, & salis communis triti, vel aliud ex semine synapi & cantharidibus &c.* Oculis demum ea adhibet Hippocrates, quæ humectando, rarefaciendoque vim habent dissoluendi, attenuandique compacti ab oculi friggiditate humoris, vt vel in alitum deinde abeat, vel in lacrymas solutus euacuetur. Præstabit igitur primo oculum Maluarum decocto, Violarum, Anagallidis, & Origani fouere; deinde collyrijs agere, quæ fellibus varijs, vt Capræ & Perdicis, succis Rutæ, Chelidonij, Fœniculi vnà cum melle distillata elaborantur, vt quod fotu rarefactum est, acri collyrio demùm abstergatur. Quæ vtique cautio plurimi facienda est, ne, si acrioribus tantummodo agamus, tenuiori dissoluta parte, quod crassius est, terreum magis reddatur, ac penè indissolubile.

Optima fit reuulsio ab oculis ad auium radices & cur.

Suffusionis curatio.

XVII. Si verò oculus rumpatur, mollibus medicamentis, & acerbis vtendum est, vt vulnus adstrictum in angustum coeat, & cicatrix tenuis fiat. Si autem adhuc humoribus plenus fuerit, lacrymare oculo conducit.

Oculus si rūpatur quomodo curandus.

OBiter tantummodo, non ex instituto, Hippocrates agit in hoc opere de morbis, quatenus videlicet de hominis natura locuturus, Medici partes erant præcipuos quosdã morbos explicare, quibus componentes particulæ obnoxiæ sunt, vt tam ex naturali, quam ex præternaturali constitutione illarũ natura Medico philosopho cognita esset. Quamuis ergo innumeri penè sint morbi, quibus oculos tentari pluries dictũ est; perpaucos tamen attingit, ex similaribus scilicet vnã ophthalmiam; Ex instrumentalibus, imagines, quæ ypochysim præcedunt; atque, vt in vnoquoque genere exemplificaretur, continui solutionem iam in medium adducit, de oculi ruptura

verba

©BIUM

verba faciens; hi enim ad ſuum inſtitutum ſatis ſuperque futuri erant. Diſrumpuntur itaque oculorum membranæ modò ab internis cauſis, vt ab acri pure; vnde Hippocr. 4. epid. *Suppurationibus oculi & erumpentia magna vlcera fiunt, & fecta profunda. Vtroque modo intuitus exulcerantur.* Id ſæpius contingit ex obortis puſtulis, vt Variolis, aut Morbillis. Modò ab extrinſecis, violentibuſque incurſionibus; quibus porrò euentibus cornea imprimis expoſita eſt; qua quidem adaperta, vel albugineus effunditur humor, vt legitur lib. de princip., ac tunc cryſtallinus ab externo lumine haud benè defenditur: cumque ab eo humore membrana optimè extenſa conſeruaretur, concidit poſtmodum, conſtringiturque pupilla, atque hinc læditur viſio: vel vuea per corneæ rimulam excidit, ità vt nunc Muſcæ caput, nunc vuæ acinum repræſentet, quas affectiones Myocephalon, & Staphyloma Græci nuncuparunt. Narrat Galen. lib. 1. de ſymp. cauſ. c. 1. de Puero, cui, ſtylo in pupilla compunctus, humore fluxit albugineus, pupilla minor reddita eſt, cornea rugoſior apparuit: & tamen perfectè ſanatus eſt nõ ſine magna admiratione. At plurimi hi caſus videantur apud Schenkiũ. In ijs ergo acerba, quæ virtualiter adſtringẽtia ſunt & mollia, hoc eſt, omnis mordicationis atque aſpredinis expertia, nulloque pacto irritantia, deſumpta indicatione à natura partis, adhibet Hippocrates, non modò vt humores repellat, ne promptè ad partem confluant affectam, verùm etiam vt diuiſæ partes quam arctiſſimè vniantur, vt vulneris veſtigium, ſeu cicatrix, quæ permanſura neceſſariò eſt, & albugo dici ſolet, quàm tenuiſſima ſuperſit: hæc namque cum ſua denſitate aciẽ arceat dum è regione pupillæ eſt; quo erit tenuior, eò minùs impedietur viſio. Hanc methodum regiſtrauit Galen. 4. de comp. med. locat. cap. 3., eumque ſecuti ſunt Paul. lib. 3. cap. 22., & Aeti. lib. 7. cap. 33. Galeni hęc ſunt verba. *Vlcera, quæ per croſionem tunicæ corniformis fiunt, vt etiam ex vuiſormi quid pronuat, manifeſtum eſt, quòd tum ob ſe ipſa, tum ob prolapſionem repellentibus & adſtringentibus pharmacis opus habent. Conandum eſt autem, vt ex ipſis eligamus, quæ nullam aſpritudinem faciunt, &c.* Talia ſunt Roſæ, Hypociſtis, Galla omphacitis, Balauſtia, Acacia, Spicanardi, Crocum, Lycium, aliaq; huiuſcemodi,

Oculorum membranæ à quibus rũpantur.

au. 18.

Galeni hiſtoria de Puero, cui oculus ſtylo cõpunctus ſanitati reſtitutus eſt.

Oculorum vlcera vt nã curentur.

©BIUM

modi, aut in vino adstringente decocta, aut in aqua Rosarum, Plantaginis, Polygoni, Spogiaq; tale decoctum excipere, oculisque applicare. Subdit; quòd si post hæc omnia supervacaneus aliquis adhuc superfit humor, lacrymas tunc effundere proficuum erit: nam velut dum oculi naturaliter se se habent, lacrymis ab eorũ humoribus nimiùm profluentibus, illos consumi, atq; extenuari necesse est; ex quo Cels. lib. 6. cap. de curat. ocul., continuos fletus oculos imminuere testatum reliquit; ità dum præternaturali humescunt humiditate, plurimum ijs lacrymari conducit, omnique arte id præstandum est: Vnde cœpam visui commodam asseruit Hippocr. lib. 2. de diæt., & Arist. probl. 9. sect. 31.. *prosunt interdum*, inquit, *quæ mordent, lacrymam euacuant, vt Cœpe*. Lacrymæ etenim, quæ oculi velut sudor sunt, (vt parergon, atque obiter id, rei dilucidandæ gratia, nunc dictum sit,) triplici ex humore aliàs atque aliàs formari consueuerunt; aut videlicet ex humiditate in oculorum glandulis adseruata, quod plerumque, & ex Naturæ instituto fit. (prouida namque Natura lucidissimi organi præseruandi studiosa, quasdam oculorum angulis glandulas apposuit, quæ, cum exiguæ quædam sint, porosę, spongiformes, atque orbiculares carunculę, serositates è cerebro sensim assiduè prolectant, Oculisq; paulatim affundunt tum ad lubricitatẽ in ipsis conseruandam; tum etiam, ne perenni motu agitati, spiritibus pręsertim assiduè copiosèque eò affluentibus, nimiùm exsiccarentur.) Aut formãtur lacrymę è proprijs oculorum humoribus, vt diuturno in fletu, vbi cęteris alijs omnibus humiditatibus òb perpetuò emanãtes lacrymas exhaustis, & ipsi demum in lacrymas colliquescunt: ac de his locutus est Cels. loco superius citato; nam non modo eæ oculum imminuunt, sed penitùs etiam extinguunt. Aut denique ex vitiosis Cerebri redundantijs, serosilq; humiditatibus, quæ in oculos præternaturaliter delabuntur; vt in epiphora, lippitudine, alijsque oculorum morbis. Excutiuntur autem, cientur; lacrymæ, aut ab extrinsecis causis, vel expulsiuam oculorum facultatem irritantibus, vt Fumo, Cępis, alijsq; acrioribus, de quibus videndus Arist. sect. 20. probl. 22., vel commouentibus, exprimentibusque, vt à celeri cursu, frigore, aqui-

Lacrymæ quẽtes oculũ extenuãt atque consumunt.

Lacrymari quãdo oculis cõducat.

nu. 14.

Cæpe oculis quandoque prodest.

De lacrymis breuis digressio.

Lacryma, oculi sudor ex triplici materia formatur.

Glandulæ oculis appositæ, vt suscepta humiditate eos, assiduè humectent.

Diuturni fletus cæcitatẽ pariunt, & cur.

©BIUM

aquilonariq; cõſtitutione, vt colligitur ex eodẽ Ariſt. probl. 13. ſect. 5., & ex in Hipp. aphor. 17. ſect. 3., Aut cientur ab intrinſecis, vt ſunt morbi; Quorum alij ad Animam, alij ad corpus ſpectant. Ad Animam quidem ſpectant pathemata, quæ Animi dicuntur ægritudines eò quòd, etſi in ijs Cor præcipuè afficiatur; ad eos tamen motus Phantaſtica ſeu Imaginatrix facultas vna cũ Aeſtimatiua aut Ratiocinatrice neceſſariò concurrit, quarum altera obiectum apprehendat, ſiue præſens illud ſit, ſiue præteritum, ſiue futurum; altera verò bonum, aut malum illud eſſe dijudicet: Inde etenim Cor, eiuſq; famulantes ſpiritus variè atque variè deinde agitãtur, afficiunturq;. Laxatur enim quandoq; Cor, atque vnà cum ipſo præcordia, totumq; laxatur corpus, dilataturque; atque hinc aliqui præ gaudio lacrymantur, vltrò promanantibus lacrymis òb apertos glandularum poros, ſanguine præſertim ſpirituq; ad extima vndequaq; effuſo; vnde quandoq; & interitum omni diſſipato ſpiritu præ gaudij exceſſu accidiſſe perhibetur: quod ſi lætitiæ accedat riſus, lacrymalis humor magis inde commotus, effluit. Quandoque autem conſtringitur Cor, ipſaque præcordia, vt in dolore & mœſtitia, atque vna cum ipſo muſculi omnes in facie, quæ ei maximè conſociata eſt, conſtringuntur, atque ſic ex madentibus oculorum glandulis humiditatem exprimunt, ea interdum vbertate, in humidioribus præſertim, quales ſunt Mulierum, Puerorumque, vt oculi effundendo ſatis non ſint, ſed in narium cauitates per meatum in maiori angulo exiſtentem prolabantur. Atque hæ verè proprièq; ſunt lacrymæ, dolentis Animi indices, à cuius laceratione ità appellatas aliqui voluere. De his facundè mentientes, appoſitè tamen, locuntur, dum lacrymas ſaucij Cordis cruorem, ſeu Vaporem eiuſdem exæſtuantis in Cerebri cauitatibus concretum, deriuàtumq; in oculos; ſeu liqueſcentis Cordis liquorem, ſiue Animi laborantis agitatiq; ſudorem appellant: nam languores animi ſemper atteſtantur. Quicquid autem ſit, certè adeò pretioſus eſt hic humor, vt non niſi Vni Deo dignè effundatur. Has pariter lacrymas voluntarias appellauit Hippoc. aphor. 52. ſect. 4. eò quòd Animus fletui huic libenter quodammodò aſſentiatur, cum inde leuamen ſuſcipiat

Lacrymæ quibus cauſis excutiãtur.

Pathemata cur dicãtur animi ægritudines.

Pathemata vt nã lacrymas excutiant.

Lacrymæ quomodo ex gaudio fiant.

Mœſtitia vt vt excitet lacrymas.

Veræ lacrymæ doloris animi indices. Vnde dictæ. Lacrymarũ attributa.

Voluntariæ lacrymæ quæ.

©BIUM

Lacrymis dolor lenitur.

ſcipiat efflatis diſſipatiſq; fuliginibus ijs, quibus exæſtuans Cor opprimebatur. Hinc Seneca in Troade

. . . . . *Arbitrio tuo*
Implere lacrymis, fletus ærumnas leuat.

& Ouid. 4. de triſt.

Fleq; meos caſus: eſt quædam flere voluptas,
Expletur lacrymis, egeriturq; dolor.

Lacrymæ à quibus morbis fiant.

Ad corpus ſpectantes morbi, qui lacrymas commouent, aut proprij ſunt oculorum, vt optalmia, epiphora, & extrema retenctricis facultatis imbecillitas, vt in iam morituris; aut ſunt cerebri, vt melancolica affectio, cuiuſmodi illam Heraclidi Epheſij extitiſſe, qui perpetuis conficiebatur lacrymis, exiſtimandum eſt; aut ſeroſa eius cacochimia. Ac de poſtremis hiſce lacrymis in propoſitu contextu intelligendum eſſe pro certiſſimo habetur, quæ & impropriè ſunt lacrymę, & inuoluntarię, nulla animi electione; extràq; eas prolicere proficuum eſt, vt Cerebrum expietur, Oculi verò nullam inde labem contrahant.

XVIII. **At verò cum in thoracem fluxerit, & Bilis fuerit, ex hoc manifeſtum fit. Dolor lateris mollitudinem occupat, & clauiculam eiuſdem partis, & febris adeſt, & lingua ſupernè pallida fit, & excreat compacta. Huius morbi periculum ſeptima, aut nona die inſtat. Alia Bilis. Cum ambo latera doluerint, reliqua verò ſimilia velut in priore fuerint: hæc quidem Peripneumonia eſt; illa verò Pleuritis.**

LOcus hic complura magnorum Virorum diu torſit ingenia. Nam quid longius à communi recenſium Medicorum conſenſu excogitari poteſt, quàm, cum latus vtrumq; doluerit, Peripneumoniam eſſe; cũ alterum tantummodò, Pleuritidem, pronunciare? cum certum ſit vtrumq; ex his morbis & in vtroq; latere, & in altero tantùm poſſe procreari; eoque dumtaxat differre, quòd alter ſit Pulmonum inflammatio; alter verò Pleuræ membranæ: hac tamen differentia, quòd

Peripn-

Peripneumonia ſæpeſæpius vtrumq; latus afficere, rarò vnum tantùm; Pleuritis verò è contra, alterum latus vt plurimum, vtrumque rariſſimè ſoleat: Cuius quidem varietatis in cauſa eſt Pulmonum raritas atque vnio, ex quo habent, vt erysipelatodes phlegmon facillimè in ipſis propagari poſſit, ſecùs quàm accidit in Pleura denſioris ſubſtantiæ. Videbatur vel hæc periodus interiecta; vel ſaltem quid ex vulgarium ſententia præter rationem prolatum: ità vt hoc vnum dogma, ab Hippocratis doctrina penitus diſſentiens, librum hunc, velut ſpurium minimeque Hippocraticum, apud pleroſque damnatum reddiderit. At non defuit è contra, quod humana in incertitudine plerumque fit, qui tantum fidei huic contextui adhibuerit, vt cæteris omnibus poſthabitis locis, vbi de Pleuritide & Peripneumonia Hippocrates aliter locutus eſt, in eam deuenerit ſententiam, Pleuritidem non niſi pulmonum vitio excitari, quod frequenti cadauerum diſſectione in ijs, qui à ſæuiſſimo hoc affectu perempti ſunt, diù ſe obſeruaſſe teſtatus eſt. Verùm omni luce clarius apparet in ſententia Hippocratis pleuritidem etiam in latere, nullatenus affectis pulmonibus, poſſe procreari, quotieſcunque ſcilicet percalefactis humoribus, ac proinde eliquatis ac fluxibilioribus redditis, ſiue à nimio vini potentioris hauſtu, quod intenſo calore attenuat primò, & eliquat, mox naturalem extinguit calorem, ex quo poſt ipſum frigus ſequitur & rigor, vt annotauit etiam Ariſtoteles ſec. 3. probl. 1., ſiue à nimio labore, velocioriq; motu, vt docuit Celſ. lib. 4. cap. 6. ſi aliqua poſtmodum accedat cauſa, quæ humores intrò propellere valeat, vt vehemens frigus, Venti aquilonares, ſeptentrionalis regio, quemadmodum docuit Hipp. 4. aph. 5. & lib. de aq. aer. & loc. Hæc etenim extimas partes præ frigore condenſant, latus præſertim, quod carne pauciori coopertum eſt, exteriſque ventorum incurſionibus magis expoſitum; vnde eliquatos humores ad interna vtpote calidiora, magiſq; meabilia, exprimunt; ibiq; in pleura membrana, quæ denſior eſt, obfirmati, phlegmonem pariunt. Id totum diſertis verbis docuit Hipp. lib. 1. de morb. inquiens. *Cum potiones acernatæ, & fortes valdè corripiunt, percaleſcit totum corpus, & humectatur*

Cur pulmo dù afficitur, plerumq; in vtroque late re afficitur; pleura verò è contra.

Marſilius Cognatus.

Hippocrates veram pleuritidem cognouit.

Pleuritis quomodo generetur.

num. 6.

num. 23.

©BIUM

mectatur à vino : maximè autem pituita & bilis percaleſcit & humectatur, & his commotis & humectatis contingit vt rigor inuadat ebrium, ſiue ſobrium. Et cum latum natura carne nudum ſit præ omnibus corporis partibus, & non ſit quid in ipſo, quod renitatur præter ventriculi cauitatem, maximè rigorem percipit. Et cum riguerit, ac refrigeratum fuerit, tum caro, quæ eſt in latere, tum venæ contrahuntur, ac conuelluntur : & quantum in ipſa carne ineſt bilis & pituitæ, aut in venis, quæ in ipſa carne ſunt, id magna ex parte, aut totum ſecernitur, introque compellitur ad caliditatem, carne extriaſecùs condenſata, atque id ad latus affigitur, & dolorem vehementem exhibet, & percaleſcit, & per caliditatem, trahit ad ſe ipſum à vicinis venis ac carnibus pituitam ac bilem, atque hoc ſanè modo fit Pleuritis. Sicuti ibidē de Peripneumonia valde aliter quam hìc locutus eſt, ſic habens. *Peripneumonia fit cum commota & calefacta pituita ac bile, pulmo præ caliditate traxerit in ſe ipſum de vicinis locis ad ea, quæ iam ſunt in ipſo. & percaleſcit quidem totum corpus, & dolorem exhibet, maximè autem dorſo, & coſtis, & humeris, ac ſpinæ : nimirum ab his in ſe ipſum attrahens plurimam humiditatem, & ſuperexiccantur hæ partes, & nimiùm caleſcunt : poſtquam autem attraxerit in ſe ipſum, & tum bilis, tum pituita ſedem in pulmone occupauit, putreſcit, ac ſuppuranter &c.* Quod ſi hìc Romæ in Pleuriticorum cadaueribus Pulmones ferè ſemper malè affecti reperiuntur; id vel ex peculiari quadam Cæli huius rheumatum feraciſſimi, conditione contingit, ita vt propter has cerebrales fluxiones caſus ab Hippocrate hic recenſitus ſæpiſſimè accidat; Vel id fit, quod pleuritica affectio, rarò, niſi poſt principium, in augumento videlicet, aut ſtatu, Ægrotantes perimat; vnde morbum à pleura ad contiguos pulmones probabile eſt hoc medio temporis propagari. Quid igitur dicemus? Cenſeo equidem ſapientiſſimum Senem Diuino propè ingenij acumine, aſſiduaque ſymptomatum obſeruatione adeò omnia humanæ naturæ arcana tuiſſe aſſecutum, vt qui varia eius monumenta ſtudiosè euoluerit, fateatur neceſſe eſt, nil penitùs eum latuiſſe. Aureum hoc humanæ ſapientiæ flumen nequicquam tenui ſub alueo comprehendere labores. Preſſus vtique ſermone eſt, re autem incomprehenſibilis: complures ſiquidem agnouit

Cur. Romæ in pleuriticorum cadaueribus pulmones plerumque affecti reperiantur.

Hippocratis encomium.

uit morborum ideas adeò à communi Medicorum notione remotas, vt monſtra primo aſpectu videantur; quæ tamen, ſi nemini addictus, æqua animi lance deindè contempleris, ſtudioſeque in praxi animaduerteris; quam omnia ſint ad veritatis normam prolata, quam pauca, quæ à Medicis noſtro hoc æuo noſcuntur, liquidò cognoſces. Plurima ergo obſeruauit etiam in laterali dolore, cuius variæ ſpecies paſſim regiſtratæ reperiuntur in ſuis monumentis, Pleuritidis nomen non à Pleura membrana, quemadmodum Galenus, ſed ἀπὸ τῆς πλευρᾶς, hoc eſt, à latere, deducens: proindeque non vnam Pleuræ inflammationem, ſed quemuis laterum dolorem, modo febrem, difficilemque anhelitum adiunctum habeat, ſub hoc pleuritidis nomine comprehendit: quæ quidem non modo ab adiacentium in latere humorum collectione gignitur, vt notauimus ex lib. 1. de morb., verùm etiam è capitis fluxu, qui per tracheam arteriam in pulmones irruit, vt infrà explicabitur: cerebralis namque cacochymia, dum tenuis & bilioſa fit, ita vt poſſit in pulmonum vſque extremitates penetrare; fit inſuper copioſa, vt pulmonum alas plurimum augere valeat, tunc latus à pulmonibus violentius tangi neceſſe eſt, pluribuſque nominibus affici; quatenus ſcilicet in reſpiratione violentia quadam lateri turgidus Pulmo allidit, premitque tumore; conceptum inſuper in cauitatibus calorem impertitur; atque exudantibus ab affecta parte humiditatibus quibuſdam, eidem lateri non rarò agglutinatur, vbi adaucto æſtu, plurimùm pariter læſionem adauget. Quem præternaturalem affectum, ſi vtrumque latus occupet, ex ſimilitudine quadam Peripneumoniâ communiter nuncupari aſſerit; in Peripneumonia quippe ſolent plures ſimul partes plerumque infeſtari ob rationem ſuperius ex Pulmonum raritate allatam; ſi verò alterum tantummodo; ab eadem ſimilitudine Pleuritidem appellat; nam in Pleuritide vnum plerumq; latus afficitur. Cæterum ſiue hæc nominum diſtinctio ſit iuxtà vulgi ſententiam prolata; ſiue tum Peripneumonia hæc, tum Pleuritis ſit nothà & ſpuria nuncupanda, de hoc minimè ſolliciti erimus, quemadmodum neque fuit Hippocrates. Sat eſt ſi ſciamus propoſitum caſum valdè probabilem eſſe; quin-

Pleuritidis nomen cuicunque lateris dolori inſigniori attribuit Hipp.

Latus vtrũ à pulmonibus cacochymia auctus lædatur.

Pulmo lateri quandoque agglutinatur.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 205 sur 478

©BIUM

nimmò pluries fortaſſe accidere, etſi minimè animaduertatur. Illud etiam non improbabiliter dicere poſſemus, Hippocraris mentem fuiſſe, cum ambo pulmonum latera doluerint, Peripneumoniam ſimpliciter nuncupari: cum verò altera tantùm pulmonum pars; tunc dici Peripneumoniam cum addito, hoc eſt, lateralem; vnius nimirum lateris Peripneumoniam. Hanc autem morbi ſpeciem hoc loco peculiariter recenſet, quia de morbis à capitis rheumate prouenientibus hic præcipuè agebatur. Horum itaque affectuum ſigna iam attentè percurramus, vt diagnoſis inde facilius contingat.

Dolor lateris mollitudinem occupat, & clauiculam eiuſdem partis. Ob pulmonem nempè, vocale inſtrumentum, ſpirandoque in primis dicatum, qui totam ferè thoracis cauitatem occupans, in duas dirimitur partes à Mediaſtino, ſeu membranis ijs interſepientibus, quæ à pleura exortæ, per Sternum ad dorſi vertebras, & à Clauiculis ad Diaphragma protenduntur; ita vt ſphæricus cum ſit à loci figura, vbi reconditur, bubulum pedem bifidum præſeferat. Vtraque autem pars rurſum in duos lobos, ſeu pinnas, & alas, ſuperiorem nimirum, & inferiorem, diuiſa eſt, totuſque tunica quadam circumtegitur, quam à Pleura excipit, communemq; proinde habet cum Diaphragmate, Mediaſtino, Clauiculis, omnique demum thoracis cauitate, cum quibus omnibus ſocietatem gerit. Dum ergo à capite biliоſam recipit fluxionem, quæ omnem eius ſubſtantiam ad extrema vſque peruadit, fieri non poteſt, vt tota morbifica materia per tracheam, eiuſque bronchia ad inferiorem alam ita deferatur, vt nihil ad ſuperiorem locum diuertat, qui proximior tranſmittenti parti ſubiectus eſt; Hinc fit, quod, cum ex hoc deſcenſu tum ſuperiorem pulmonis alã, tum inferioré repleri contingat, inferior quidem vltimam thoracis partam, quæ ad notharum coſtarum ora poſita eſt, comprimens, & calefaciens, in hypochondrio, ſeu lateris mollitudine, dolorem excitat: quemadmodum ſuperior ala, partes circa clauiculas eodem modo afficiens, conſimilem circa iugulum & ſcapulas procreat dolorem.

Pulmonis cõſideratio.

Mediaſtinũ quid ſit.

Pulmo cum Pleura Diapragmate, Mediaſtino, & clauiculis ſocietatem gerit.

Febris

Febris adest. Eò quòd infesta materia, præterquam quod biliosa ex se est, atque calida; in pulmonum cauitatibus inculcata, ob coarctatum spiritum magis incandescit, igneumque cordi impertitur calorem, qui ipsissima est febris.

Lingua. Loquelæ mater, & animi nuncius, vt inquit Democrit. de nat. human., gustatui in primis dicata; cuius substantia mollis & rara est, in medio bifida, tunicaque circumuelata, quam communiter à Laringe atque ab Esophago recipit. Pulmonibus & Ventriculo è directo superposita, subiecta autem Cerebro: vnde concolor esse solet redundantijs adiacentium partium; Pulmonum videlicet, Ventriculi, & Capitis, nec raro cęterorũ viscerum, quorum vaporibus, tetrisq; fuliginibus, ob spongiosam substantiam facillimè fucatur ex 6. epid. sec. 5., ac proinde in præsenti pulmonum affectu.

Linguæ consideratio.

Lingua concolor; est redundãtijs adiacentium partium, pulmonum scilicet ventriculi, & capitis.

ex. 15.

Supernè pallida fit. ob bilem tum à capite irruentem, tum è pulmonibus euaporantem: nam, vt habetur 6. epid. sect. 5. *linguæ virides cum pallore biliosæ, bilioſum autem à pingui; rubicundæ verò à sanguine; nigræ ab atra bile; ſiccæ à fuliginoſo ardore, & vterina parte; albæ verò à pituita: concolor est enim attingentibus ipsam humoribus: quapropter per hanc humores cognoscimus.* Nota pariter est coaca animaduersio. *Quibus pulmonarijs lingua tota albicat, & aspera est, vtræque pulmonis partes inflammatione laborant: Quibus verò dimidium, ea pars, qua apparet. Et quibus morbus est ad alteram clauiculam, superior ala pulmonis vnà laborat. Quibus verò vtræque clauiculæ laborant, superiores vtræque pulmonis alæ ægrotant; Quibus secundum mediam costam, media. Quibus secundum septum transuersum, inferior. Quibus verò vna tota pars laborat, omnia, quæ ei respondent parti, ægrotant. Si igitur vehementer inflammentur appendentes vtrimque pulmonis partes, vt in latus incumbant, resoluantur ea parte corporis, quæ morbo respondet, & liuores secundum latus fiunt. Hos autem veteres ictos, siue syderatos appellabant. Si verò non valdè inflammentur, vt nec insideat lateribus, dolor quidem in totum fit, sed neque resolutio fit, neque liuor.*

ex. 23.

Linguę varij colores, varios indicant humores.

Lingua laborantem pulmonis partẽ ostendit.

Ex clauiculaarum dolore, q̃ nã pulmonis pars laboret, cognoscitur.

Excreat compacta. Nam pulmo solo excreatu se se expedit ab infesta in cauitatibus materia,

©BIUM

©BIUM

ria, quæ compacta est, quia à concepto calore incrassata.

Periculum septima aut nona die instat. Cum peracutus sit morbus, qui statim extremos habet labores, celeriterque ad finem mouetur: nam à calida pendet materia; afficiturque pars Cordi contigua, cuius sanè officio vita carere nequit: Pulmo etenim Cordis flabellum est, sine cuius famulatu, cuestigio suffocari necesse habet. Rarò igitur nonam pertransit diem hic morbus: nam postquam pluries ab humorum sarcina frustrà se se natura expedire contenderit, fatiscit demum virtus, & ab omni opere desistens, vitalis facultas mòx suffocatur.

Pulmonum vsus & necessitas.

XIX. Hæc autem propterea fiunt. Cum in Pulmones fluxerit ex capite per guttur, & aortas appellatas, Pulmo tanquam natura rarus & siccus, trahit in se humorem quantum eius capere potest, & vbi influxerit, maior fit: & vbi quidem in totum fluxerit, extremitas eius maior reddita, vtrumque latus contingit, & Peripneumoniam, pulmonis appellatum morbum, facit: Cum verò alterum tantùm, Pleuritis, ideſt, costalis morbus fit.

HÆc ex superiori commentatione satis elucidata remanent. Illud tantum annotandum est Ἀορτὰς. quamuis propriè dicatur de arteria, quæ à sinistro cordis ventriculo exorta, in totum corpus vitalem deuehit spiritum, vitalemque calorem systole, & diastole attemperat, cuius non paucæ propagines in ipsum pulmonem disseminantur; Hic tamen pro Trachæa accipiendum est, quæ cartilagineas, fistulosasque diuaricationes in vniuersum pulmonem transmittens, flaccidam eius substantiam fulcet, totumque amplis cuniculis meabilem reddit. Per has igitur decurrente fluxione, haud verum erysipelas, vel phlegmonem in proposito peculiarique hoc affectu excitari, effusa collectaque bile in Pulmonum porositatibus, credendum est; sed fistulis ijs expletis Pulmones quodammodo intumescere, molestaque adhæsione, effricationeque,

Aorta etsi, propriè sit arteria à sinistro cordis ventriculo exorta, Trachæa tamen quandoque significat.

©BIUM

que, latera male afficere, ac phlogosim à coarctata materia conceptam impertiri, indeque dolorem excitari fatendum.

XX. **Peripneumonia multo periculosior est, & dolores multo fortiores sunt, qui ad laterum mollitudinem, & ad clauiculas tendunt, & lingua multò viridior & pallidior; & fauces præ fluxione dolent, & lassitudo fortis occupat, & spiritus sexta aut septima die corripit.**

EX qualibet Peripneumonia maius instat discrimen, quã ex Pleuritide, cum in illa afficiantur Pulmones, Cordi coniunctissimi, quorum munus ad vitam omninò necessarium est; hæc verò per illã plerumq; interimere soleat. Peculiariter tamen id verum est in ea Peripneumoniæ specie, quam hìc hactenus explicuimus: cum nõ aliter differat à Pleuritide, quam secundum magis & minus. Nam ob maiorem irructis materiæ redundantiam, partisq; affectæ maiorem dispositionem, totum occupat Pulmonem; Pleuritis verò alteram partem, vt iam explicatum fuit. Maior præterea infestat dolor non modo intensiuè ob maiorem in lateribus compressionem, verum etiam extensiuè; nam ad vtramque clauiculam, ad vtraque hypochondria extenditur. Lingua à bile, eiusque suliginibus defœdata magis apparet; copiosior enim in hac redundat materia. Fauces autem à decumbente humore dolentes, calidæ fluxionis naturam, & transmittentem partem vnà attestantur. Accedunt insuper lassitudines, hoc est, se se mouendi impotentia cum vlcerationis sensu ob biliosam cacochymiam, quæ ad corporis compagem exprimitur in ijs, qui à biliosa fluxione infestantur, vt diximus tex. 4., nisi illud Κοπος, imbecillitatem potius significet, quam humorum, spirituumque in partibus consumptio ob coarctatum in pulmonibus spiritum, validaque thoracis concussio parit. Sexta demum, aut septima die corripit spiritus, spiratio videlicet densa & parua atque omninò difficilis, ex adacto vsu, impeditisque instrumentis, ne libere possint friggido aere repleri, atque suligines excludere: πνεῦμα enim, simpliciter ita prolatum, spirandi difficultatem non

Peripneumonia periculosior est quam pleuritis & cur.

Lassitudines cur in Peripneumonia biliosa adueniant.

Spiritus simpliciter prolatus spiran.

rarò

©BIUM

di difficultatem, quandoque significat.

tarò significare apud Hippocratem, probat Galenus lib. 3. de diff. respir. c. 13. ex 4. epid., multoque latius Fœsius in Oeconom. Censendum autem est à primis etiam morbi diebus læsam hanc spirationem adfuisse; peculiariter tamen in sexta aut septima die eius meminit, quia tunc, cum morbus in maximo est incremento, vel summo vigore, ità vt non longe absit fatalis dies, incipit quàm maxime vrgere.

XXI. **Hunc si non septima die febris dimiserit, moritur, aut suffocatur, aut vtrumque. Si verò nona die, duabus diebus interpositis, corripiat, vt plurimum etiam hic aut moritur, aut suppuratus euadit. Si verò duodecima die: suppuratus fit. Si quarta & decima, sanus fit.**

EXpeditus à diagnosi, in qua naturam, causas, & signa thoracici huius affectus amplè prosecutus est; iam ad prognosim accedit: quæ cum euentu, tempore, & modo comprehendatur; per hæc omnia orationem deducit, varios recensens periodos, in quibus affectio hæc aut ad salutem terminari, triumphante natura; aut perimere, eadem fatiscente; aut demum in Empyema transmutari, media quadam via inter omnimodam salutem atque interitum, longa obseruatione cognouerat: Nam etsi hic morbus peracutus sit, atque intra primum septenarium se se plerumque expedire consueuit: nihilominus, vt protulit lib. 1. de morb., *differt corpus à corpore, ætas ab ætate, affectio ab affectione, & tempus à tempore, in quo ægrotauerint: & alij maiorem tollerantiam in morbis habent, alij omnino ad tollerandum impotentes: proinde certitudo exacta temporis, in quo pereunt, non est, an breue, an longum futurum sit.* hinc 2. aph. 19 Acutorum morborum non omnino tutas esse pronunciationes salutis, & mortis pronunciauit. Illud certum est, teste Celso, in magnis malis nullam maiorem spem esse, quam vt impetum morbi trahendo aliquis effugiat, porrigaturque in id tempus, quod curationi locum præstet. Quod exitiosissimo hoc in morbo peculiariter videre est, in quo si

Ægrotum maxima rerum pericula differentia in morbis tollerandis. lib. II.

Cels. lib. 2. cap. 5. init.

Æger

Aegér validis naturæ viribus, ampliſque partium meatibus, reſpirationi dicatarum, primam morbi vim eludat, ſtatim incipit aliqua ſalutis ſpes affulgere. Vnde 3. de morb. *Quibus ſtatim ſputa varia ſunt, & dolores valdè acuti, hi tertia die moriuntur; Hanc autem tranſgreſſi, ſaneſcunt. Qui verò ſanus non fit ſeptima, aut nona, aut decima; hic ſuppurari incipit. Melius eſt autem ſuppuratum fieri, etiamſi doloroſum ſit, minus enim lethale eſt.* Pergit itaque

Hunc ſi non ſeptima die febris dimiſerit. præfulgentibus nimirum in quarto ſalutaribus ſignis, quibus naturam ſupra morbum inualeſcere ſignificatur, mitigata iam morbi ſæuitie tum medicis auxilijs, tum pepaſmo; præparataq; materia ad expulſionẽ, quæ poſtmodum liberali anacatharſi, validaq; expectoratione per os expurgetur, vt deinde expiatis ſpiritalibus vijs ab infeſta extraneæ materiæ ſaburra, expirantur fuligines, ac friggidior liberè inſpiratur aura, quæ exęſtuantem cordis calorem attemperans, febrem extinguit, ſpiritibuſq; recreandis opportunitatem præbet.

Moritur. diſſipato vitali ſpiritu à febrilis caloris vi, nec non à pulmonum incendio, radicale in corde humidum penitus exſiccante.

Aut ſuffocatur. in ſummam anhelitus difficultatem deducitur à fuliginum prouentu, quæ nequeuntes per trachęam excludi, præpeditis vijs à glutinoſa biliоſaq; materia, quæ cuniculatas pulmonum cauitates occupat, naturalem obruunt in corde calorem. Hinc ſuprà dixit ſeptima die ſpiritum corripere: tũc enim adeo inualeſcit morbus, vt in maxima anhelitus difficultate detineatur Aeger, niſi penitus è medio tollatur.

Aut vtrumque. & anhelitus nimirum maximè coarctatur, & diſſipatis ſpiritibus, extinctoq; calore perimitur.

Si verò nona die, duobus diebus interpoſitis corripiat febris, videlicet, ſedata in ſeptimo, in nono rurſus incandeſcat, morbi materia neq; omnino edomita, neq; euacuata.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 211 sur 478

©BIUM

Vt plurimùm etiam hic, aut moritur, aut ſuppuratus euadit. Sic etiam in prognoſticis. *Moriuntur, quos febris minimè dimiſerit, vel cum dimiſiſſe putetur, iterum incaleſcere videatur.* nequit enim natura tam breui tempore vires reaſſumere, ità vt morbi vim iterum ferre valeat. At ſi vires conſtent, ſuppuratus euadit; mutuis videlicet morbi, naturęq; conatibus; hac tamen prævalente. Notum eſt illud in Coacis, & in prognoſticis. *Doloriſica thoracicarum partium mala, quæ non quieſcunt neq; expurgatione ſputi, nec ſanguinis detractione, neque pharmacia ſimul, atque diæta, in ſuppurationem vertuntur.* Cuius tranſmutationis ſigna ſunt ex prognoſi citata; intenſior febris, rigor, nec non pro dolore, qui prius aderat; pondus quoddam grauatiuum lateri ſenſim ſuperueniens: etenim, *dum pus conficitur, febres & dolores fiunt*, tunc temporis ipſi morbo maximè reluctante natura, cui ſpiritus complurimi ſuppetias ferunt, à quibus pars phlegmone obſeſſa magis magiſq; diſtenditur atque incaleſcit: Hinc dolor & febris; accediq; rigor ob puris acredinem membranas vellicantem, quod anteà in poris diſperſum, paulatim in vomicæ ſinum deinde collectum, ponderis ſenſum inuehit in vera potiſſimum inflammatione.

Idem habet Geſſ. lib. 2. cap. 7.

Aph. 47. ſec. 2. Dum pus cõficitur cur febres & dolores fiant.

Si verò duodecima die, ſuppuratus ſit. poterit namq; quinque dierum interſtitio ità roborari natura, vt tutum ferè reddat à morte: ac niſi à recidiua ſtatim penituſq; vindicat ob cladẽ, quam paulò prius perpeſſa eſt, noxiam ſaltem materiam, licet reluctante præternaturali calore, in pus vertat, ac tunc æger dicetur ſuppuratus: Nam hoc nomen, etſi anthonomasticè de ijs propriè dicatur, quibus in thoracis cauitate pus collectum eſt, ex Galeni tamen ſententia Purulenti, ſeu ſuppurati appellantur quicunque pus habent intus in corpore, ſiue adhuc in parte phlegmone obſeſſa contineatur, ſiue ab ea in maiorem aliquàm cauitatem eruperit. Quæ quidem celeris ad ſaniem tranſmutatio in nona, aut duodecima die in morbo acutiſſimo, magnam caloris vehementiam, morbificique humoris promptitudinem oſtendit; cum aliàs ex aphor. 38. ſect. 7. *diſtillationes in ventrem ſuperiorem intrà dies viginti ſuppuren-*

Suppurati qui dicãtur. Gal. 7. aph. 44. & 5. aph. 8. & 6. aph. 27.

parentur, & aph. 8. sect. 5. *Qui Pleuritide laborant, nisi intrà dies quatuordecim supernè repurgentur, in Empyema fit mali translatio.*

Si quarta & decima, sanus fit. Cuius rei non aliam reperio rationem, nisi quod natura integro, quo conquieuit, septenario, tantum virium colligere potuit, vt vna vel altera febre, quicquid noxiæ materiei supererat, non modò suppurare, verùm expurgare dissoluereq; valeat: in die præsertim, quæ maximè iudicatoria est, acutorumq; morborum terminus præcipuus. Quæ omnia non ita rata, certaq; exestimemus, quin secus quandoq; accidere possit; sed quod ex longa Asclepiadum obseruatione, sic vt plurimum euenire compertum sit.

XXII. **Et quicunque præ Peripneumonia, aut Pleuritide suppurati fiunt, non moriuntur, sed sani fiunt.**

Suppurati ex Peripneumonia & Pleuritide non moriuntur.

In morbis cum alter alteri succedit, occidit.

PRopositioni huic nonnullæ videntur eiusdem Hippocratis authoritates aduersari; quippe qui lib. de affection., ita absolutè sanciuit. *In morbis cum alter alteri succedit, plerumque occidit: cum enim corpori à præsenti morbo debilitato alius morbus accesserit, præimbecillitate perit priusquam alter morbus, qui posterior accessit, desinat.* Et lib. 1. de morb. suppuratos ex Peripneumonia si negligantur, ad tabem atque interitum tandem deduci affirmauit; Vnde & aph. 15. sect. 5. *Quicunque ex Pleuritide suppurati fiunt, si in quadraginta diebus repurgati fuerint ab ea die, qua ruptio facta fuerit, liberantur; si verò non, ad tabem transeunt.* & in Coac. necnon 2. progn. Ex suppuratis à pulmonis inflammatione seniores magis interire, ex alijs autem suppurationibus iuniores magis perimi voluit. Ex quibus authoritatibus satis liquet suppuratis præ Peripneumonia & Pleuritide fatale pariter exitium ominari, contrà id, quod in præsenti textu decernitur. Verùm postremis hisce authoritatibus satis erit si dicamus idipsum, quod iam supra innuimus, & hanc scilicet assertionem ex ijs esse, quæ vt plurimum verificantur; neque inde fieri, quominus, si quando hęc suppuratio vel negligatur, vel in subiecto sit pręimbecilli, ad interitum terminari possit. Satis est, si vt plurimum felicem sortiatur

Suppurati à Peripneumonia seniores magis pereunt; iuuenes magis ex alijs.

aii. 23.

aii. 10.

Coac. tu. 3. in med.

Prog. tu. 19.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 213 sur 478

©BIUM

exitum. Primæ autem authoritati ex libro de affect. desumptę, responderi posse existimamus dupliciter morbum morbo aduenire posse; primo quidē per superadditionem, ἐπιγένεσιν. Græci vocant, hoc est, superuenientiam; quod fit cum altero adhuc manente morbo, alter adijcitur: idque morbi maxime vigentis, exacerbatique ratione, vt docet Gal. 7. aph. 11. & 17. ac proinde semper mala: Pendet namque à morbificæ ferociſque materiæ exuberantia, quæ ad plures partes eodem propagatur tempore, atque diffunditur; in ijsque morbum procreat. Secundo modo per Μετάπτωσιν seu transmutationem; dum scilicet priori morbo cessante aduenit alter; quod contingit ex Μετάστασι, seu humorum ad alium locum transmissione; siue transmissio hæc ex vi morbi, vel potius, morbifici humoris orgasmo atque inquietudine fiat; siue à natura studente noxium à potiori parte excludere humorem: siue ab vtraque causa; materia scilicet non dum firmata, & à natura expellere conante: De quo argumento doctissimè scripsit celeberrimus vir Stephanus Rodericus Castrensis opusculo Quæ ex quibus. Dicendum itaque est Hippocratem eo loci locutum fuisse de aduenientibus ex vi morbi, qui aut peiores sunt, aut æquè mali; non autem de ijs, qui & minus pernicioſi existunt, & à natura fiunt prævalente, concocta iam aliquatenus noxia materia, eamque ad ignobiliores partes deponente: itaut per ἀπόστασιν seu abscessum, exitiosissimo defungatur morbo. Huiusmodi est suppuratio post peripneumoniam, pleuritidemue. Natura namque, cum nequiuerit sæuissimos hosce affectus, à quibus læthaliter premebatur, penitus superare: si aliquæ dentur induciæ, ipsaque valida sit, mediam inter mortem atque omnimodam salutem init viam, ad suppurationem deducens, quæ salutaris vt plurimum esse consueuit, nisi negligatur: quia, vt iàm dictum fuit, fit à natura rectè operante: vtque habetur in Epidemijs. *Id, quod suppuratum est, non reuertitur; cum in suppuratione sit crisis, coctio, & abscessus.* Ex quo etiam 2. prog. ex empyeis, qui ex pulmonis morbis tales fiunt, iuniores minus periclitari afferitur: horum namq; robur maius est, ita vt non modo coquere ac suppurare potis sit, verum etiam expellere,

Morbus morbo dupliciter superuenit.

Epigenesis semper mala.

Metaptosis ratio.

Suppuratio salutaris plerumque nisi negligatur.

Sec. 3. lib. 6.

Iuuenes cur minus periclitantur in suppuratione.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 214 sur 478

expellere, atque integre expectorare. Quæ ſuppuratio eò vtique tutior eſt in peripneumonia, de qua peculiariter iam agitur, quæ ſcilicet à nullo pendet pulmonum phlegmone; quòd, cum morbificus humor contineatur magna ex parte, non in pulmonum ſubſtantia, & poroſitatibus, ſed in bronchijs; facile poterit per os educi integra remanente pulmonum ſubſtantia; cuius laceratione vlcus & tabes irreparabiliter ferè ſequi certiſſimum eſt.

XXIII. **Suppurati vt plurimum fiunt cum fluxus in idem velut in Bile contingit; ſed in Bile quidem multum defluit, & vbi defluit, ſedatur. Suppuratis verò minus defluit, & non ſedatur.**

Suppurationis natura.

DE ſuppuratione ſeriò hìc agere aggreditur, cum & hæc pariter affectio à rheumate non rarò procreari ſoleat, etſi ab alijs cauſis frequentius fortaſſe excitetur. Ea namque primigenia interdum eſt, dum videlicet ſuperuacanei humores à cerebro deſcendentes, inque pulmonum cauitatibus collecti, coarctatique, à naturali, præternaturalique calore in pus immutantur, abſque eo quod in ſubſtantiæ poroſitatibus infarcti, phlegmonoſum tumorem prius procreauerint; vt text. 4. lib. huius adnotatum eſt. Interdum verò aliorum morborum eſt conſectanea, puta tromatum, vel viſcerũ phymatis vt Anginæ, Pleuritidis, Peripneumoniæ, cæterorumque huius generis, dum morbifica eorum materia neque à natura neque à medicis auxilijs exhauriri penitùs, diſſoluique potuit: Quapropter niſi primis morbi diebus Æger obiuerit, ſi naturalis facultas valida ſit, in pus eam excoquit: *melius ſiquidem eſt*, an. 21. vt inquit Hipp. 3. de morb., *Suppuratarum fieri, etiam ſi doloroſum ſit, minus enim lethale*. In hac autem tranſmutatione varia temporum momenta veniunt expendenda; immutationis ſcilicet principium, nec non tuberculi ruptio, dum ipſum pus acrius redditum, tumentem particulam exedit, ſternitq; ſibi iter, vt in ampliorem deinde intercapedinem effundatur. Quod vtique vel citius vel ſerius euenit, vt docet

Suppuratio interdum primigenia, interdũ aliorum morborum conſectanea eſt.

Suppurari melius eſt etſi doloroſum.

Suppurationis varia tẽpora.

Gal. 2.

©BIUM

Gal. 2. prog. t. 57. pro affectæ sedis, morbosique humoris differentia. *Sedes namque calidior ac mollior, citius suppuratur, friggidior verò ac durior, tardius. Itidem ex humoribus calidior citius, friggidior tardius. Hæ quidem secundum rei substantiam differentiæ sunt. Porrò accedunt extrinsecus eæ, quæ ab ætate ducuntur, natura, tempore, regionum conditione ac viribus Aegri. In omnibus his calidus humor citius, friggidus tardius suppuratur.* Hæc Galenus: Vndè Hippocrates 2. progn. *Aliæ puris eruptiones fiunt, & plurimæ quidem, die vigesima; quædam vero trigesima, quædam quadragesima, quædam autem ad sexagesimum diem perueniunt.* Quæ tempora enumeranda sunt à prima die', in qua humor cæpit in pus verti, vt patet in prognosi 58. lib. 2. vbi transmutationis huius signa recensentur. *Considerare autem oportet*, inquit, *principium suppurationis fore ratiocinantes à prima die, qua homo febricitauit, si quando rigor primum ipsum prehendit, & si dixerit in parte, quæ dolore vexabatur, pro dolore pondere ipsum grauari; hæc enim in principijs fiunt suppurationum.* Quod vt plurimum decimaquarta die accidere fatendum est ex aph. 8. sec. 5. *Quicunque morbo laterali laborantes in quatuordecim diebus non repurgantur, ij ad suppurationem vertuntur.* Cæterum cum hæc puris generatio in omnibus tum internis, tum externis partibus celebrari possit, suppurati tamen nomine ij tantumodo dignantur, quibus id in inferiore, aut in superiore ventre, aut in ipsis pulmonibus contingit, vt docet idem Hipp. 1. de morb., sed præcipue in superiore, thorace videlicet: atque, vt ex Galeno aliàs nobis annotatum est, purulenti appellantur quicunque pus habent intùs in corpore, siue adhuc contineatur in ipso phlegmone, siue post eruptionem: ij tamen sic potissimùm nuncupantur, qui in thorace & pulmone huiusmodi affectionem habent; anthonomasticè verò quibus inter thoracem atque pulmonem pus coaceruatum est. Ac nisi à pure quamprimum ij expientur, tabidi tandem euadunt iuxtà apho. 15. sec. 5. *Quicunque à pleuritide suppurati fiunt, si in quadraginta diebus repurgati fuerint ab ea die, qua ruptio facta fuerit, liberantur; si verò non, ad tabem transeunt.* In præsenti itaque contextu varias incipit explicare rationes, quibus suppurationem ex cerebrali

nu. 15.

nu. 16.

nu. 10.

Friggida tardius suppurantur.

Suppurationis temporũ signa.

Suppurati qui dicãtur.

Gal. com. in 2. progn. text. 60.

Ex suppuratis tabidi.

rebrali fluxione, vel alijs ex morbis fieri contingit. Modum autem hic affert, qui maximè, vt ipse dicit, consuetus est, dum videlicet rheuma fertur quidem in eundem locum, in quem ferri diximus bilioſum fluxum, nuper descriptum, Peripneumoniam, & Pleuritidem excitantem, in pulmones nempè; Hac tamen differentia, quòd ille copioſus erat, ita vt totum fere viscus illud expleret, eleuaretque in tumorem: vnde sic adauctum, thoracem violentius tangendo lædebat, excitabatque dolorem; quæ vtique accidentia sedabantur sedata fluxione: hac enim deficiente, Pulmones illicò detumescere incipiunt, eò quòd materia, quæ iam collecta erat, partim expurgatur, partim excoquitur & suppuratur, minus proinde lædit; ex quo morbus in dies magis mitigari percipitur. Secus autem accidit in hac suppurationis specie, quæ primigenia est, neque alium præcedentem in thorace morbum sequitur; nam minus materiei defluit, proindeque non potest ad extremas asperæ arteriæ propagines permeare, neq; pulmones nimium explendo augere; sed latenter & tacitè primo delabitur, nullo excitato vehementiori sympthomate, neque ipsamet tussi ad noxij humoris expulsionem, nisi valde leui. Postquam verò fluxio sedata est, tunc non modo non sedatur affectio, sed maiora potius incipiunt emergere accidentia: nam materia illa concluſa, neque à perenni fluxione vt prius subinde refrigerata, incandescit, inque pus paulatim transmutatur, & inde fit empyema: *distillationes enim*, ex 7. aph. 38. *in ventrem superiorem intra dies viginti suppurantur*, siue, vt habetur lib. 1. de morb., *putrescunt maxime diebus viginti unum*. Neque aliam ob causam censeo casum hunc alijs esse frequentiorem, nisi quòd, cum latenter fiat, ita vt nullum signum de se præbeat ab initio; facillimè negligitur, & ferè nunquam impeditur, quominus ad suppurationem deueniat.

Suppuratio ex Fluxione cerebrali.

Cur suppuratio ex fluxione frequentior fit.

XXIV. Fiunt etiam suppurati, cum minus excreant, quam influit in Pulmonem: Hoc enim, quod in Pulmone consistit, & quod influit, pus fit. Pus in Pulmone, & in Thorace consistens, ac congregatum, vlcerat & putre-

Suppurationis alias species.

©BIUM

putrefacit; & poſt quàm exulcerata fuerint; ab vlcerato influit, & cum excreat, caput ſimul concuſſum magis fluit, ſimulque ex vlcerato in thorace, ac pulmone, magis fluit, & vlcera agitata refringuntur: vt etſi fluxus à capite ceſſet, is, qui ab ipſis vlceribus venit, ſufficiens ſit morbum facere.

HÆc ſuppurationis ſpecies non aliter à precedenti differt, quàm quòd à maiori fit materiæ prouentu; quæ deorſum ad eoſdem delapſa pulmones, vel tuſſim, vel aſthma, vel alium leuiorem affectum tunc primò ibi excitare credendum eſt: Quòd ſi diù perſeueret, ac non ſatis per anacathariſin expurgetur; quod ſupereſt, bronchiorum lateribus affixum, in pus vertitur. Hoc nouam deinde aduenientem materiam in purulentam ac ſimilem vertit ſubſtantiam, magiſque indies à concepto calore acre redditum, pulmones demum exedit, vlceratque. Hinc affectuum incuitabilis circulatio, dum cauſæ vicem inter ſe gerunt, mutuòque ſouentur atque exacerbantur: nam pus ex vlcere perpetuò, neceſſariòque emanat, cum nequeat, ſaucia pars ac proinde imbecillior reddita, aduenies alimentum perfectè excoquere; ſibique aſſimilare: quapropter complura gignat excrementa neceſſe eſt. quæ dum natura tuſſi extra propellere nititur, concutitur caput, augetur fluxio, vlcera in pulmonibus refricantur, ex quo phthiſium incurabilitas prouenit, vt notauit etiam Galen. 5. meth. cap. 8. Subditque quamuis cerebralis fluxio ceſſet, ſuppurationem haud proinde penitus ceſſaturam, cum vlcus ipſum aſſiduè nouum producere pus natum ſit, & empyema ſouere.

Suppuratio ex vlceribus pulmonum.

XXV. Fit præterea etiam ab vlcere ſuppuratus, & leuior hic morbus exiſtit.

Suppuratio ex vulneribus.

NE quis putaret ſuppurationes à fluxionibus tantummodò procreari, quòd de his hìc potiſſimum agatur, obiter nunc ſubdit, præter rationes ſupra enarratas, fieri etiam ab vlcere

cere ſuppuratum: Nam omnes ferè Empyematis cauſæ ad tria genera videntur ab Hippocrate reuocari, ad fluxiones nempe; ad thoracicarum partium phlegmonoſas affectiones; ad ſolutionem continui. De duobus primis hactenus dictum eſt; De tertio nunc agitur ſub vlceris nomine, & quarta proponitur ſuppurationis differentia. Quòd autem ἕλκος, ideſt, vlcus Hippocrati omnem comprehendat continui ſolutionem, ea excepta, quæ fit in oſſe, ſiue fiat ab interna cauſa erodente, quod verè proprieque vlcus eſt; ſiue ab externa vi, vt quæ vulnera peculiariter Latinis, Græcis verò τρώματα nũcupantur; ſatis ſuperq; teſtatur liber περὶ ἑλκῶν, hoc eſt, de vlceribus, inſcriptus, vbi tam de vlceribus, quàm de vulneribus agitur; probatq; ex locis compluribus Foeſ. in Oecon. At cum de vero vlcere, quatenus empyematis cauſa eſſe poteſt, in ſuperiori egerit contextu; hìc de vulnere, alijſq; ab externa vi proue-
nientibus calamitatibus, quas lib. 1. de morb. latè proſequitur, quatenus videlicet eandem ſuppurationem parere poſſunt, agere par eſt. Hæ ſiquidem, ſiue ruptiones ſint, ſiue vulnera, vel contuſiones, modò ad intimiores pertineant partes, adapertis vaſis, ſanguinem in cauitates effundunt, qui, ni ſtatim per vulneris os, vel per Tracheam expurgetur, aut congruis eluatur auxilijs, ad quod multa penetranti in vulnere vti plerumq; ſolemus, grumeſcit primò, (ſiue id fiat òb fibras, vt voluit Ariſtot. 3. de hiſt. an. cap. 19., ſiue òb ſpiritus euaneſcentes & calorem, à quibus fluxilis intrà venas ſeruabatur; ſiue ob pinguedinem, quæ frigidiorem locum nacta, concreſcit; ſiue id omne à naturali, peculiariq; venarum virtute proueniat, quæ vnæ cum cordis ventriculis, cerebriq; lacuna fluxilem ſeruare ſanguinem natę ſunt) deinde putreſcat neceſſe eſt, iuxta aph. 20. ſec. 6. *Si in cauitatem ſanguis præter naturam effuſus eſt, neceſſe eſt ſuppurari*. Suppuratus verò viſcera exedendo lædit, adq; tabem poſtremò deducit. Peculiari tamen ratione penetrans thoracis vulnus, niſi aptè curetur, empyematis cauſa exiſtit, vt docet Hippoc. lib. citato de morbis per hæc verba. *Quicunque à vulneribus ſuppurati fiunt, aut ex haſta, aut pugione, aut iaculo intrò ſauciati fuerint: quamdiu quidem habuerit vlcus reſpirationem foras per antiquum vulnus,*

Empyematis cauſæ ad tria genera reuocantur.

Vlcus apud Hippoc. vulnus etiam ſignificat.

Sanguis extra vaſa eur grumeſcat.

©BIUM

& hac parte friggidum in ſe ipſum adducit & calidum à ſe ipſo hac parte emittit, & ſane facile tum pus, tum ſi quid eſt aliud expurgatur. Et ſiquidem & interna pars, & externa ſimul fuerint ſanatæ, ſanus penitùs homo euadit. Si verò externa quidem ſanata fuerit, interna verò non, ſuppuratus fit. Et ſi etiam ſanatæ ſimul ſint, & interna, & externa pars; cicatrix autem intus debilis fiat, & aſpera & liuida; reulceratur quandoque, ac ſic ſuppuratus fit. Rurſus exulceratur etiam ſi quid amplius laborarit, & ſi attenuatus fuerit, & ſi pituita aut bilis ad cicatricem affixa fuerit, & ſi alio morbo correptus attenuatus fuerit, &c. & in Coacis. *Qui, thorace vulnerato, exteriore quidem parte ſaneſcunt, interiore verò non, vt ne ſuppurati fiant, periclitantur. At quibus interiore parte infirma cicatrix ducta eſt, vulnus ea parte facilè refricatur rupta cicatrice.* Hinc ſalubre Chirurgis præceptum haurire fas eſt: vulnera ad thoracis cauitatem pertingentia curaturi, illud in primis quærere debent, ne extera in parte coaleſcant, priuſquã vulneris labia intus optimè coaluerint: haud enim facile vniuntur intimæ illæ partes òb membranam, quæ oſtis ſubtexitur; eò magis, quòd medica auxilia non æquè bene ijs applicantur; ex quo fit, vt clauſo exteriori vulneris orificio, ſi quid ſaniei in media, aut intima vulneris parte gignitur, intus ad cauitatem reſundatur: præter quam quòd non rarò vel debilis omnino cicatrix, vel falſa & apparens ibi obducitur òb exareſcentem ſaniem in cruſtam verſam; quæ leui quauis occaſione deinde excutitur, & vulnus recrudeſcit: quod cum nequeat conceptum pus extra emittere, ad cauitatem effuſum, Empyematis cauſa exiſtit. Has autem ex vulnere ſuppurationes non aliam òb cauſam cęteris leuiores exiſtimamus, niſi quòd pulmones à fluxione, vel præceſſo aliquo phlegmone non dum vitiatos reperit, vnde validi cum ſint, pus attrahere, & extra pellere validè poterunt, vel calore diſſipare; præter quam quod externam vlceris cicatricem exedendo, ſæpè ſæpius ipſummet pus expeditum ſibi viam parat.

Cautio in penetrantiũ vulnerũ curatione ne inde ſuppuratio ſuperueniat.

Empyema ex vulneribus cur leuior ſit.

XXVI. Fit autem extra pulmonem, maxime quidem à ruptura, & vbi caro contuſa fuerit: iuxtà hanc enim pus con-

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 220 sur 478

©BIUM

congregatur, & congregatum fluctuat ſiquis corpus concutiat, & ſtrepitum facit; & hæc vruntur.

Sect. 10. DIximus ſupra ex 1. de morb. ſuppurationes procreari & inferiori in ventre, & in ſuperiori, & in Pulmonibus; nam peculiari quadam ratione morbi huius capax eſt hoc viſcus, quòd præ cæteris omnibus antroſum ſit: qua propter in ipſo inſignes puris collectiones non rarò conſpiciuntur; eæ præſertim, quæ rheumata vt præcipuam cauſam agnoſcunt, de quibus potiſſimum hìc agere Hippocrates ſibi propoſuerat. Sed cum ſuperiori contextu òbiter dixerit Empyema etiam à vulneribus fieri, iure nunc addit, fieri etiam extra pulmones: nam ſicut, quę à rheumate gignuntur purulentiæ, intrà pulmones vt plurimum coarctantur, ità quæ à penetrantibus vulneribus, vaſorum, vel phymatum rupturis, modo nuper explicato, originem ducunt, extra Pulmones, in ampla Thoracis cauitate, potiſſimùm fluctuant, commotæq; ſonitum edunt; quamuis in vnoquoq; ex his locis, tam in Abdomine ſcilicet, quam in Thorace, & Pulmonibus ſubcreſcere poſſit Empyema tum ex rheumate, tum ex continui ſolutionibus, tum ex præcedentibus inflãmatorijs affectibus non ritè ſolutis, vt luculenter docet Hipp. lib. 1. de morb. citato; altera tamen cauſa in altera ex ijs partibus ſæpiùs hũc affectũ producit, òb peculiarem cõditionẽ, quã vnaquæq; ex ijs partibus ſeorſim habet; Thorax etenim externis incurſionibus magis expoſitus eſt; Pulmo verò fluxiones sẽper excipere paratus, quãuis eas nõ sẽper retineat: ſed ad thoracis etiã cauitatem quandoq; tranſmittat, vbi deinde putreſcunt: ipſeq; è contra, in magnis clamoribus, & in acri diſtillatione, continui ſolutionem, tum in vaſis, tum in propria ſubſtantia, interdum experitur. At thoracicæ huius purulentiæ proprium auxilium dicit eſſe vſtionem: dum videlicet tanta eſt puris colluuies; vt neque à natura reſolui, neque per tracheam ſatis expurgari poſſe intrà quadrageſimam diem, iuxta aphoriſmi decretum, ſperandum ſit; cuius rei indicium ſumitur à maxima anhelitus difficultate, magnam ſpiritalium partium anguſtiam atteſtante; vt docet Gal. 6. aph. 27., tunc vt exſiccemus, vel manifeſte euacuemus, ad generoſum hoc præſi-

Pulmo ſuppurationis capax præcipuè eſt.

Suppuratio ex vulneribus præcipuè fit.

Vſtio purulentis in thorace cõmoda eſt.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 221 sur 478

©BIUM

Vſtio purulentis cito adibenda.

ſidium, vel ad ſectionem quam citius properandum eſt; præcauendumque ne pus computreſcat; pulmones, in praua illuuie innatentes, corrumpantur, cerebrum à putridis vaporibus, ſurſum iugiter aſcendentibus, vitietur, ac diſtillationibus magis obnoxium reddatur, corpuſque vniuerſum praue nutritum ad vltimam extenuationem, colliquationemq; cum omnimoda virium iactura, deueniat; ita vt Æger vel ſuffocatus, vel tabidus miſerè intereat; videlicet cum vſtio in caſſum administraretur: quapropter in ſola celeritate tota ſalutis ſpes repoſita eſt, vt latiùs docuit Hipp. eodem primo de morb., & in coac.; & lib. 6. epid. ſec. 7. t. 9. *tabeſcentes vrere ſtatim, &c.* de mor. au. 11.

Vſtio ꝓpria eſt empyicorum, velut ſectio Hydropicorum.

Quamuis autem ſectio magis propria ſit Hydropicorum, velut vſtio Empyicorum, iuxtà Galeni mentẽ 6. aph. 27., vtraq; tamen in ſuppuratis ad vſum reuocari poteſt hac animaduerſione, quod vbi internarum thoracis partium non magna adſit putredo, neque puris praua admodum vigeat conditio; tunc ſimplex ſectio ſatis futura eſt. Quod ſi res ſecus ſe habeat,

Vſtio dupliciter adminiſtratur in purulentis.

ad vſtion em audacter confugiemus; quam duplici etiam ratione antiquitùs peractam inuenimus; nam quandoq; ſternum compluribus in locis ſuperficietenus inurebant; ſcilicet cum id ſatis futurum ex Symptomatum leuitate coniectabantur, ad diuertendum, intercipiendum, eaque exſiccanda, quæ intùs in cauitate præternaturaliter ſtagnabant: ac tunc ſub mento, in iugulo, ſub mammis, in omoplatis, alibique, candenti ferro inurebant, vlceraque adaperta ſeruabant donec tuſſis deſineret, vt docent Celſus lib. 3. cap. 22., & Paulus cap. 44. ſexti libri. Quod ſi tanta erat prauæ ac purulentæ materiæ vbertas, vt non niſi confoſſo thorace, adapertaque in latere via expurgari poſſe ſperaretur; tunc locum eligebant, qui decliuis quãmaximè eſſet, vt faciliorem inde exitum ſanies nanciſceretur, Diaphragma tamen à punctione tutum omnino eſſet, quod coſtarum extremitatibus ſubtenſum, anteriore quidem parte eleuatum eſt; poſteriori verò ſpinam verſus decliue, depreſſumque: ex quo fit, vt aptiſſimus cenſeatur locus inter tertiam & quartam coſtam, vel inter quartam & quinctam, (ab infima enumerare incipientes,) vbi ſcilicet ad poſteriora vergit, & inciſorio, candentique cultro à media duarum coſtarum interca-

©BIUM

tercapendine deorſum ad cauitatem vſque perforandum: Etenim, ſic vaſa, quæ vnicuique coſtarum adhærent, euitabimus. Quod tamen cautionibus ijs eſt peragendum, quas Hippocrates luculenter retulit lib.2.&3.de morb.ſic inquiens. *Cum tempus longius protrahitur, & febris vehemens, ac tuſſis corripit, & latus dolet, & ad ſanam partem decumbere non poteſt, ſed ad dolentem, & pedes, & oculorum cauitates intumeſcunt. Hunc vbi decimuſquintus ab eruptione dies adeſt, multa calida lotum in ſella collocato, & alius quidem manus ipſius teneat, tu verò humerum concutito, vt audias in vtrum latus affectio ſtrepitum edat: (optandum autem eſſet in ſiniſtrum). Hunc igitur locum ſeces; minus enim læthalis eſt. Si verò præ craſſitudine, & copia ſtrepitum non edat, quo ipſum cognoſcere poſſis (nam hoc aliquando contingit) vtrum latus tumuerit, ac magis doluerit, hoc infimè ſecato retro tumorem magis, quàm antè ipſum, quo puris exitum magis facilio-rem habeat. Secato autem inter coſtas per nonaculam primum cutem, deinde ſcalpello acuto, quod panniculo ſit obligatum, ita vt ſumma ipſius pars ad vnguis magni digiti menſuram expedita reſtet, quam intromittas. Poſtea emiſſo pure quantum viſum fuerit, vulnus ex linamento lino crudo, alligato foras propendente filo, concludito, & quotidie ſemel pus educito: Poſt quam autem decimus adfuerit dies, omni pure emiſſo, linamentum ex linteo indito, deinde vinum & & oleum tepefacta per fiſtulam infundito, ne pulmo in pure humectari ſolitus, derepente reſiccetur: Emittendum autem eſt id, quod mane infuſum eſt, ad veſperam; quod veſpere, mane. &c.* Strepitus verò in thorace; ſicuti dum auditur, latitantis ſanici certiſſimum eſt indicium, ità è contra, non quoties quid purulentum in ea cauitate reconditur, tale aliquid audiri neceſſe eſt: vnde in coacis. *Inter Empyicos, quibus concuſſis humeris multus ſit ſtrepitus, parcius illi pus habent, quàm quibus exiguus, modo ſpiret facilius, & melius ſint colorati. At quibus ne minimus quidem refertur, ſed fortis diſpnœa, liuidique vngues, pleni ſunt illi pure, ac deſperati.* Puris ergo craſſities, & copia totam explens cauitatem, impedimento eſt, ne dimoueatur, & ſtrepitum edat; Quapropter eodem 3. de morb. terra Eretriade, ſic dicta, vel quòd rubra eſſet; vel quòd ab Eretria Vrbe propè Chalcidem ſita aſportaretur, adſtringentis facultatis, refrigerantis,

nu.27. & 28.

lib.2.nu.45. lib.3.nu.26. & deinceps. Vſtionũ ratio in purulentis.

Dexteras vrere, aut ſecare, læthalius eſt: quãto enim robuſtiores ſũt dexteræ partes, tãto etiã fortior morbi in ipſis fiunt. Hip.3. de mor.n.26

Quicunque ſuppurari ſecantur, aut vruntur, hi pure acerua tim effluente, omnino moriuntur. aph.27.ſec.5

Quicunque ſuppurati vruntur, ſiquidem pus purum fluat, & album, euadunt. Si verò ſubcruentũ, & carnoſum & graueolẽs, pereunt. aphor.44.ſec. 7.

Puris magna copia fluctuationem inhibet in thorace.

ac

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 223 sur 478

©BIUM

ac leniter emollientis ex Dioſcoride) liquida, valdeque trita, & tepida, tenue linteum inficit, eoque thoracem vndequaq; contegit, vt qua parte primùm reſiccatum fuerit, ea ſecet & vrat. Verùm hac de re Hieronymus Fabritius ab Aquapend. eſt legendus chirurgicarum part. 1. de operat. chirurgicis c. 46. vbi exactiſſimè operationem hanc ponderat atque edocet.

XXVII. Tabes autem fit, cum in idem, velut in ſuppurato fluxio fit per guttur, & appendentes Pulmonis partes, appellatas Aortas, quæ pulmonem & guttur continent, & coniungunt. Fluit autem in Pulmonem frequenter, & paulatim, & humiditatem in Pulmone non multam facit: reſiccatum enim id, quod influit, & in gutture compactum, vt pote quod non eluitur, ſed paulatim influit, ac detinetur, tuſſim excitat, & in Aortis id, quod influit, detentum, vtpote cum anguſta foramina Aortæ habeant, anguſtum ſpititui locum exhibet, & talem ſpiritum habere facit, qui velut defectus, ſemper reſpirare concupiſcit; & in Pulmone, velut non vehementer humido exiſtente, pruritus cõtingit. Cum verò multum de capite fluxerit, pruritus in pulmone non fit: multum enim eſt, quod in ipſum influit: & Suppurati ex his Tabidis fiunt, vbi corpus humectius factum fuerit: & contra vbi ſiccius fuerit factum, ex Suppuratis Tabidi.

Tabes ex fluxione ad pulmones.

Suppurati ex Tabidis.

Affines admodum ſunt duo hi affectus, ſuppuratio et Tabes, vt qui in eadem non modo inſunt regione, ſed generationem etiam habent mutuam, vt ſupra vidimus; Iure igitur de vtroque quaſi promiſcue agit Hippocrates: Cæterum cum φθίσις, quam Tabem Latini vocant, omnem ſignificet corporis extenuationem, colliquationemque, à quacumque id cauſa proueniat: deducitur namque dictio hæc à verbo φθίνειν, quod minui importat & conſumi; præcipue tamen, & anthonomaſtice de ea dicitur conſumpſione, quæ à Pulmonum

Tabis & ſuppurationis affinitas.

Tabes quid ſignificet.

Phthiſis vnde dicatur.

©BIUM

monum insanabili vlcere procedit : quod vlcus aut proprijs Pulmonum affectibus superuenit, vt cruento sputo, Peripneumoniæ, cæterisque huiusce modi; aut à cerebrali fluxione originem ducit; & de hac postrema in præsenti textu potissimum agitur; fluxio siquidem, quæ à capite per Tracheam, & Aortas, hoc est, bronchia, in Pulmones fertur, aut valde copiosa est, confertim facta, bilioseque naturæ, ita vt vel alteram pulmonis partem, vel vtramque immodicè explens, Pleuritim, aut Peripneumoniam excitet; Vel non adeo est copiosa, neq; tam commota repentè, neque calidæ admodum naturæ; tanta tamen est, vt neque facile aduri, neque acris ei qualitas imprimi possit: atque hæc in Pulmonum cuniculis concalefacta, à natiuo simul & à præternaturali calore in pus tandem vertitur. Aut denique fluxio sensim, paulatimque fit, & per exigua quædam interualla: quapropter, cum non iugiter à noua fluxione diluatur, atque attemperetur; id, quod iam fluxit, à partium calore plurimum patitur, & aquosiori parte destitutum, siccitatem quādam, seu nitrositatem adipiscitur, quæ limæ instar humores acuit. Id clare descripsit idem Hipp. 4. de morb. exemplo hydrelæi, cuius aquea pars vi ignis exalat, pingis verò aduritur; notaturq; in aphorismis vbicunque australis constitutio humectans & replens ab aquilonari siccitate excipitur; non admodum proinde Pulmones humectat hæc fluxio, neq; copiosa ab ipsis tunc excrementa expurgantur, sed aridam vellicando tussim excitat, & in bronchiorum angustis cauitatibus coacta, primò spiritus vias coarctat; ità vt non satis aeris ad Cordis æstum attemperandum attracto, Ægrum spirationis anxium perpetuò detineat. Dehinc magis magisque adusta, maiorem acredinem, erodendique facultatem acquirit, qua Pulmonum substantiam mordicans, & abradens, quendam excitat pruritum, qui, si ab hebeti visceris huius sensu non adeò percipitur, in pectore saltē, ob membranarum & ligamētorum consensum, innotescit; nimirum punctionibus quibusdam in latere, in scapulis, sub mammillis; fauceseque non leuiter irritantur: ξυσμος enim, Latinis pruritus, à ξύω, hoc est, rado, deducitur. Quæ abrasio, dum fluxio valdè copiosa est, vix fieri potest in Pulmonibus, nullusq; tunc contingit pruritus : nam

num. 23.

Fluxio diuersa in qualitate & quantitate diuersos pariteffectus

3. aph. 12.

Pruritus ex fluxione ad pulmones.

Pruritus vnde dicatur.

aquea

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 225 sur 478

©BIUM

aquea humiditas non facilè in vberi materia absumitur, sed in pus ab humido potius calore transmutatur, vt docet etiam Gal. 5. de simp. med. facul. c. 6. Ac quemadmodum transpositis in cutem acribus, tenuibusque humoribus, primo quidem pruritus in vniuerso corporis habitu excitatur; mox vlcuscula succedunt: ita & in pulmonibus pruritum insanabilia postmodum sequuntur vlcera, in quibus profectò vera tabis idea consistit. Cum vero istorum affectuum reciproca soleat esse generatio, ità vt modò ex Tabe fiat Empyema, modò ex Empyemate tabes; ideò docet ex qua varia horum morborum dispositione id proueniat: Nam ex tabe hac, quam ex humorum arida acrique qualitate procreari diximus, suppuratio prouenit, dum pulmones humidiores euadunt. Non vtique à noua fluxione, sed à propriæ substantiæ, aduenientisque alimenti putrefactione; praua etenim vlceris qualitas subiectam substantiam, & delegatos alimentitios humores in pus vertit, magnumque gignit puris prouentum: ex quo incipiunt purulenta plurima sputamina excreari, atque ita corpus humectius esse apparet: Quemadmodum è contra, vbi pus in primogenio empyemate copiosè genitum est; si diutius in pulmonum latebris detineatur, incãdescens, siccius redditur, & acredinem, erodendique facultatem acquirit; qua deinde exedit pulmones, deducitque ad tabem.

Tabis ac Empyematis reciproca generatio.

XXVIII Suppurati hoc modo cognoscuntur. latus à principio dolor occupat. Cum verò iam pus collectum est, & dolor similiter habet, & tussis sit, & pus excreat, & Spiritus corripit. Si verò nondum erupit pus, in latere concutitur, & velut in vtriculo strepitum facit. Si verò horum nihil adsit, suppuratus autem sit, ex his coniectare oportet. Spiritum multum habet, subraucosiusque loquitur, & pedes ac genua intumescunt; magis autem ab ea lateris parte, in qua pus est, & thorax concuruatus est, & membrorum dissolutio fit, & & sudor per totum corpus diffluit, & aliquando sibi ipsi

Suppurati vt nam sint explorandi.

ipſi videtur calidus eſſe, aliquando friggidus, & vngues circumtenſi ſunt, & aluus calida fit. Ex his ſuppuratos cognoſcere oportet.

Empyicorũ varia ſigna.

SIgna, quibus Empyemata innoteſcunt, non vnius ſunt generis; Siquidem alia ipſum iam iam adfuturum, vel inchoatum denunciant; alia præſens iam, vel confirmatum demoſtrant; alia tempus denotant, quo pus è vomica, parata ſibi erodendo via, ampliorem in cauitatem effunditur; Nonnulla affectam partem circumſcribunt; nec tandem deſunt quæ, quid boni, quid mali ſperandum ſit, præindicent. Quæ omnia 2. progn. à tex. 52. & deinceps; in coac. prænot., 1. & 2. de morb. diffuſe videre eſt. In præſenti autem textu ea præcipuè enarrantur, quæ & præſentem, & conſummatam oſtendunt, quorum ratio ſic accipienda eſt.

Empyicorũ dolor vnde.

Latus à principio dolor occupat. nam dum pus conficitur, febres & dolores fiunt; plurimùm tunc feruente materia: vnde ſi præexiſtiebat, tunc magis exacerbatur.

Cum pus collectum eſt, dolor ſimile habet. dolor videlicet grauatiuus, diſſolutis iam vaporibus, diſſipatiſque ſpiritibus, quibus leuior feruens materia ſenſiebatur; quæque prius in plures partes, ſeu meatus diſperſa erat, poſt Suppurationem, putrefactis meatuum interſtitijs, in vnum colligitur, ac ſenſum inuehit grauitatis. Quod ſi pus diutius nõ expectoratum permanſerit, iterum incandeſcit. Hinc membranarum extenſio, & infeſta prorrtatio, noua ſibi adſcita acrimonia, qua, dum erumpere contendit, erodentem concitat dolorem.

lib. 17. Scitum eſt illud Præceptoris in progn. *Accedere neceſſe eſt dolorem, dyſpnœam, & ſcreationem ante puris eruptionem.*

Empyicorũ tuſſis vnde.

Et tuſſis fit. exudantibus à vomica ichoribus, Pulmonumque membranas vellicantibus; aut ipſomet pure erodente, atque exitum affectante.

Pus eſcreat. ichoroſum videlicet, atque tenuius, ſi intrà vomicam adhuc pus contineatur, neque dum rupta ſit: At ſi in pulmonum cauitatibus ſit collectum; tunc

©BIUM

facilis sequitur anacatharsis, dummodò pus neque nimis crassum, neque viscidum sit; thoracis autem robur validum.

Spiritus corripit. Exigua atque frequens spiratio, quæ statim confecto pure sedatur; sed illo iterum incalescente, Dyspnæa pariter cum cæteris symptomatibus exacerbatur. Quod si è loco phlegmone obsesso pus in thoracis intercapedinem deinde erumpat; impedimento est quominùs pulmonum alæ satis extendi, explicarique possint; vel si in ipsis pulmonum cauitatibus stabuletur, crassius in dies redditum, spiritus vias magis intercludit, quod quidem symptoma; euacuato sensim pure, euanescit.

Si verò non dum erupit pus &c. Non dum euacuatum est per anacatharsim eò quòd non satis excoctum sit, vireseque collapsæ existant: quapropter per os excerni, expectorarique neutiquam potest; tunc, si concutiantur Empyici, fluctuatio percipitur stagnantis illuuiei in thoracis cauitate, modò à crassitie & copia non impediatur, vt non ita pridem ex Coacis animaduersionibus hìc annotatum est. Atque hæc sunt signa, quæ iam factam ostendunt suppurationem; sed non dum vetustate confirmatam. At si nulla ex his notis adfuerit, ità vt suppurati neque vehementer doleant, neque tussiant, seu excreent, quòd pus à nimia crassitie & copia, prostrata præsertim natura, quasi immobiliter latitet; tunc his signis dignoscendum est.

Purisfluctuatio in Empyicis. text. 25.

Spiritum multum habet. Maximè implicitis spiritalibus instrumentis à pure copioso & viscido, quod Pulmonibus adhærens, nullatenus expectorari aptum est; naturæ præsertim viribus collapsis, ità vt nullos adhibeat conatus, neque ipsa excitata tussi.

Empycorum raucedo vnde.

Subraucosiusque loquitur. Exasperata tracheæ tunica ab adhærente pure in dies magis magisque incalescente.

Empyicis eurgenua & pedes intumescant.

Pedes & genua intùmescunt. Vitiata in partibus ijs nutritiua facultate ob caloris paupertatem, qui in Cordis latebris penè suffocatus, membra illa frigida & neruosa, tam longè à foco diffita, fouere, vitalique nectare illustrare nequaquam potest. Hinc alimentum

©BIUM

mentum non adpoſitum, neq; adſimilatum remanens, œdematoſos excitat tumores; ab ea præſertim parte, quæ vitiato reſpondet lateri: nam illinc præcipuè vitalem recipit influxum ac viuificum Nectar.

Et thorax concuruatus eſt. Suppuratione iam ex vetuſtate in tabem delabente; conſumptis proinde à tabida febre adipoſis & carnoſis partibus, quibus thoracis latera extrà contegebantur, coſtarum curuatura ſe ſe effert horribilis; extenuato præſertim Abdomine, ac proinde lumborum vertebris penè adhærente; Quinimmò ſolidæ membrorum omnium partes ab exitioſa hac febre diſſoluuntur, neque noui nectaris appulſu reſtaurantur, labefactata naturali omni œconomia; vnde neque Chyloſis, neque Ematoſis, neque Anadoſis ritè celebratur. Empyicorũ extenuatio vnde.

Et ſudor per totum corpus diffluit. Ob virium imbecillitatem, nequeunte natura delegatum alimentum retinere, & aſſimilare; proinde foràs ſub roris ſpecie egreditur. Empyicorũ ſudor.

Et ſibi videtur aliquando calidus eſſe, aliquando friggidus. Incaleſcit quidem modò ab aſſumpto alimento ob habituatum in ſolidis partibus calorem, vt calx incaleſcit ab aqua; modò nocte aduentante ob friggidioris aeris appulſum, quo, conſtipatis poris, fuligines, quæ à ferueſcente pure eleuantur, retineri par eſt: præſertim tunc temporis humoribus omnibus ad viſcera reuocatis; modò à cerebri colliquamentis, quæ deorſum ſenſim delapſa, quoſdam primò horrores, calores deinde excitant. Empyici caloris ac frigoris viciſſitudines patiuntur.

Et vngues circumtenſi ſunt. Abſumptis carnoſis digitorũ partibus, quibus firmabantur; atq; ipſamet vnguium ſubſtantia, quę à vitalium humorũ affluxu mollis ac lucida adſeruabatur, iã nimis exſiccata. Empycorũ vngues cur incuruẽtur.

Et aluus calida fit. Tum ob thoracis proximitatem, in quo pus diutius detentum, magis magiſque ferueſcit. Notum eſt illud primi de morb. *Si pus in ventre moram traxerit, totum corpus ab ipſo caleſcit; maximè verò viciniſſimæ partes.* tum ob ſuperarum partium colliqua- Empyicis cur aluus incaleſcat, & ſuperueniat Diarthœa.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 229 sur 478

©BIUM

menta à totius corporis præternaturali igneoque calore: quorum portio ad inferiorem delata ventriculum, calorem excitat, mouetque non raro diarrhœam, Empyicis fatalem atque, funeſtam. Hæc autem ſigna ſunt, quæ empyema ad tabem iam demigraſſe, ac ſuppuratos ad extremam iam calamitatem redactos oſtendunt.

XXIX. Porrò cum retrò ſpinam fluxio proceſſerit, huic tabes fit eiuſmodi: lumbos dolet, & anteriores capitis partes vacuæ videntur ipsi eſſe.

DE fluxione hac ad poſticas partes pluribus egimus tex. 5. libri huius: nihil proindè eſt, quod nunc addamus.

XXX. Bilis autem periculoſa eſt ſi Ictерus, ſiue regius morbus in oculis accedat; & in vnguibus liuiditas ſi fiat, & ſi corpus vlcera habeat, & partes circa vlcera liuidæ ſint, & cum ſudor non toto corpore erumpit, ſed vna aliqua corporis parte; & cum febre adhùc exiſtente excreat æger pallidum viride: aut ſi adhùc in Pulmone ineſt pallidũ viride, excreatio ceſſet. Sic autem cum ineſt & non ineſt cognoſcere oportet. Cum ineſt, in faucibus reſpirantis ſtrepit, & ſpiritus periculoſus eſt, & ſingultus adeſt, & febris diſcedit, excreatione adhuc in Pulmone hærente, & aluus debili iam exiſtenti ſeceſſum facit. Hæc Pleuritidis & Peripneumoniæ periculoſa indicia ſunt.

pleuritidis & Peripneumoniæ exitioſa ſigna.

BIlem hìc vocat, (quemadmodum & vocauit ſuperius tex. 4.) Pleuritidem, & Peripneumoniam; illam videlicet, quæ, adauctis biliosa cacochymia Pulmonibus, moleſtoque contactu excitatur; nomine ab infeſta materia deſumpto, vt conſueuit in Pituita alba, Cholera, Morbo nigro, cæteriſque huiuſcemodi, quibus libri de morbis, de affection., de victu acut. ſunt refertiſſimi. Veteſtiſſimũ namq; eſt morbis nomenclatu-

Morbi à quibus denominẽtur.

©BIUM

claturam vel à parte affecta; vel à morbosa materia; vel ab insigniori aliquo symptomate; vel à similitudine cum aliquo ex animantibus desumi. Hi ergo Pulmonum affectus; cum tripliciter terminari possint; ad salutem quidem discussa, vel expurgata materia; ad interitum eàdem conculcata, atque exasata in bronchijs; vel incerto euentu ad pus immutata: De primo atque postremo luculenter supra actum est. De secundo
nu. 21. iam agit, ex itiosa quædam signa proponens, quibus vel biliosi humoris exuberantia, vel praua qualitas, vel effœta natura significatur. Vnde ad prognosim spectat hìc cõtextus, sic inquiẽs.

Bilis periculosa est. illa scilicet Pulmonum affectio, quæ à biliosa fluxione procreata, Pleuritidis, & Peripneumoniæ nomine insignita est.

Si Icterus in oculis accedat luteo colore òb bilẽ eò effusam, defœdata candidissima oculorum parte, vbi propter nitorem ictericia primò innotescit. Hinc fit, quod oculi indicent de toto corpore, dum color similis efflorescit humoribus, modo non intrà regurgitauerint. Cæterùm id nequaquam criticè accidere censendum est; attenuata videlicet crassiori bile in Pulmonibus, factaque metastasi ad extimas partes à valida expultrice transposita; vt post sextum biliosis in morbis, maximo ægrorum subsidio quandoq; accidere consueuit. Sed symptomaticè potius, eò vsq; ob ingentem copiam propagata materia; vel tenuiori aliqua parte acrius irritante, à lacessita natura eò expulsa. Quod duplici tunc nomine horrendum erit, tum ob delirium, quod iure imminet, dum leuior bilis portio ad superiora ascendit: à delirio autem & conuulsio, & suprema dies expectanda est: tum ob materiam in bronchijs relictam, quæ à tenuiori parte destituta, crassior ac viscidior euadat necesse est, quàm vt per anacatharsim euacuari possit. Propter id ipsum in morbis pectoris alui profluuium perpetuò detestatus est Hippocrates: *aluo enim calefacta*, inquit, *& omnia in se ipsam trahente, sputi sursum purgatio non æqualiter contingit*.

Et in vnguibus liuiditas si fiat. ob caloris paupertatẽ, qui ab exitiosa materia iam in præcordijs suffocatur. Hanc vitalis facultatis inopiam primò

Icterus cur Pleuriticis superueniat Hip. 6. epid. sec. 4. tex. 25

Ictericia cur primo in oculis innotescat.

Ictericiaque mala portẽdat in Peripneumonicis.

6. aph. 16. 1. de morb. nu. 11. & 3. de morb. nu. 17.

Alui fluxus in morbis pectoris cur malus.

©BIUM

Vuginm liuor in Empyicis vnde.

primò perſentiunt vngues, vtpote in extremis digitis longè à caloris fonte locati: hi enim à tenuiſſima glutinoſi oſſium excrementi portione geniti, caloris vi exſiccata, vt habetur lib. de princ., diaphani ſunt, ac ſubiectæ tum carnis, tum humoris non modò temperamentum perſpicuè oſtendunt, (vnde molles, plani, & lucidi cum ſunt, ingeniũ indicant; tales namq; à tenui, ac ſpirituoſo ſanguine euadũt) ſed præter naturales etiã diſpoſitiones: Quinimmò cum venarum, arteriarum, & neruorũ extremitates ſua radice claudant, deficientis cuiuſq; virtutis inopiam primi perſenſiunt, vitalis præſertim, quam liuore & nigredine denunciant: ſanguis etenim, qui à vitali influxu floridus, ac rubicundus ſeruabatur, iam refrigeratus gelaſcit: & cũ denſitate opacitatẽ acquirit; vt docuit etiã Ariſt. ſec. 3. probl. 1. nu. 11.

Vnguium cõſideratio. Vnges temperamentũ oſtendunt.

Hip. de nat. puer. nu. 16. Gal. 2. de anat. admini. cap. 11.

Et ſi corpus vlcera habeat. à feruidiore, & bilioſo ſanguine, qui in præcordijs nimium ineanduit, dum læſa reſpiratione, Cor non ſatis attemperatur. Hinc 3. de morb. in conſimili affectu, in Pulmone nimirum tumente, pectus & latera velut acubus pungi aſſeruit, ibiq; velut à flamma rubores exoriri. nu. 7.

Vlcera in Empyicorũ corpore.

Et partes circa vlcera liuidæ. Sic etiam in Coac. & in progn. *Vlcus ſiue prius factum fuerit, ſiue in morbo acceſſerit, perdiſcendum: nam ſi periturus eſt æger, ante mortem, liuidum & ſiccum erit, aut etiam pallidum & ſiccum.* Liueſcunt talia vlcera vel ab humore aduſto, atque in atram bilem tranſmutato; vel quòd vitalis facultas iam emori incipiat atque extingui. Coac. nu. 3. Prog. tex. 4.

Vlcera cur liueſcunt.

Et cum ſudor non toto corpore erumpit, ſed vna aliqua corporis parte. nam etſi ſudor propriè humidum eſt excrementum vltimi alimenti membrorum, cuius paulò ante per anguſtiſſimas vias fuerat vehiculum, ac proinde ab habitu vniuerſi corporis decìdi par eſt; non rarò tamen à penitioribus partibus elicitur, hoc eſt, à peccantium humorum maſſa, vt liquidò docuit Hippocr. lib. 1. de morb., inquiens. *De pituita & bile quod tenuiſſimum eſt eliquatur & ſecernitur, & ſecedit partim extrà corpus, partim intus, & iſthic in corpore relinquitur; partim præ caliditate atte-* nu. 11.

Sudor quid ſit, vnde proueniat.

©BIUM

attenuatur, & vapor fit, & cum ſpiritu permiſtum foràs procedit: vnde & lib. de flat. dixit ſudorẽ eſſe ſpiritum cõpactum
nu. 13. in aquam tranſmutatum. Hinc eſt, quod ex 4. acut. *ſudoris ſpecies omnibus morbis eſt communis*: morbifica enim cuiuſque
nu. 16. morbi materia calore attenuari ac concoqui poteſt, & partim in aqueum humorem, partim in vaporem verſa, per cutis ſpiramenta ſenſibiliter excerni: ità vt quãuis noxius humor certa in parte reſideat, dummodò tamen vigeat expulſiua, ſudor, qui inde exoritur, vniuerſalis in toto corpore erit. Sic Anaxion ille 3. epid. à Pleuritide per talem ſudorem liber omnino euaſit; & Valeriola obſer. 1. lib. 4., Pleuriticam quamdam mulierem ſudore copioſo, vlla abſque expectoratione, aliaque inſigni euacuatione, integrè à Pleuritide conualuiſſe teſtatur. At ſæpè euenit in magnis vitalium partium inflammationibus, dum præ anguſtia quammaximè laborat natura, aut adeò effœta eſt, vt non niſi ex quibuſdam partibus, quæ ad ſudorem procliuiores ſunt ob rationes, quæ iam iam afferentur, expellere poſſit; vel ne alimentitium quidem ſuccum in habitu corporis continere valeat; aut præ nimio incendio nuper coagulatæ carnes, vel appoſitum & coactum alimentum diſſoluãtur, & colliquescant, exigui quidam, ſed penitus funeſti ſudores in partibus quibuſdam inrorati appareant; circa caput videlicet, vultum, & ceruicem: nam, vt docet Theophraſt. libello de ſudore, *ſudat ex corporis partibus maximè facies, licet & minus carnoſa ſit, & minus laboret, quòd & caput rarum & humidum eſt*, cui ipſa facies & collum ſubiacet. *Raritatis autem, humiditatiſque indicia tum alia ſunt, tum cerebrum & pilorum ortus; illud quidem humiditatis; hi raritatis: quam ob rem & primùm & maximè ſudatur fronte, quòd hæc ſecundùm cerebrum ſit. Ad hæc ſpiritus contenſio in caput magis extenditur*. Quæ pariter rationes apud Ariſtotelem regiſtratæ ſunt tota ſecunda problematum ſectione. Iure ergo ſudor in aliqua corporis parte inter
Progn. nu. 5. Acut. nu. 53. praua hìc recenſetur ſigna, vt recenſetur etiam in prognoſticis: & Hippocr. lib. acut. *In Peripneumonia malum eſt, ſi æger difficulter ſpirauerit, & vrinæ tenues & acres, & ſudores circa collum & caput fiant; tales enim ſudores praui ſunt præ ſuffocatione, & impetu, & violentia ſuperantibus morbis*.

Sudor omnibus morbis eſt communis.

Sect. 3. ægr. 8 Pleuritis ſudore iudicata.

Praui ſudores varij.

Sudores partiales.

Facies cur facile ſudet.

Frons facilè ſudat.

Et

©BIUM

Bilis pallida virens quæ, & cũt-

Et cum febre adhùc exiſtente excreat æger pallidum viride, &c. pallidum ad viride vergens, quod bilis eſt nimium à præternaturali calore exaſſatę, quę dum ferosa parte magis magisq; in dies deſtituitur, à viridi ad atrum properat; acerrimamque ſibi vim adiungens, naturæ infeſtiſſima euadit: Hinc maximas inquietudines; Viſcerum ac pectoris morſum, & tandem deſperationem inducit ex lib. de vet. med. Iurè itaque huiuſcemodi ſputum, vt maximè fu- nu.34. neſtum, improbatur in prognoſticis, in Coacis, & in libris de morb. Quòd ſi cum febre adhùc valida coniungatur, duplici tunc nomine prauum erit, & quod humoris, vnde gignitur, & partis vnde manat, ardorem denunciat; & quod ipſomet euacuato, morbus nullatenus mitior euadit. Scitum eſt illud prognoſcos. *Omnia ſputa mala quæcunque dolorem non ſedauerint*: ſignificat enim vel non educi id, quod facit morbum: vel, ſi educitur, non ex facultatis robore (hæc enim non ſine conferentia operatur) ſed vi morbi, ac ſymptomaticè, irritatà naturà, euacuari: nam dum valida eſt expultrix, vbi coctionis ſigna præceſſere, peximi interdum vndecumque excernuntur humores, maxima cum ægrorum tollerantia atque iuuamine, coctio ſiquidem omnia mitigat.

Sputa omnia mala quę dolorem non ſedant, & cur.

nu.35.

Aut ſi adhùc in Pulmone ineſt pallidum viride, excreatio ceſſet. id enim aut facultatis imbecillitatem, aut doloris vehementiam, aut humoris contumaciam ob nimiam craſſitiem ſignificabit. Sic & in Prog., *malum eſt ſputum, quod valde chlorum eſt & ſpumoſum. Si vero adeo ſyncerum fuerit, vt nigrum appareat, grauius illis hoc eſt. Malum etiam ſi nihil aut expurget, aut admittat Pulmo, ſed plenus in gutture ferueat*. nam vt habetur 1. de morb. *Si ſputum non reiecerit, & durior fit, & coareſcit, & hominem perimit*.

Sputorũ vacuitas vnde,

nu.36.

Sic autẽ cùm ineſt, aut non ineſt cognoſcere oportet. Cũ ineſt, in faucibus reſpirantis ſtrepit & ſpiritus periculoſus eſt. Si prauæ materiei expectoratio illicò ceſſet, ſcireq; velimus, num aliquid adhuc reliquum

©BIUM

liquum ſuperſit in pulmonum latebris, his ſignis cognoſcere oportet. Primò ex ſtrepitu, quem edit inſpiratus aer, ſi bonchia craſſis viſcidiſque oppleta humoribus, offendat; nam vt ad cor refrigerandum perueniat, per anguſtias tranſire cogitur, dum craſſas diſſecans materias iter ſibi parat; colliditur proinde, ſtrepitumque emittit, qualem feruens olla viſcido repleta humore, vt in aſthmaticis obſeruare licet. Quod autem talis reſpiratio diſcrimine plena ſit, non eſt cur dubitemus, cum inde ſuffocatio immineat. Signa latitantis humoris in pulmonibus.

Et ſingultus adeſt. Non vtique per idiopathiam, cum non eſſentialiter atque primariò afficiatur ſuperius ventriculi orificium, cuius paſſio eſt ſingultus; ſed per ſympathiam, & thoraciarum partium conſenſum, quæ vel phlegmone, vel exitioſa admodum cacochymia obſidentur. Eſt etenim ſingultus conuulſiua ſtomachi affectio; ſeu quædam eius concuſſio, qua, quod noxium ſentit, ſiue ad repletionem, ſiue ad inanitionem pertineat, excutere nititur; cum exactiſſimi ſit ſenſus ob inſignem, quem à ſexto cerebri coniugio recipit neruum; ità vt quamcumq; noxam facillimè percipiat; ac dùm illicò totus ventriculus, omnibus expulſiuæ facultatis viribus circà orificum conſtringitur, vt quod noxium eſt propellat, aeris aliquid per anguſtũ tramitem eliditur, ac ſtrepitum edit. Id ipſum quandoque patitur à proximarum partium conſenſu, tàm naturalium, quàm ſpiritualium, vbi illæ vel ingenti phlegmone, vel vitioſa cacochymia obſidentur; idque vel exſiccato ſtomacho à vehementia caloris; vel prauo aliquo ſeu vapore ſeu ichore in ipſum inſpirato, vel irrorato; vt cuenit in propoſito caſu repleti pulmonis. Sic & 2. de morb. ſingultientis cuiuſdam febris meminit, in qua ob læſa ſpiritalia ſingultus infeſtat, & 3. de morb. de Pleuritide ſanguinea verba faciens, *Cum*, inquit, *adfuerit ſingultus, ſimulque cum ſaliua, ſanguinis grumos nigros tuſſiendo reiecerit, ſeptima die moritur*, & aph. 58. ſec. 5., & aph. 17. ſec. 7. *ex hepatis inflammatione ſingultus, malum*. Singultus in morbis pectoris. Singultus quid ſit, Aph. 39. ſec. 6. Singultus cur ſtrepitũ faciat. Singultus per conſenſum quomodo fiat. lib. 62. lib. 39.

Et febris diſcedit excreatione adhuc in Pulmone hærente. Non modo infida ſunt quæcunque ſiue bona, ſiue mala præter rationem euenĩũt vt habetur aph. 27.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 235 sur 478

©BIUM

Morbum præter rationem mitescere pessimum est,

sec. 2., verùm etiam à morbo interdum absque rationabili causa ægrotantes subleuari, inter praua signa, immò læthalia, connumeratur. Pluries id annotauit Hippocrates, in Prorrheticis quidem, *Mortifera omnia, quæ absque signis mitescunt, mortem in propinquo esse testantur*. In coacis verò, *Quæ prauis cum signis mitescunt, mortifera sunt. Lateris dolor in sputo bilioso, quod immeritò euanuit, insaniam facit*. Amplum testimonium præbent veritati huic multorum historiæ in epidemijs, præsertim Hermocrates ille, qui pluries à febre liber, tandem vigesimaseptima vitam cum morte commutauit; plurimique sunt, qui non longe ab extremo spiritu, maiori degunt quiete, ita vt vulgus morbo iam defunctos existimet. Cuius rei multiplex afferri posset ratio; interdum extremos conatus habente natura, læthiferum excrementum è principe parte in viliorem deponitur, postmodum maiori impetu reuersurum; interdum verò, cum eò deuentum est, vt primigenium humidum penè consumptum sit, omnisque spiritus, tum in vitali principio, tum in solidis partibus, dissipatus; tunc naturalis facultas præ extrema imbecillitate neque morbificas materias vlterius coquere studet; neque vllo pacto commouet vt expellat: quinimmo extincto penè sensu in visceribus, omnis cessat dolor, omnis inquietudo euanescit; ac dum natiua extinguitur caliditas, febrilis ardor ad quendam deducitur tepotem, vt infebricitationem fere mentiatur, læthale iccircò signum erit morbifico humore adhùc pulmonum latebris hærente, ac suffocante, febrem discedere; Quod non nisi òb natiui caloris extinctionem contingere potest, vt modò dictum est.

Prorrhet. num. 6.

3. epid. sec. 1. ægr. 2.

Ægri cur propè obitū melius habere videātur.

Et aluus debili iam existenti secessum facit.

Alui fluxus rarò vtilis in morbis pectoris, nisi ad præseruandum.

Alui fluxus rarò vtilis est in morbis pectoris, nisi ad præseruandum; vt in morbi initio dum cerebralis fluxio ad naturales deriuatur partes, fit ne adeo augeatur in pectore affectio: Vnde lib. de aer. aq. & loc. *Qui aluum liquidam habent, non admodum tentantur Pleuritide & Peripneumonia*: in quo sensu patiter accipiendum est illud Coacarum. *Quibus in febribus dolores laterum sunt, ijs aluo multa aquosa bile permixta deijciente, remissio est*. Cæterùm quam rarò accidit, vt mitificata infesta

num. 4

Pleuritici raro per alui fluxum iudicantur.

in

©BIUM

in præcordijs materia, adque inferas partes deturbata, ex ità commota aluo Pleuritici morbo feliciter defungantur: sed pernicioſus plerumque talis fluxus exiſtit; nam vel nequaquam in ipſo morbificus euacuatur humor; ex quo nulla ſequitur conferentia, ſed vires potius proſternuntur, quæ validæ in expectoratione eſſe debent, qua vna vt plurimum Pleuritici, & Peripneumonici exitioſo morbo ſupereſſe conſueuerunt; vel, ſi quid peccantis materiei eo fluxu euacuatur, id tenuiſſima erit pars, atque ichoroſa: vix enim craſſa & viſcida per longos & anguſtos venarum anfractus ad inteſtina deuehitur; vnde quod in thorace reliquum ſupereſt, craſſius ac tenacius redditum, nullatenùs poſtmodum per Tracheam educere fas erit, ſed exaſſatum in pulmonibus, extremam deducet in
tit. 17. perniciem. Hinc ſanciuit Hipp. 3. de morb. *Aluus in morbis pectoris neque nimis laxa, neque nimis adſtricta eſſe debet: laxa enim cohibet ſputum, adſtricta auget febrem*: cuius rei rationem attulit loco ſuperius citato ex 1. de morb. *Aluo calefacta, atque*
tit. 11. *omnia in ſe ipſam trahente, ſputi ſurſum purgatio non æqualiter contingit.* In hoc tamen textu ea addit verba. *Debili iam exiſtenti.* vt peximum indicet ſymptoma, quo non longè ſupremam abeſſe diem denunciatur: nam ſi fractis viribus, penituſque exhauſtis ob eas, quæ præceſſere, febres, dolores, vigilias, talis ſuperueniat ſymptoma; naturalem omnem œconomiam labefactatam, ac penè ab æruginoſa bile eò reſudante demolitam ſignificabit; ità vt ventriculus nil amplius retineat, nil concoquat, nil attrahat Hepar, ſed omnia ſuo marte deorſum effluere ſinat: Vnde 1. de morb. *Aluus turbata in Pleuritico, Peripneumonico, aut ſuppurato malum.* Quod 6. aph. 16. & alibi non rarò regiſtratum reperimus. Atq; ex his omnibus ſignis læthalem prorſus Pleuritidem eſſe agnoſcemus: quæ tamen omnia non adeò pleuritidis propria dicenda ſunt, vt cum alijs acutis morbis coniungi nequeant, eorumque exitioſam prauitatem demõſtrare; neque interim prætermittendum alterum oraculũ in Coacis. *Quibus Pleuriticis ſirepitus multus in pectore eſt, & facies triſtis, & oculus morbi regij colore infectus, ac caliginoſus, hi pereunt.*

Aluus in morbis pectoris vt nã eſſe debeat.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 237 sur 478

©BIUM

Pleuritidis curatio.

Cæterùm Pleuritidem hoc modo curare oportet. Febris ſedanda non eſt per ſeptem dies. Potu vtendum aut Aceto mulſo, aut Aceto & Aqua. Hæc autē quamplurima offerre oportet, quo humectatio fiat; eaque facta excreationem faciat. Et dolor ſedandus eſt calefactorijs medicamentis; & ad ſorbendum dandum eſt quicquid excreationem facit; & balneis vtendum eſt quarta die. Quincta autem & ſexta oleum illinendum eſt. Septima lauandum eſt ſi febris dimittere non velit, quo præ balneo ſudor contingat: inſuperque & quincta, & ſexta fortiſſimis vtendum eſt excretoriis medicamentis, quo ſeptimam diem quam facillimè tranſigat. Si verò neque ſeptima die febris ceſſet, nona ceſsabit, si non aliud quid periculoſum accedat. Poſtquam autem febris dimiſerit, ſorbitiones quam debiliſsimæ offerantur. Si verò vacuatio oboriatur, ſiquidem iuuenile adhuc eſt corpus, potus auferendi ſunt; ſi verò febris dimiſit, triticeis ſorbitionibus vtaris. Et eodem modò Peripneumoniam curato.

Abſolutis ijs, quæ ad Pleuritidis huius diagnoſim atque prognoſim ſpectant, ordinis ratio poſtulat, vt ad curationem modò accedat; quam eò potiſſimum dirigit, vt oppreſſos Pulmones àb exitioſa vindicet cacochymia, cuius partem anacatharſi per Tracheam expurgat; partem per corporis habitum ſudoribus educere, partem balneis fotibuſque diſſoluere, ac diſſipare ſtudet: Cumque febris ſymptomaticum quid ſit in hoc affectu, ac pleuritidis ſequatur naturam; hinc monet primò ne primis ſeptem diebus ea ſedetur, hoc eſt, curatiua intenſio ne in febrem principaliter dirigatur, relicta Pulmonum cacochymia & intumeſcentia tanquam minus principali; tum quia hæc eſt, quæ præcipue vrget, & febris cauſa

©BIUM

causa exiſtit; tum quia febris refrigerantibus ſedatur, quæ tamen ex aph. 14. ſec. 5. pectori inimica ſunt, tuſſes mouent
num. 25. & fluxiones: quinimmò ex 2. de diæt. humiditates in corpore congelando, hoc eſt, incraſſando, valde contumaces reddit, ſputumque ſupprimit; quæ omnia pleuritidis curationi plurimum aduerſantur. Prætermittenda igitur febris eſt; idque non primo tantum ſeptenario, quo periodo difficillima vt plurimum tempora tranſigit Pleuritis, incrementum videlicet, & vigorem; ac tunc præcipuè feruet febris; quapropter de facili ad eam curandam incautè trahi poſſet Medicus; ſed quouſque morbus hic in ſuo vigore perſtiterit. Quod ſi poſtea febris, quæ accidentaria erat, ob peculiares Ægri diſpoſitiones eſſentialis euaſerit, ad eam curandam tutò deuenire poterimus. Iudicatur tamen morbus hic, aut ſeptem diebus, aut nouem, aut vndecim, aut quatuordecim, prout
num. 23. coctio aut citius aut ſerius apparuerit, vt docet Hip. 1. de morb. & 1. aph. 12. Biliioſiſſima tamen cum ſit propoſita hæc affectio, primo plerumque ſeptenario eam iudicari rationabile eſt.

Frigus quæ mala inuehat pectori

Febris cur non ſedãda in Pleuriticis.

Potu vtendum eſt Aceto mulſo, aut Aceto & Aqua.

nam vt habetur lib. de affect., in Pleuritide potiones dandæ
num. 8. ſunt acidiores, quò ſputum de latere repurgetur: inter acida verò primum ſibi vendicat locum Acetum, ob vim, quam ex partium tenuitate obtinet craſſas penetrandi, diſſecandique materias, naturamque mordicando irritat ad expulſionem tuſſi excitata, At ne ſua acredine thoracis membranas offendat, melle, aut aqua attemperandum eſt; illo quidem ſi abſterſione indigeamus; hac verò, ſi diluere, ſeruoremque ac ſitim corrigere in animo ſit. Qua autem proportione mulſum
num. 40. acetum, quod oximel appellari poſſet, confici debeat, dilucidè docuit 2. de morb. *Bibat autem mel*, inquit, *æquali affuſo aceto coctum; ità vt quanta fuerit menſura cocti mellis & aceti; vnde vigeſimam partem affundas*: vtque dilutior reddatur hęc mixtio, ſitque potabilis, poſtea quoque aquam modico aceto affuſo
num. 28. ammiſcet. Ità oximel mitius redditur, poſitiſque noxis, quas nimia acredine inuehebat, Os, inquit 3. acut; *fauceſque humectat*,

pleuriticis acidior potio prodeſt.

Aceti vires.

Oximel vt nam confi-ciatur, & eius vires.

©BIUM

flat, ſputum educit, ſitim ſedat, & mellis inhibet noxas, nempe quod in melle biliosum eſt, caſtigat. Nam mellicratum etſi multis nominibus expetendum in thoracis affectibus; ex eodem enim 3. acut. *Pulmonem mollit, ſputum moderatè educit, tuſſim lenit & abſtergit*; minus tamen commodum eſt ijs, qui amara bile abundant: ac proinde in biliosa hac Pleuritide iurè Oximel ei anteponitur: ex libro namque citato, aciditates ex aceto amara bile laborantibus conferunt. Potio præterea liberaliter offerenda eſt, vt materia in Pulmonum anfractibus tum frequenti ſpiritu & febre, tum tenuioris partis aſſidua expectoratione craſſeſcens, aſſiduè diluatur, & liqueſcat, vt deinde penitùs euacuari poſſit: Quapropter non vnico, liberalique hauſtu hautienda, ne in ventriculum tota confeſtim delapſa, hunc aggrauet, pectori verò parum aut nihil proſit; ſed compluribus & exiguis hauſtibus propinanda: ita etenim, vt habetur libello de Corde, aliquid ſemper per internam Trachææ, ſuperficiem delabitur, quod per bronchia immeditatè excurrit, diluitque: ita & 2. de morb., acetum mulſum paulatim & frequenter bibendum tradit. num. 28. num. 29. num. 42.

Acetum biliosis prodeſt.

Pleuriticis potiones copioſę per plures tamen vices propinandæ.

Et dolor ſedandus eſt calefactorijs medicamentis.

Nil fuit Hippocrati antiquius in Pleuriticorum curatione, quam dolorem vt citius omni arte lenire, ne fluxio ad ſedem affectam magis magiſque concitaretur, & infarctam phlegmoni materiam vtcunque diſcutere atque euacuare, priuſquam vel ſpiritum penitùs intercluderet, vel, in pus immutata, empyema procreatet; nam vt docuit primo de morb. Pleuritici aut ſputo ſtatim euadunt, aut à copioſa fluxione ſuffocantur; aut ſuppurantur. Indicia autem hæc de ſe præbent in ſeptem diebus, aut nouem, aut vndecim, aut quatuordecim. Pro his igitur aſſequendis ſtatim ab initio calida adhibere fomenta conſueuit, vt quæ tum attemperando, tum leuiter diſcutiendo perbellè id præſtare poſſunt. Id ipſum præcepit 2. acut. lib. 1. & 2. de morb. & alibi pluries. Attamen huic conſilio acriter nonnulli aduerſantur, quaſi flagitium ſit pleno adhuc corpore, nec dum ſedata fluxione ad localia deſcendere medicamenta, quæ calefaciendo attrahere magis poſſunt, morbumque num. 43. acut. lib. 10.

Pleuriticis Hipp. ſtatim ad ſedandū dolorem fomenta applicat.

Num fomēta ſint adhibēda Pleuriticis.

©BIUM

bumque augere: Quapropter, inquiunt, ipſemet Hippocra-
au.8. tes lib. de affectionib. id prohibuit his verbis. *Cum autem pus*, ideſt coctum ſputum, *purgare incæperit, latus calefacere conducit, & forinſecus maturare ea, quæ circa latus ſunt: prius autem*
au.10. *hoc facere non expedit*. & 3. de morb., *Cum indicationes ſint*, de Pleuritide loquitur, *dolentes locos humidis fomentis tepefacito, & oleo illinito*. Verùm quam iniuſtè tam proficuo detrahant conſilio, ex ipſamet pleuritidis generatione, ſatis colligi videtur,
au.23. quam 1. de morb. luculenter exaratam habemus, vbi affectionem hanc tunc potiſſimum gigni aſſeritur, cum à nimio Vini potentioris potu, vel alia etiam cauſa, vt violento motu, vel ſimilibus, totum corpus incaluerit meabileque redditum eſt: incaleſcunt pariter humores, ac humectantur, hoc eſt, fluxiles fiunt: His enim commotis, concitatiſque, dum per carnes feruntur, rigor ſuperuenit calore interiora petente. Quod vtique multo magis eueniet, ſi corpori ita diſpoſito ſubitum frigus, ventiue aquilonares, offundantur: cumque latus carne nudum ſit natura præ omnibus corporis partibus, nec ſit in ipſo quicquam, quod renitatur, præter ventriculi cauitatem, maximè rigorem percipit: Et cum riguerit, ac refrigeratum fuerit, tum caro, quæ eſt in latere, tum venæ contrahuntur, & conuelluntur: & quantum in ipſa carne ineſt bilis, ac pituitæ, aut in venis, quæ in ipſa carne ſunt, id magna ex parte, aut totum ſecernitur, intròq; compellitur ad caliditatem, carne extrinſecus condenſata, atque id ad latus affigitur, & dolorem vehementem exhibet, & percaleſcit, & per caliditatem trahit ad ſe ipſam à vicinis venis ac carnibus pituitam ac bilem
au.8. &c. Quod indicauit etiam eodem lib. de affect., inquiens, *Fit autem hic morbus maximè ex potu, cum quis humectato corpore aut ſobrius, aut ebrius riguerit*. Quod ſi ita eſt, potuit ne opportunius excogitari præſidium ſub morbi initio in Pleuritide, quam calidum fomentum? quò frigefactum, rigidumq; latus, leuiter incaleſcat, laxetur, perſpirabilior euadat cutis, & humores, qui ad interna, denſatis nimirum exterioribus tum carne, tum venis, impellebantur, inque affectam partem infarciebantur, extrà effundantur, diſſipentur, reſoluantur. At ſi maior fuerit affectio, quam vt poſſit hoc vno auxilio dolor

Pleuritidis generatio.

Fomenta in Pleuriticis maximè probantur.

ſedari

©BIUM

ſedari, itaut ad venæ ſectionem (quod præcipuum eſt præſidium) ſit deueniendum, non ne noxius humor à fotu attenuatus eliquatuſque, facilius è parte affecta proximioribuſque locis haurietur, vt docet etiam Galen. 6. epid. ſec. 5. part. 29., atque ita illam ſanguinis mutationem ſperare poterimus, quã Hip. de vic. acut. in Pleuriticorum phlebotomia exoptat? ſub initio itaque, primo videlicet, aut altero circiter die huiuſmodi fomenta admouenda ſunt, quò rigida illa quamprimum à latere remoueatur affectio, infarctique euocentur humores, aut ita diſponantur, vt anacatharſi, aut venæ ſectione euacuari poſſint. At ſi hoc tempore haud ſedetur dolor, deſiſtendum erit, ne à iugi calore tenuioribus reſolutis partibus, pulmones exſiccentur: *ſiccant* ſiquidem *& calida, quæ nimis calefaciunt & friggida vbi nimium friggefaciunt*, inquit Hipocr. 1. de morbis citat., morbifica materia craſſior euadat, vel nimis ad ſuppurationem diſponatur: nam calida aqua ſuppuratoria eſt ex aphoriſm. 22. ſec. 5. Vbi demum ſputa apparuerint cum ſignis coctionis, ſi opus videatur eò quod copioſa adſit materia, nec vndequaque excocta, ad abſoluendam coctionem, fomenta iterum admoueri poterunt, iuxta præceptum lib. de affect., & 3. de morb. cit., quæ non purè anodyna ſint & aperitiua, ſed coquentia potius, ita vt emplaſtica, obſtruenteque facultate, calorem illesà partè geminare valeant: quod vtique noxium ab initio fuiſſet, non dum euacuato corpore. Neque de ſuppuratione tunc adeò timendum erit: nam poſtquam cæperit noxius humor aliquatenus euacuari, id, quod relinquitur, non valdè infarctum & concluſum eſt in parte obſeſſa, conceptuſq; calor cum reſudante humore & ipſe euaporat. num. 11.

Victus acutorũ triplex eſt.

Et ad ſorbendum dandum eſt quicquid excretionem facit. Triplex eſt victus acutorum ex rei neceſſitate inuentus, vt habetur lib. de vet. med. Potio, Sorbitio, Cibus; quibus variè pro maiori minoriue morbi acutie vtendum eſt. Et quamuis Pleuritis morbus ſit peracutus, ſolo tamen potu haud contenctus eſt Hippocrates pro Pleuriticorum nutritione, vt in pleriſque huius generis morbis conſueuit, ſolo mellicrato, aut oximillite, aqua ex craſſiori num. 10. 11. 12.

siori farina, aut tenuissima tipsana detinens ægrotantes; sed sorbitiones etiam offert, quãuis valde dilutas propinet sub initio, dum adhuc morbus percrudus est: vnde & potionibus eas intermiscet, vt paulò pleniori victu vires firmiores seruentur, quales maximè opus sunt in anacatharsi, quę nõ ab vna naturali expulsiua facultate, sed multũ simul adiuuante animali perficitur, dum valida thoracis musculorum omnium cõcussone sputum eijcitur; Hinc præcipit eodem primo de vic. acut., sorbitiones hasce augeri quo magis sputa procedunt, ad iudicationem vsque, & vltra per duos dies. Quod perperàm alicui factum videri posset, medicisq; dogmatibus aduersari, cum ex Galeni decreto 1. de crisi., in laterum & Pulmonum passionibus tunc status sit, cum copiosa coctaq; educuntur sputamina; in statu verò tenuissima victus ratione vtendum est, ex aph. 8., & 10. sect. 1. Cui dubitationi satisfaciemus tum ex iam dictis, òb peculiarem Thoracicorum morborum conditionem, qui, dum sputo iudicantur, validis non modò naturalis facultatis, sed animalis etiam viribus indigent; tum quia si verum est, quod Hippocr. eodem 1. acut. protulit, quod dolores in Pleuriticis statim sua sponte cessant, vbi memorabile quid spuere, ac expurgari cœperint; (quod quidem non aliunde prouenit, quàm quòd morbificà materià ex parte euacuatà, incipit inflammatio detumescere, minuiturque tensio; vnde cætera symptomata mitescunt) declinatio hæc verius, quam status nuncupari poterit.

Pleuriticos cur non sola potione sed sorbitione reficiat Hip.

sect.5.

cap.18.

sect.7.

Et balneis vtendum est quarta die. Quinctа autem, & Sexta oleum illinendum est. Septima lauandum est si febris dimittere non velit, quò præ balneo sudor contingat. Balnei quemadmodum plurimus fuit priscis temporibus vsus in valetudine tuenda, ità & in morbis pleriscque depellendis eo haudacter vti consueuerunt. *Magni admodum pendere oportet*, inquit Hippocr. 3. acut., *si Aeger cum rectè valuit, balneum valde affectauit, & lauari fuerit assuetus: nempe tales magis appetunt, iuuanturque cum loti fuerint, adeò vt lædantur si non fuerint loti*. In Pleuritide tamen & Peripneumonia peculiariter prodest òb præclaras facultates, quæ 3.

Balnei consideratio.

lib.32.

Balneo assueti tutius eo vti possũt in curandis morbis.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 243 sur 478

©BIUM

Balnei prærogatiuæ, in morbis pectoris.

acut. cit., & in aphorismis ei tribuuntur, lateris, & pectoris & dorsi dolorem leniendi, sputum maturandi, atque educendi; facilem reddit spirationem, cutis superficiem emollit; quæ omnia in thoracicis curandis affectibus quam maximè expetuntur; eaq; præstat laxando, leuiter digerendo, euocandoq;, vt de fomento diximus. At ipsum admouet die quarta, transacto videlicet principio, apparentibus coctionis notis, depletoq; aliquatenus vniuerso corpore, vt supponendum est: quin immò non nisi semel eo vtitur; repetitq; ni morbus cesset, septima die, vt pericula euitet, quæ ex nimio ipsius vsu imminere possent: nam *calidum*, dicebat Hippocrates in aph., ijs, *qui sæpius ipso vtuntur, hæc adfert incommoda. Carnium effœminationem, neruorum imbecillitatem, mentis torporem, &* (quod magis in proposito casu negotium facessit) *sanguinis profluuia:* ob fluxiones namq; balnei vsum plurimum extimuit Galen. in internis inflammationibus, nec non in febribus putridis. At si parce eò quis vtatur, vt hìc præcipitur, cutis spiracula aperiet, rigidam in latere dispositionem remouebit, euocabit humores, disponetq; ad sudorem, qui sæpè excitari solet in morbo bilioso, cuiusmodi est proposita Peripneumonia & Pleuritis. Neque de fluxionibus valdè timendum erit, cum tepens balneum tam rarò adhibitum, succos nequaquam possit de facili eliquare: ex quo dicebat Hippocr. eodem lib. de acut. *Balneum plerisque in morbis vtentibus confert; in his quidem assiduè; in alijs verò non.* Intermedijs verò diebus vnctione duntaxat contentus fuit, vt quæ satis sit ad mollem qualitatem seruandam, quam die quarta balneum inuexerat.

5.aph.16.

Balnei nocumenta. Gal.7.aph.42. 10.meth.10. 3.acut.tex.62.

au.37.

Quincta, & Sexta fortissimis vtendum est excretorijs medicamentis, quò septimam diem quam facillimè transigat. Cum enim peracuta sit proposita affectio, plurimùmq; bilioſa, primo septenario sæpissimè terminari solet; ac nisi sistatur fluxio, materiaq; in Pulmonibus inculcata, vtcumq; imminuatur, crassior à frequenti spiritu reddita, anhelitum intercludit, suffocandoq; interimit. Iurè ergo de septimo valde sollicitus est, & priusquam adsit, Pulmones quoad potest, meabiles reddere studet: ac quemadmodum primis

©BIUM

primis diebus ſolemnioribus remedijs, totum præſertim corpus euacuantibus vacaſſe credendum eſt; ſic & propè ſeptimum ecclegmatibus, ijſque, quæ incidendo, abſtergendo, diluendo, atque irritando, expectoratione promouere poſſunt, quammaximè incumbit. Plurima verò ex expectorantibus huiuſcemodi recenſentur lib. 3. de morb., quibus, vtpotè calidioribus, acrioribuſque, cautè vtendum erit. Atque hæc eſt Pleuritidis curatio, quæ Peripneumoniæ pariter aptari poterit, cum vtraque Pulmonum ſit ægritudo, neque aliter differant, quam quod illa vnã tantummodo partem, hæc vtramque occupat, vt patet ex dictis. Ita & 3. de morb. *Curare Pleuritidem hoc modo oportet*, inquit, *vt plurimum; velut Phœnitidem & Peripneumoniam; præterquam quod hic balneis calidis & Vino dulci vtendum eſt;* & lib. de affect. *Per potus autem & ſorbitiones, & ventris ſubductionem ac frigefactionem eadem curatio adhibeatur in Peripneumonia, quæ in Pleuritide.* Ecclegmatidotes.

Poſtquam febris dimiſerit, ſiue Septima, ſiue Nona die contingat ſorbitiones quàm debiliſsimæ offerantur, non certè quòd tunc temporis tenuius nutriendum ſit, cum 1. de vic. acut. Sorbitiones prout euacuationes augentur, augendas eſſe docuerit, tranſactoque morbo refectioni potius vacandum ſit: vnde ſedata febre, triticeis hìc vtitur ſorbitionibus, quæ proculdubio magis nutriunt, quàm hordeaceæ, quas æquum eſt prius exhibuiſſe, cum excreationem maximè exquireret. *Si quid dare volueris refectionis gratia*, inquit Hipp. lib. de affect., *alicam dato, & ptiſanam triticeam; hæ enim ſorbitiones ſunt fortiores*; ſed cùm peracta iudicatione, & ſedato iam morbo in eadem victus tenuitate biduo detinendus ſit Æger ex tex. cit. de vict. acut., quò magis in valetudine ſtabiliantur Pleuritici, qui iam iam ab Horci faucibus erepti ſunt, & ab omni recidiua tuti euadant; eò magis, quod debiles ſint, ne à copioſo alimento ſuffocentur, ſubitaque euitetur mutatio à tenuiſsimo ad pleniorem victum, quæ ſenſim facienda eſt, vt tutò fiat. Cumque victus Pleuritico conueniens tenuiſsima ſit ſorbitio; hinc dicit ſedata febre hanc eſſe offerendam, in eodem ſcilicet victu aliquantiſper adhuc eſſe perſiſtendum. Sic & lib. 2. de morb., in prima Pleuritidis ſpecie.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 245 sur 478

©BIUM

Vbi verò *febris dimiserit*, inquit, *per biduum milium bis in die sorbeat*. Scio aliter textum hunc à Martiano interpretari, immutatis verbis, cum Zuingerio: quod tamen minimè nunc necesse arbitramur. Cæterùm quæ sint debilissimæ cùm sorbitiones, tùm alimenta, docuit Hippocr. lib. de vet. med.; nec nu. 24. non lib. de affect., inquiens. *Leuissima sunt cibaria & potus,* nu. 44.
Cibi & potiones quæ leuissimæ sint; quæ fortissimæ. *& obsonia, quæ moderatè in corpus ingesta, aut paulò amplius supra modum, neque repletionem exhibent, neque tormen, neque flatum, neque aliud quoddam eiusmodi; & celerrimè concoquuntur, & concocta secedunt, & per omnem diem in ventrem ingesta, minimè molesta sunt, etiamsi diù ante ingesta fuerint. Grauia autem sunt quæ moderatè exhibita, aut infrà modum, repletionem, & dolorem exhibent, & quæ neque dari, neque edi, neque bibi possunt, quin dolorem exhibeant. Et si quis ipsa per tempus rursus bibat, aut edat, etiam sic dolorem exhibent, & non pro ratione secedunt.* Ita ab effectu huiusmodi cibaria describit Hippocrates, quemadmodum à priori sic eadem explicat lib. de vet. med. *Quod* nu. 24.
Fortissimū quid sit. *in vnoquoque forte, & humana natura potentius est, quodque non possit superare, hoc ipsum lædere duxerunt, & hoc auferre quæsiuerunt. Fortissimum autem est inter dulcia dulcissimum, inter amara amarissimum, inter acida acidissimum, in omnibus adeò rebus vigor ipse ac summum.* & paulò inferius. *Robur, & augmentum, & alimentum præsertim per nihil aliud contingit, quam quod probè temperatum est, & nihil habet intemperatum, neque forte, sed totum vnum factum est, & simplex & non forte.* Excessus itaq; primarum non modò, sed secundarum multo magis, & tertij ordinis qualitatum in causa est, quod alimenta difficilius superentur ab humana natura, inque suam transeant substantiã, eaque dicuntur fortissima; quemadmodum temperata, quæ facilè transmutabilem nacta sunt substãtiam, siue à natura, siue àb industri præparatione, ea debilissima leuissimaque Hippocrati nuncupantur. De sorbitionibus verò ibidem sic pariter locutus est. *Sorbitiones inuenerunt pauca ex fortibus multa aqua permiscentes, & robur ipsum temperatura & coctura detrahentes:* Quarum vsum sic citato lib. de affect. explicauit. *Sorbitionem in morbis omnibus dato aut ptisanam, aut milium, aut farinam, aut alicam: & quæcunque ex his dederis ad secessum, tenuia dato, &*

magis

magis percocta, & dulciora potius, quã ſalſiora, aut calidiora. Quę verò ad robur, aut refocillationẽ, craſſiora, pinguiora, & moderatè cocta &c. Alica velut omnium robuſtiſſima, & farina velut his robuſtior.

Si euacuatio oboriatur, ſiquidem iuuenile adhùc eſt corpus, potus auferendi ſunt. Variè apud varios habetur hęc lectio: communiter namque legitur ἐνιαυτὸς, hoc eſt, Euacuatio. Vaticanus codex habet νύγμα, ideſt, Punctio. Caluus λυγμὸς, hoc eſt, Singultus. Nos vulgarem magis probamus; nam id, quòd modò conſulit Hippocrates, ſubortæ euacuationi melius aptatur, quàm Singultui aut pungenti dolori, vt iam videbimus: cùm enim ſuperiùs dixiſſet febrem poſt adhibita medicamenta ſeptima aut nona die ceſſaturam in Pleuritide, ſi de morbo ſcilicèt iam triumphante natura, fauſtum exitum habitura ſit, ac nil interim periculoſius accedat, quod rem ſecùs ſe habere denunciet; docuiſſetque quid ſit agendum ſi febris, vt dictum eſt, proſperè ceſſet; iam innuit quid agere debeamus ſi contrarium eueniat, ac qnid periculoſum acceſſerit, qualis eſt euacuatio, ſeu alui fluxus, Pleuriticis quàm maximè funeſtus, vt toties dictum eſt. Tunc videlicet non amplius copioſis adeò potionibus, quales in thoracicis morbis ſupra probatæ ſunt, eſſe incummendum, ſed aliquantiſper temperandum ab ijs, ne aluus magis laxetur, deijcianturquæ vires, abſq; eo quod aliquid de morbifica minuatur materia: Idq; præcipuè agendum eſt ſi æger iuuenis extiterit, ac proinde neque tanta adſit craſſities in humoribus, neque adeo debilis ſit, vt noxiam materiam, niſi quàm maximè dilutã, educere non poſſit, quemadmodum accidit in Senibus, à quorum frigida ſiccaq; partium temperie craſſiora ſubindè reddũtur excrementa, quæ ab imbecillioribus eorum viribus niſi dilutiſſima, eijci non poſſunt: ac proinde à potubus non adeò commode vt iuuenes temperare queunt in his affectibus.

Potiones cui auferendæ Pleuriticiſi iuuenes ſint, & euacuatio obortiatur.

xxi. At verò ſuppuratis caput purgare oportet, non fortibus medicamentis, ſed paulatim auertere in nares, & ſimul edulijs ventrem ſubducentibus vti. Et cum

Suppuratis caput purgãdum eſt.

©BIUM

cum principium morbi non dum eſt, ſed eò fluxus vertitur, ac vergit, excreationem facere, & tuſsim excitare, & medicamentis infuſilibus in nares vti, & cibis ſimul ingeſtis: Cum autem excreationem facere oportet, pluribus cibis & ſalſis, ac pinguibus vtendum eſt; & vino auſtero, & cum ſic habet, tuſſis inducenda.

Empyicorũ curatio.

MOrborum, quos à cerebrali fluxione gigni demonſtrauit, curationem proſequitur, ſuppuratiſque in hoc textu opitulari inſtituit, per breuem tamen, diminutamque proponit curationem; ità vt proximè potius imminens Empyema præuertere, quam præſens curare doceat: Quapropter quæcunque ad abſolutam argumenti huius tractationem requiruntur, ex lib. 2. de morb. erunt hùc transferenda, vbi de morborum curationibus ex profeſſo agitur. Suppuratis itaque, ſeu potius, futuris ſuppuratis; vbi ſcilicet morbus non dum inchoatus eſt, ſed fluxionem ad hoc tendere atque inclinare ob peculiares conditiones ſupra t. 23. aſſignatas varijs ex ſignis colligimus; tunc primò caput purgari conſulit, fluxionemque auerti ac declinari tum ad nares, tum ad aluum. Quod vtique præceptum nõ huic vni, ſed morbis quibuſlibet, qui à fluxione proueniant, commune eſt. Notum eſt illud

Fluxionum generalis curatio.

libri de humor. *Repentium humorum medela declinatio, deriuatio in caput, in obliqua, quà maximè repit; aut reuulſio in ſuperna deorſum, in infernis ſurſum, aut ſiccare &c.* & Gal. 6. de ſan. tuend. cap. 9. *Pleraque*, inquit, *Medicorum pars occurrit partibus fluxione tentatis, cum ſatis ſit capiti proſpicere, in quo eſt fons.* num. 1.

Vnde & 3. de morb. in curatione etiam Peripneumoniæ ſtatim ab initio caput leuius reddendum voluit, quò nihil influat ad pectus. num. 17.

Cæterum id caute, leuioribuſque medicamentis peragendum eſt, ne nimiùm agitatis in capite humoribus, in thoracẽ vehementius irruant: qua de cauſa 2. prog. num. 15.

Sternutamẽta ſuſpectoris morbis improbantur.

ſternutamenta in omnibus pectoris morbis improbantur. Aluum lubricantibus itidem edulijs ſubducit, ac leuitur ſoluit, tum ad fluxionem à pectore deriuandam, caputque expiandum; aluus etenim exinanita trahit à toto corpore, & præcipuè à

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 248 sur 478

cipuè à capite; tum vt corpus meabile reddat, febremque mitiorem: nam vt legitur libro 3. de morb. in morbis pectoris
nu. 17. *oportet infernam aluum neque valde suppressam esse, ne febres sint acutæ; neque valde egerere, quò saliua sursum educi possit, & æger viribus valeat.* Posthæc ad præcauendum ne noxia materia in pus transmutetur, illam omni arte expectorare tentandum est, tussi excitata salsis cibarijs, quæ vim habent tum irritandi, tum abstergendi atque attenuandi; pinguibus item, quæ leniunt, materiæque exitum faciliorem reddunt: Quod ipsum obseruauit Hip. lib. 2. de morb. in suppuratis ex Peripneumonia, cibos exhibens quam salsissimos, atq; pinguissimos. Vino denique vtitur austero, vel potius, subausteró, & quod modicè tale sit, ne, si nimium adstringat, cohibeat sputum: etenim Vinum huiusmodi suppuratis pluribus nominibus prodesse poterit, cum & leuiter irritando tussim excitet, promoueatq; expectorationem; flaccidos, nimiumq; laxatos ab excrementitia humiditate Pulmones, & ad putredinem dispositos, leuiter exsiccando corroborat, & à
nu. 50. putredine tuetur; *Austera siquidem*, ex Hip. lib. de affect., *ad robur & siccitatem commoda sunt*. Aluum denique manutenet, ne quacunque ex causa nimium laxetur, cum maximo virium dispendio: hinc enim funestum solet esse in suppuratis alui profluuium. *Alba autem vina, & austera*, inquit lib. 2. de
nu. 13. diæt. *calfaciunt, magisque vrinam cient, quam aluum mouent*:
nu. 44. vnde lib. 2. de morb. suppuratis ex Peripneumonia succurrens, suffumigium instituit ex Sij succo, lacte, & vino tornio, seu potius tortiuo, quod post primam vuarum pressuram prelo exprimitur, ita vt & acinorum, & corticis, & racemorum succus extrahatur; indeque vinum austerum, acerbumq; elicitur, quod exasperandi vim habet atque irritandi. Celsus pariter in Tabidorum victu vinũ probauit austerum lib. 3. cap. 22. quod passim in cura tabis obseruauit Hippocrates, vt videre est libro de intern. affect. & alibi.

Salsa irritãt, abstergunt, & attenuãt. Pinguia verò leniunt, & meabilẽ reddunt.

Suppuratis cur Vinum subausterũ præbeat Hippocrates.

Austera cõmoda sunt ad robur & siccitatẽm.

Aluus turbata in suppurato malum Hipp. 1. de morb. n. 6.

Vinum tornium quod nam sit.

Tabidis austerum vinum offerẽdum est.

XXXIII Tabidos item eodem modo, quod ad reliqua attinet, curabis; præter quamquod cibi non multi simul ingerendi sunt, & obsonia non plura, quam cibaria fru-

Tabidorum curatio.

©BIUM

frumentacea; & vino inter edendum vtendum eſt aquoſo, vt ne calfaciat, & corpori debili exiſtenti caliditatem exhibeat, & ſimul ambo calfaciant in eodem tempore, & caliditate multum fluxum inducant.

EX ſuppuratione ad Tabem curandam deſcendit: conſectaneæ enim ad inuicem ſunt hæ affectiones, vt aliàs vidimus, multaque conſimilia habent: Vtraque namque ſæpiſſimè à cerebrali fluxione gignitur; vtraque ſpiritalia obſidet membra; in vtraque iccircò curanda fluxio primùm auertenda, atque ſiſtenda eſt; mòx expectoratio procuranda; aluus in mediocritate continenda. Illud tamen peculiare habet vera Phthyſis, quod morbifica eius materia acris atque erodens eſt, & ex feruido ac putredinoſo pulmonum vlcere lentam febrem perpetuò adnexam habet, à qua partes ſolidæ omnes in ſummam deducuntur maciem; quapropter maximè languet natura, natiuuſque calor ſummè imbecillis exiſtit. Hinc fit, quòd cibi haud ita multi ſimul ſunt ingerendi, ne tenuis obruatur calor, neq; plura, hoc eſt, neq; alia cibaria offerenda ex ijs, quæ in cura empyematis retulit, quàm frumentacea: Cætera etenim, quæ Suppuratis proponebantur, pinguia & ſalſa, Tabidis minimè conueniunt ex lib. de intern. affect. in cura tabis, vbi ſic legitur; *Caput ipſius purgetur pharmacis ad nares appoſitis: Cibaria & obſonia dentur neque pinguia, neque nidoroſa, neq; valde acria.* Scilicet quòd facultatem habeant erodentem vim augere in humoribus; cum frumentacea natiuo lentore illam potius obtundant; neque ab igneo Tabidorum calore corrumpuntur; nec facilè diſſipantur, plurimùmque nutriunt: nam cum Phthyſis valdè cronicus ſit morbus, ita vt ad ſeptimum vſque annum, & ad nonum quandoque extendi poſſit, ex lib. 2. de morb., & de int. affect., pleniorem proinde requirit victum, quo vires perdurare poſſint: Vtque dicebat Arabus Princeps, *indicarentur cibi multi nutrimenti, ſed facultas imbecilla nequit conficere; quod autem facillimum concoctu eſt, minùs nutrit, ideo medio modo agendum, & ſæpius.* Ob eam rem Alexander Petron. lib. 1. de alno ſine med. moll. cap. 4. in fine, acriter eos Medicos carpit, qui præduras Limacum, Teſtudinum

Tabidorum cura in quo differat à cura Empyicorum.

Pinguia, & actia Tabidis inimica.

num 11.

Phthyſis ad nonum quãdoque annũ extenditur.

num 47. num 12.

Tabidorum victus plenior ſit.

Ex Gal. 7. meth. cap. 6.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 250 sur 478

num, cæterorumque teſtaceorum, & cruſtaceorum carnes Phthyſicis, atque Hecticis, quorum ventriculus imbecillis eſt, quotidie offerunt, quippe quæ ab his confici non ſine graui noxa poſſunt; neque Galenum rectè intelligunt, dum de animalibus, quibus teſta pro cute eſt, loquitur, exhibetq; huiuſmodi cibaria ijs, quibus ingeſta in ventriculo ob prauos ſuccos corrumpuntur; nam recrementa, quæ paſſim à Tabidis marcida & purulenta excerni conſpicimus, non è ventriculo, ſed è thorace magis procedunt; ijsque tantùmodò alimenta hæc vtilia exiſtunt, qui, quamuis valde graciles atque extenuati, ventriculo tamen maximè valent. Huiuſmodi ſunt viri quidam flaui, præcalidi, iracundi, macri, nidoroſos ructus ſæpe reddentes, in quorum ventre leues cibi putreſcunt, graues benè coquuntur. Hæc vel ſimilia Petronius. Sed pace tanti Viri non video cur & Phthyſicis, qui hectica febre perpetuò torrentur, ventriculiq; ſubſtantiam igneo calore præcalidam habent, cibaria huiuſcemodi profutura non ſint; quæ refrigerant, & validum præſtant alimentum, minimè putreſcibile, aut diſſipabile; cum pro ventriculi imbecillitate aliter atq; aliter ea parari poſſint, eorumq; robur coctura aut mixtione frangi, inq; varias & potiones, & ſorbitiones redigi. Et ſi quis debilior ſit, quam vt poſſit ea ſuperare, Cancros exhibere poterimus, qui ex Dioſcor. lib. 2. cap. 9., carnem obtinent friabilem, quæq; facillimè digeritur; hiſque morbis à tota ſubſtantia opitulari creduntur. Vinum præterea propinat, vt debilitato corpori, & ob ſolidarum partium exſiccationem penè refrigerato, caliditatem, vel potius caloris ſubſtantiam communicet: ex vino etenim ſanguis, & ſpiritus augetur, à quibus natiuus calor vel conſeruatur, vel reſtituitur: Exhibet tamen aquoſum, ne nimium calefaciat, ita vt adaucto tum à febre, tum à meraciori vino extraneo calore, corpus magis eliqueſcat, maioremq; inducat fluxionem. *Caleſcente corpore*, inquit, Hipp. 1. de morb., *humiditas maximè eliquatur. Et quæ quidem à ſupernis partibus eliquatur, in ſupernum ventriculum maximè confluit, & pus ſit ad hoc, quod iam in ipſo eſt; pars verò eius etiam in infernum ventriculum fluit, & quandoque aluus ab ipſo turbatur, & hominem perimit: nam cibi ingeſti ſecedunt inconcocti,*

3. de animant.

Limaces animalia; cruſtacea improbantur in Phthyſicis à Petronio.

Cruſtacea animalia quibus conueniant in victu.

Cruſtacea conueniunt Phthyſicis atque Hecticis.

Cancri etiamnè habent friabilem, quæ facilè digeritur.

Tabidis Vinum aquoſum offerendum

lib. 11.

©BIUM

& alimentum ab ipſis corpori non accedit; & ſputi ſurſum purgatio non æqualis contingit, aluo nimirum calefacta, & omnia in ſe ipſam trahente; & a ſputo quidem ſuffocatur, & ſtertit dum non purgatur; a ventre verò fluente debilitatur, & plerumque perimitur. & 2. de morb. *Vbi pus circa cor putruerit, nidoroſum odorem pruni inſtar de ſe præbet & cerebrum concaleſcens ſaliſugineſum humorem effundit, qui aluum mouet &c.* Succiſa admodum eſt hæc curatio, quæ vix aliud, quam Tabidorum regimen continet: quapropter ſupplenda eſt, vt de ſuppuratione pariter dictum fuit, ex alijs libris, vbi fusè argumentum hoc pertractatur. Et quamuis lib. 1. de morb. & alibi, morbus hic inter eos affectus recenſeatur, qui neceſſitatem habent, vt ab ipſis perimantur dum fiunt; præſcribũtur nihilominus curationes confirmatis Phthyſicis, non vtique, quò exactè curentur, quod impoſſibile eſt, ſed potius vt diutius ſeruentur; ſæpè enim & ad 20. & ad 30. annos cum hoc morbo ægros viuere poſſe, ipſamet experientia non ſemel docuit.

Phthyſi etſi ſcurabili curatio præſcribitur, vt diutius Phthyſici ſuperſtites fiant: interdum eñ ad triginta permanent annos.

XXXIV. Cùm porrò per gulam fluxus in ventrem proceſſerit, morbus infrà fit, aliquando etiam ſupernè. Huic ſi quidem in ventre dolor inerit, ſubducendus eſt primùm medicamento, aut ſucco; deinde pharmaco fortiore vtendum eſt. Cibis verò aluum ſubducentibus donec dolor perſeueret; Vbi verò dolor ſedetur, cibis validioribus vtatur. Eodem modo vbi morbus plures dies hæſerit, curabis. Si verò debilis fuerit, & præ imbecillitate hæc offerri non poſſint, primùm quidem priſanæ ſucco per clyſterem infuſo, aluus eluenda eſt; poſt, vbi per hunc purgaueris, aliquo ex adſtringentium numero.

Fluxio adVẽ triculum.

INter occultas capitis fluxiones text. 3. lib. huius enarratas, ea recenſetur, quæ per palatum atque œſophagum ad ventriculum deſcendit, vbi ſi nihil immoretur, ſed inteſtina prę-terlabens, denique per ſedem extra emittatur, nulla grauiora inuehit mala ex ijs; quæ ob acrem nitroſamque facultatem eroden-

©BIUM

erodendo interdum excitare ſolet; in ægri bonis connumerandum erit. Ac de fluxionibus huiuſmodi loquens Hipp. lib. 4. de morb. num. 9. *optimum quidem fuerit*, inquit, *ſi ad ventriculum perueniat: exire enim poterit vnà cum ſtercore: & ſiquidem multum fuerit ac humidum, ſtercus humectare poterit; ſi verò modicum, non hoc efnum. 7. fecerit*. & lib. de gland. *Si fluxio retrò proceſſerit per palatum, & in ventrem pituita peruenerit, fluunt quidem horum ventres, non autem ægrotant; ſi verò inferne maneat pituita, affectiones voluloſæ fiunt diuturnæ*. De poſtremo hoc caſu agitur in præſenti contextu, eiuſque præſcribitur curatio, vbi videlicet infeſta materia per ſedem non excernitur, ſed nunc in ventriculo, nunc in inteſtinis detenta, varias ibidem parit affectiones; in ventriculo quidem nauſeam, inappetentiam, imbecillitates, dolores; in inteſtinis verò, dum lentus & viſcidus humor tenaciter adhæret & obſtruit, vel in flatus diſtendentes à calore vertitur, tormina excitantur vehementiſſima: ac quemadmodũ ſymptomata hæc omnia à repletione originẽ ducũt, ita in euacuatione eorum poſita eſt curatio. Cautè tamen id exequitur; nam primò aluum leuiter medicamento ſubducit, quod vim ſolummodo habeat compactũ ſtercus diſſoluendi, eluendiq;, mòx fortiori vtitur pharmaco ad ipſam pituitam educendam, quam attenuantibus, abſtergentibus, coquentibuſque prius præparaſſe ſupponendum eſt, ne, dum valido cathartico adhærentem tenaciter materiam ſtatim euacuare ſtudet, maiora inuehat mala: illud namque pro certo habendum in inteſtinorum laboribus vix vnquam fortiſſima pharmaca locum habere, vt quæ ſuccum è longinquis partibus ad ſedem affectam deducere valeant, obſtructionemque augere; corpus etiam debilitant ſubtracto alimento, vehementique calore ſtercora magis adurunt. Satius igitur erit ijs agere, quæ fœces, num. 15. ſolidumq; excrementum leuiter euacuant, vt præcepit Hipp. 3. de morb. in cura voluuli, tum ad paulò validiora accedere, vt dictum fuit. Cibaria etiam eiuſdem facultatis, quæ ſcilicet aluum ducere nata ſunt, exhibet dum dolor infeſtat: ipſo autem ſedato, ad reficiendas vires validioribus vtitur, quæ vberius alimentum impertiri valeant: quibus iiſdem cautionibus, vbi morbus diutius permanſerit, curatio promouenda

Fluxio ad ventriculum vtilis interdum.

Inteſtinorũ tormina à cerebrali fluxione.

Inteſtinorũ doloris curatio.

Inteſtinis laborãtibus nunquã fortia cathartica conueniunt.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 253 sur 478

©BIUM

est: At si debilior æger sit, quàm vt possit iam dicta pharmaca ferre, tunc aluus clystere eluenda erit, quod vim habeat abstergendi simul atque emolliendi, nutriendique, cuiusmodi est ex iucco ptisanę. Morbosa verò expurgata illuuie, adstringentia consulit, & roborantia, vt infimus inde roboratus venter, neque adeò promptè infesta recipiat; recepta verò concoquat, ac demum excernat: nam vt annotauit Hipp. lib. 3. de morb. *si volvulo amoto, febris ipsum corripiat; desperatus est*, ob lapsas, quas reperit à superiori morbo vires: *fortassis enim & inferna aluus soluta ipsum occiderit.* Hæc Hipp. sæpè namque post sæuiora intestinorum tormina aluus, quæ prius maxime adstricta erat, immodicè cietur, eò quòd ipsorum facultas penè abolita sit; cum tamen hæc eadem, (febris scilicet & alui fluxus) si volvulo adhuc vrgente superuenerint, pituitosas coquere materias, vt euacuare poterunt, atque ita sanitatem afferre: vnde illud 2. epid. sec. 6. *Volvulum solvit febris & dysenteria citra dolorem*. Iure igitur corroborantia in fine præcipit summus Præceptor, vbi scilicet maxima adsit imbecillitas: ab adstringentibus etenim corroborata natura, si quid intus noxium adhuc latitat, facilius deturbari poterit, vt docuit luculenter etiam Galenus 2. de alim. fac. cap. 22. & lib. 12. meth. cap. 7.

Ab intestinorum volvulo febris aut alui fluxus lætiale.

XXXV. Fluxus ad vertebras vt curandus.

Cum autem retrò in carnes iuxtà vertebras fluxus illapsus Hydropem fecerit, sic mederi oportet. Caro in collo inter venas crustis tribus vratur; & vbi vlceris, constringatur, & cicatrices quamtenuissimæ inducantur; & vbi fluxum obturaris, medicamentum in nares adhibe, vt eò vertatur, & aliud rursus donec auertatur: & anteriores quidem capitis partes calefacito, posteriores verò perfrigerato: & post quam anterioribus capitis partibus excalfactus fuerit, cibos edat quam pitu tosissimos, ac minimè ventrem subducentes, quò fluxionum meatus in anteriore capitis parte quammaximè dilatentur; Postea vbi obturaris, &

©BIUM

& auerteris fluxionem, ſi quid prius, quam curaris fluxum, in corpus peruenerit, ſic mederi oportet. Siquidem magis ad cutem ſeceſſerit, externis partibus fomentum adhibebis: ſi verò intùs ad ventrem, foris autem non canſpicuum ſit, medicamentum bibendum dabis. Si verò in vtramque partem: ab vtraq; detrahes. Verùm hoc ſtudio habere oportet, vt proximum exitum facias; ſiue infernè, ſiue ſupernè: aut etiam aliqua alia corporis parte, vbi exitus ſunt.

Hydropis exfluxione ad dorſum curatio.

HYdropis huius ideam, quæ occultè fit fluxione excitata per carnes, pluribus explicuimus tex. 3. ſecundi huius libri, cuius curatio iam modò proponitur, luculenter ſatis, atque dilucidè enarrata. Curatiuas indicationes & à materia fluente, & ab ea, quæ iam fluxit, deſumit: illam à poſticis ad anticas partes errhinis reuellare conatur; priores verò vias vſtionibus exſiccando, denſandoque, & refrigerantibus conſtringendo intercipit; tenuiſſima tamen vſtionum ſtigmata relinqui ſtudet, ne, ſi craſſiora ſint, colli in diuerſas partes motiones impediantur; hanc verò partim reſoluentibus diſsipat, partim per meatus educit, ad quos magis vergere conſpicitur, iuxtà aphoriſmi 21. præceptum ſect. 1. *Quæ ducere oportet, quò maximè vergunt, eò ducere oportet, per conuenientes locos*, modò illud obſeruetur, vt exitus affectæ parti proximior eligatur; Quam cautionem etiam infrà repetit, inquiens. *Cæterùm morbi ea parte, qua proximi ſunt educendi ſunt; & qua parte ſingulis exitus quàm proximus eſt; extrahendi*; & 6. epid. ſec. 6. *In doloribus proximum ventrem expurgare, ſanguinéq; ventrem ſcindere*: nam quemadmodum ad præſeruandum quam maximè conducit euacuatio à longinquioribus, vt natura ad contrarias partes tranſmittere affluęſcat, vt innuit Hippocr. lib. de nat. hum., & de offi. nat. *Enitendum eſt: vt ſectiones quàm longiſſimè à locis faciamus, vbi dolores fieri, & ſanguis colligi ſolet; ſic enim mutatio minimè derepente magna fiet, & conſuetudinem remouebit, vt non amplius in eundem locum colligatur*. Ita ad curandum proximior exitus, modò conueniens ſit, eſt eligendus,

Humoribus euacuandis quam proximior eligatur locus.

lib. 3 tex. 52

de nat. hum. n. 22.

de offi. nat. nu. 23.

Ad præſeruandum à longinquioribus partibus euacuãdum eſt; ad curandũ verò, à proximioribus.

©BIUM

dus, ne, si longius trahamus, complures partes à pravis succis coinquinentur. Id ipsum sentit, rationibusque confirmat Cels. lib. 2. cap. 10. inquiens. *Mitti sanguis debet, si totius corporis causa fit, ex bracchio; si partis alicuius, ex ea ipsa parte, aut certe quam proxima, quia non vbique mitti potest, sed in temporibus, in bracchijs, iuxta talos. Neque ignoro quosdam dicere quam longissime inde, vbi lædit, esse mittendum; sic enim auerti materiæ cursum; at illo modo in id ipsum, quod grauat, euocari. Sed id ipsum falsum est; proximum enim locum primò exhaurit: ex vlterioribus autem eatenus sanguis sequitur, quatenus emittitur: vbi is suppressus est, quia non trahitur, ne venit quidem.* Hæc Celsus. Neque id repugnat Galeno, asserenti, *per partem affectam haud moliendam euacuationem: siquidem longissimè à tentata fluxione parte, quod redundat, reuellere, nequaquam ad eam trahere conuenit*, nam distinguendum est. Noxij humoris pars fluxura est, pars iam fluit & est in motu, pars denique fluxit, inque affecta sede continetur & morbum facit: hanc itaque ex affecta parte, vel proximiori educere expedit, in quo vera curatio consistit. Fluxura ad longinquiores & contrarias sedes deducenda ac reuellenda est; idque ad præseruationem spectabit. Fluens autem ad proximas partes deriuanda & flectenda, medioque modo inter curationem, & præcautionem se habebit. At quoniam in his ad posteriora fluxionibus, anteriores partes, nares videlicet & oculi, plurimùm exsiccantur, atque ita constringuntur, vt dictum fuit tex. 7., eas non modò extrinsecis errhinis fotibusq; humectare ac dilatare studet, verùm etiam intrinsecis auxilijs; nam pro medicamento in hoc casu erit pituitosus humor, pituitosissimos namque consulit cibos, qui aluum minimè subducant: Ex his enim genita pituita, atque in ventriculo detenta, à capite ob naturalem analogiam tex. 6. lib. 1. explicatam, & figuram, quam obtinet cucurbitularem, trahetur; ibique ceruicem versus dum fluere nequit ob interceptas ab inustionibus vias, ad anteriora, fotibus atq; errhinis calefacta, deducetur; eaq; sine dubio & humectabit, & dilatabit, vt quicquid in posterum excrementi in cerebro supererit, per naturales meatus natura expellere assuescat: quæ quidem interpretatio & Latinæ vulgatæ lectioni,

lib. 3. meth. cap. 11.

Pituitosa cibaria quomodo conueniant in fluxione ad posticas partes.

©BIUM

ni, quæ cibos pituitosissimos habet, & rectæ rationi haud penitus incongrua est, eò magis, quod de Hydrope hìc agitur, non à naturalium viscerum refrigeratione atque imbecillitate; vt plerumque fit, proueniente, in qua pituitosa omnia, quæ friggidum humidumque succum progignunt, suspecta iure optimo haberi possent; sed de ea dumtaxat, quæ à cerebrali fluxione per musculosas posticarum partium carnes prouenit, in qua naturalia viscera prævalida supponuntur, & quæ friggidos etiam cibos superare apta sint. Verùm quoniam φλέγμα apud Hippocratem non modò humorem quemuis friggidum humidumq; significat, vt scribit Galen. lib. 2. de differ. febr. cap. 6., sed etiam inflammationem & ardorem denotat, vti asserit idem Galen. in exegesi, pluribusque alijs in locis, quæ diligenter annotata videri possunt apud Foesium in Oeconomia; iuxtà quem significatum, torridum etiam calidumque humorem indicare quandòque consueuit: & hinc pariter φλεγμαίνειν Hippocrati intumescere importat, & in molem augeri, vt infrà in lib. 3. passim pluriès factitatum obseruabimus: ex qua demum significatione σιτία τὰ φλεγματωδέστατα, quæ verba cibos quàmpituitosissimos interpretatus est Cornarius, cibi significari possunt, qui plurimùm, optimèque nutriendo, corpus humectant, & in molem augent: qui profectò descripta in Hydrope non ineptè etiam exhibentur, vt ab alimenti vbertate & diuitia fluxionum meatus, qui in anteriori corporis parte ob siccitatem coarctati supponebantur, humectari, dilatarique possint. Sic pariter superius tex. 12. in sicciori lippitudine, vbi exsiccati penè humores arefactas in lacrymas coëunt, pungendoque arenulas & lapillos in oculis emulantur, totum corpus, atque ipsos præsertim oculos, vberiori alimento humectare, & ad lacrymarum effusionem aptiores reddere studuit. Hæc tamen consilia num amplectenda sint, non absolutè decernimus: multa siquidem sunt, quę in hydrope, & cerebralibus fluxionibus cibaria tum pituitosa, tum plurimùm nutrientia dehortantur. Illud nihilominus cauēdū, ne à magnis Authoribus memorię prodita, leuiter cōtēnamus, aut improbemus, etsi à recentiorū opinione remota, quāuis inrationabilia, & ex longa dissuetudine monstruosa

Hydropi pituitosa cibaria interdū prosunt.

φλέγμα apud Hipp. quot significat.

nobis

©BIUM

nobis appareant: plurima enim, quorum ratio nos latet, priscis temporibus & maximo in vsu, & longa experientia comprobata extiterunt.

XXXVI. Coxendici curatio.

Cum coxendicum morbus à fluxione fiat, cucurbitulam medicam affligere oportet, & foràs trahere, & non scarificando pertundere, & calefactorijs medicamentis in potu exhibitis intus calefacere, quò exitus fiat tum foràs ad cutem per cucurbitæ tractionem, tum intùs ad ventrem per caliditatem: nam cum obturatus fuerit fluxus, & non habeat quò iter faciat: viam ad articulos facit, & in id, quod cedit, influit, & sic coxendicum morbum facit.

COxendicum affectionem à fluxione excitatam, quam tex. 8. proposuerat, iam curare docet. Eam tunc fieri asseruit, dum commotus humor vndequaq; à fortioribus partibus depulsus, neque intùs ad cauitates, neque extrà ad superficiem, exitum reperit: quapropter ad peramplum coxæ articulum, semper excipere paratum, refugit. Hinc coarctatum in articuli huius intercapedine humorem partim, ex alto attrahentibus ad superficiem deducere studet, partim internis calefacientibus ad interiora trahere, vt inde per amplos, & naturales meatus postmodum expurgetur. Ita curabatur Eupolemus & Licon in Oeniadis 5. epid., cum in eo affectu nullum obtineant locum repercutientia, vt notauit Galen. lib. 10. de medic. local. cap. 2. Ad extrahendum verò, atque ex alto euocandum, primum sibi locum vindicant cucurbiculæ, vt asseruit idem Galen. 13. meth. cap. 19., nam hæ òb vacuum ab extincta flamma relictum, vt se repleant, quicquid possunt validissimè trahunt. At quales esse debeant vbi infestus humor in alto delitescit, docuit ipse Hippocr. libello de Medic. num. 6. his verbis. *Cucurbitarum porrò duo modi commodi existunt; quando enim fluxus procùl ab apparente carne compactus fuerit, circulum ipsius breuem esse oportet, ipsamq; non ventrosam, sed prolixam parte ad manum vergente, non grauem: quæ enim talis est,*

5. epid. tex. 7 & 8.

Ischiaticis repercutientia nunquã conueniũt.

Cucurbitulæ ischiaticis profunt.

Cucurbitularũ genera.

est, in directum trahet, & serosos humores separatos ac distantes probè ad carnem adtrahet. Quod vtiq; remedium in Ischiade, & Celso pariter, & alijs maximè probatum est, etiam cum scarificatione; quam tamen hic non admittit noster Author, vel quòd non pendeat à sanguine proposita coxendix (tunc enim probatur tale auxilium lib. de inter. affect., venamque incidit in poplite; sed hæc cum cerebrali fiat à fluxione, frigida plerumque æstimanda est: vnde frustrà vulnusculis affligeretur affecta pars: quinimmò magis debilitaretur, excitato dolore, ac maior fieret humorum attractio; præter quam quòd ab euacuato sanguine intèditur frigus, & contumacior redditur morbifica materia. Vel quòd in profundo residens, vix vnquã conspicuus fit morbificus humor, etsi validè trahatur. At, vt præcipit lib. de Medico, *vbi scarificationem subter cucurbitulam adhibere velis, sanguinem scarificandorum locorum conspicuum esse oportet: alias neque circulum adtractum scarificare ac pertundere oportet: debilior est enim caro loci dolore affecti.* Alterum à cucurbitulis instrumentum, quo prisca vtebatur medicina ad euocandum, erat ignis, non minoris vtique efficaciei; ac dupliciter administrabatur: nam vel aliqua in profundo latebat suppuratio propè os ischium; ac tunc ignitum intromittebant gladiolum quousque exitus puri pateret: præsertim si pus prauæ extitisset qualitatis particeps, vt videre est 5. epid. tex. 7. in Eupolemo: vel noxius humor vndequaque diffusus affligebat; ac tunc plures profundasque candenti ferro vstiones in nate excitabant, vt calore extrà attraherent, siccitate verò nimia humiditas absumeretur, nec non offensum corroboraretur membrum, vt patet ex lib. cit. de int. affect., & 6. aph. 60. Cætera, quæ pro intensione hac administrari possunt sub cataplasmatis forma, minoris planè erunt virtutis. Idem humor adeò profundæ articulationi impactus, validis medicamentis calefacientibus simul, ac purgantibus, tum per os exhibitis, tum clystere infusis, auellendus etiam, ac per interiores meatus expurgandus est: vnde lib. eodem pluries citato de int. affect., vbi ad amussim de Ischiade agitur, si morbus à melancholia pendeat, nigrum exhibet Veratrum; si à bile, Scamonium; si à pituita, granum Gnidium, aut Hippophaem, fomento prius adhibito, vt

Cels. lib. 4. cap. 22.

Cucurbitulæ quando scarificãdæ.

De cucurbitulis atque inustionibus in Ischia de. Vide Cælium Aurelian. lib. 5. Chron. c. 1. Ignis Ischiadicis quomodò conueniat.

©BIUM

humor ità attenuatus eliquatusque, facilius trahenti medicamento cedat. Clysteres tamen morbo huic insigne auxilium semper attulere: hi namque, si validi sint, ab affecta parte proximè euacuant, valideq; impactam materiam auellunt. Validissimus porrò ille est, qui lib. de inter. affect. præscribitur, ex Cumino, Colocynchide, Nitro, Oleo, Melle, Vino, & Betarum succo in magna satis quantitate; ità vt ad tertiam vsque diem aluum commotam iri sperandum sit: vt hinc conijciamus copiosam moliendam esse euacuationē, si quid vtilitatis Ischiadicis afferre in animo fuerit. Interim, cùm Hippocrates calefactorijs medicamentis in potu exhibitis intus calefaciat, vt morbificæ materiei exitus fiat intus ad ventrem per caliditatem; non inutile fortasse esset discutere num sanum omninò sit Arabū consilium, qui in Variolarum & Morbillorum curatione, quò expulsio cutim versùs promoueatur, calida consulunt medicamenta ex semine Fœniculi, Apij, Raparum, decocto Ficuum, cæterorumque huiusce modi ad iuuandam, vt dicunt, humorum ebullitionem. Verùm hæc aliàs. Neque silentio prætereundum textum hunc signanter ex lib. de loc. in hom. citari ab antiquo Authore Cælio Aureliano tanquā ex libro verè Hippocratico, vt hic etiam obiter annotatum sit librum hunc omni ætate Hippocratis legitimum habitum fuisse.

num. 14

Ischiadicis clysteres maximè profi cui.

Anic. lib. 4. f. 1. tract. 4. cap. 19.

Calida intus exhibita nũ ad cutẽ expellant, aut è contra attrahant.

Cælius Aurel. lib. 5. Chron. c. 1.

XXXVII. Tabes ex fluxione retrorsum vt nam sit curanda.

Tabes ex fluxione retrorsum. Qui hac affectus est, ei caput est purgandum debili medicamento, donec fluxus auertatur: Diæta tamen vtere velut in tabe superiore. Medicamentum potandum præbe Elaterium deorsum purgans, & inferne aluum lacte infuso elue. De cætero fomentis vtere.

QVæ sit huius Tabis natura, pluribus dictū fuit rex. 5. libri huius. Quæ autem ei debeatur curatio, hic potius innuitur, quàm explicatur: supplenda proinde erit ex lib. de inter. affec., vbi abundè descripta reperitur: etenim in eo consistit, vt caput & corpus vniuersum ab excrementis expietur; fluxio ad cōtrarias, vel proximas, auertatur partes; optimo victu corpus reficiatur, vt maiora deinde præsidia sustine-

num. 14

re

revaleat; plures videlicet inustiones, à quibus posticæ densatæ partes, roborentur, fluxionique via intercludatur. Vnde sic loquitur. *Resiccatur medulla spinalis maximè cum venulæ ad medullam tendentes fuerint obturatæ, itemque ex cerebro accessus. Propter corporis autem afflictionem hæc patitur & ægrotat. Resiccatur etiam à Venere. Hæc igitur patitur. Dolor acutus incidit ipsi in caput & collum, & in lumbos, & in lumborum musculos, & in articulos crurum; vt aliquando flectere non possit; & stercus non secedit, sed sistitur, & vrinæ difficultate vexatur. Hic in principio quidem morbi quietus degit: quanto autem magis tempus morbo prolongatur, tanto magis omnia dolet; & crura velut ab aqua inter cutem tument: & vlcera à lumbis emergunt, & alia quidem sanescunt, alia verò nascuntur. Huic cum sic habuerit, caput purgato Hippophaës succo, aut Gnidio grano, corpore prius valdè bene soto; Vesperi vero post purgationem, ptisanæ duas heminas sorbeat, melle affuso. Vinum autem bibat album molle. Postera die asinini lactis cocti, melle affuso, octo heminas ebibendas ipsi dato. Si verò asininum non habeas, bubuli, aut caprini cocti tres semicongios, melle affuso. Et, dum corporis opportunitas adest, lac bibat, sero & lacte vtens per quinque & quadraginta dies. Cibis autem & obsonijs vtatur quam maximè per alvum secedentibus. Vinum bibat album, molle, Mendæsium. Cùm autem crassissimus fuerit, in lumbis ipsius ab vtraque verticulorum parte crustas quatuor inurito, & in dorsum vtrinque quindecim; & in cervicem duas inter tendines: Si enim vstio successerit, sanum facies: est autem morbus hic grauis.* Hinc licet mirari inanem, vt sic dicam, nostri temporis medicinam, dum validissimos morbos leuissimis præsidijs nos superare posse confidimus: nam quis in proposito casu, si vnicam Inio crustam inussisset, postremum, validissimumq; præsidium se nõ expertum fuisse arbitraretur? ità vt nil vlterius tentare fas esset: cum tamen nobilis hic Author quadraginta inustiones præcipiat. Sed haud silẽtio inuoluenda est Martiani in propositum textum annotatio: nam, (parcant eius Manes) Vir acerrimus allucinatus est, dum Interpretem arguit, quod Græcam vocem ἐλατήριον transtulerit, *deorsum purgans*, Galenum secutus, qui libro vocum Hippocratis scribit hanc vocem significare non modò id, quod ex siluestri Cucumere confectum est, sed quicquid per infernas

Spinalis medulla à quibus exiccetur.

Antiquorũ medicina, generosior, atque audacior.

Martianus notatur.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 261 sur 478

©BIUM

partes purgat: vult enim Martianus in hoc textu id, quod ſupernè purgat, dictione illa ſignificari. Quod duplici probat cõiectura: Primò, quia nõ rationabile eſt in Tabe, de qua habetur ſermo, per inferiora purgari voluiſſe, quod expreſsè prohibet lib. 2. de morb., vbi Tabidos omnes Helleboro purgat, cuius proprium eſt ſursùm purgare: immò in Tabe ex pulmonis affectu Ver. 335. ſec. 2., ità temperari iubet, ne aluum infernam moueat. Sed non aduertit bonus hic Vir quàm ſit diuerſum curare tabem à Pulmone oriundam; & eam, quæ à poſticis partibus fluxione tentatis originẽ ducit; in illa ſiquidẽ præcipuum ſtudium eſt ſputum copioſè educere; nam hoc ſuppreſſo, ſtatim ſuffocatur, atque è medio tollitur Æger: quapropter iurè timet Hippocrates deorsùm purgantia: nam vt habetur lib. 1. de morbis, & aliàs dictum eſt, *Sputi ſursùm purgatio non æqualis contingit aluo calefacta, & omnia in ſe ipſam trahente*: Quod minimè contingit in tabe dorſali, vbi nulla ſputi ratio habenda eſt: immò cathartica medicamenta plurimi vſus in hac eſse poſsunt, dum caput expurgare, fluxionem à poſterioribus auertere partibus apta ſunt. Et quòd hæc fuerit Hippocratis mens, luce clarius apparet in textu modò adducto ex lib. de inter. affect., vbi in Tabe à ſpinali medulla Hippophais ſuccum, & Gnidium granum exhibet, quæ ſine dubio valida ſunt, ac deorsùm purgantia; in hoc enim affectu aluus plerumq; adſtricta eſse ſolet, cùm humores ad alias ferantur partes, vt patet ibidem. Multo minus negotium faceſſit ſecunda ratio à Martiano adducta ad ſuam probandam ſententiam, dum inquit. *Vult ergo Hippocrates prius dari medicamentum per ſuperiora purgans, deinde infernam aluum infuſo lacte elui. Imum dum dicit, & infernè aluum elue, indicat præcedens medicamentum purgaſſe ſuperiorem; alioquì vox infernè ſuperflua eſſet omninò*: Nam quid implicat dicere, medicamentum potandum præbe deorſum purgans, & infernam aluum lacte infuſo elue; cum hoc nil aliud ſit, quàm poſt validum cathartícum clyſterem infundere, quo, quicquid à medicamento relictum eſt in infimo ventre, abluatur, & praua medicamenti qualitas temperetur.

SECVNDI LIBRI FINIS.

©BIUM

HIPPOCRATIS COI
MEDICORVM PRINCIPIS
DE LOCIS IN HOMINE
Liber Tertius.

COMMENTARIIS ILLVSTRATVS
A FRANCISCO PERLA CALVIENSI
MEDICO PHILOSOPHO CIVE ROMANO.

Textus I.

Cùm Splen præ febre magnus factus fuerit; fit autem cùm corpus attenuatur: ex iisdem enim & Splen floreſcit, & corpus contabeſcit. Cùm autem corpus tenue fuerit, & Splen floruerit, & Omentum simul cùm corpore attenuatum fuerit, pinguitudo in Omento colliqueſcit. Vbi verò vaſa pinguitudine vacua facta fuerint, & à Splene florente, ac augeſcente in Omentum defluxerit, vtpote vicinum valde exiſtens, & vt vaſa habens, eaque vacua, excipit. Et vbi morbus ſemel in corpore factus fuerit, ad id, quod eſt morboſum, vertitur, niſi quis probè diſponat, ac curet: nam etiam ſi quis benè tractet, periculo non vacat.

Splen iisdē floreſcit, quibus corpus contabeſcit.

EGIT in proximo ſecundo libro Hippocrates de cerebri fluxionibus, deque inde prouenientibus morbis, eo ordine, quem hactenùs dilucidare conati ſumus: nunc autem varias incipit proponere humani corporis affectiones, varia Axiomata, & Sententias;

©BIUM

tentias; aphoristicè tamen, nulla seruata methodo, vt notauit etiam Zuingerus. Hinc est, quod nos pariter non modò tertium inde librum exordimur, verùm etiam in explicando, de textuum inter se connexione parùm posthac solliciti erimus: Nequicquam enim laborare videntur, qui aphorismos interpretantes, tanto studio illorum ordinem ac nexum inuestigare desudant, si de aphorismi essentia est, vt ab alijs separatum sit, atque diuisum, & indicat verbum, ἀφορίζω, quòd segregare, & separare significat. Scimus id constanter negari à Dureto, asserente aphorismos dici sententias separatas, non quod sint illæ ad inuicem distinctæ, sed quod ex libris alijs breuius exscriptæ & extractæ sint: vnde Benedictus Bustamante Paz Hispanus absolutam omnium aphorismorum atque librorum connexionem in septem aphorismorum libris, schematibus quibusdam satis ingeniosè depinxit. Venim hoc etiam admisso, non video quomodo inter flosculos atque sententias hinc inde ex varijs libris depromptas vera ac perfecta connexio aptari possit; cum non parum sit, si vnaquæque iuxtà varia argumenta, in communes locos digesta fuerit; Quapropter Philotheus quærens cur aphorismus dictus sit? *Quoniam*, inquit, *in eo circumscribatur sententia, neque vllum habeat commercium cum ijs, quæ ipsam vel antecedere, vel subsequi possunt*. Proponit ergo in præsenti textu noster Author Hydropem quendam à Liene prouenientem, cuius occasione visceris huius naturam perbellè detegit. Est siquidem Lien ignobile membrum fœculento sanguini excipiendo, prolectandoque dicatum, vt sic tota humorum massa depurata superstit, ipsumque nutriatur. Inde organum risus à Platone appellatus est: nam sanguinem expurgando, illustrem illum reddit, purumque, qualis ad risum requiritur. Extentum verò est in humani vestigij similitudinem, vt legitur lib. de corp. resect. num. 3. bubulam linguam referens, Ventriculo à sinistro latere superpositum, molli spongiosaque substantia compactum: vnde suscipiendis quibusuis superfluitatibus, à ventriculo præsertim aqua extento, est aptissimum: nulla etenim renitentia recipit, aut recepta restituit: non certè quod ab insita facultate

Aphorismus vnde dictus.

Duret. adnotat. in suam enarrat. Supra Hollerius cap. de Pleuritide.

Philoth. præfat. in aphor.

Lienis consideratio.

Lienis vsus.

care eas trahat: nam hoc de melãcholico tantùm ſanguine dicẽdũ eſt, quo nutritur; ſed quòd flaccida ac ſpongiformis ſubſtãtia, vt diximus, quaſcunque humiditates auidè abſorbeat, & ab alijs partibus s expultricis vi tranſmiſſas facillimè excipiat; plurimumque ſæpè ſæpius laborat, ſi mediocritatem nimiùm excedant, Id liquidò expreſſit Hippocr. lib. de vet. med. partes
nu. 39. & 40. deſignans, quæ ad trahendum, alliciendumque effictæ ſunt. *Intra hominem*, inquit, *natura & figura talia ſunt Veſica, Caput, & Vterus in Mulieribus: atque hæc manifeſtè maximè trahunt, & ſemper plena ſunt attractæ humiditatis. At verò cauæ & expaſſæ figuræ, influentem quidem humorem maximè omnium ſuſceperint, non autem ſimiliter attraxerint. Solidæ autem & rotundæ, neque attraxerint, neque ſuſceperint: dilabitur enim, & non habet ſedem, in qua maneat. Spongiformes verò, & molles, velut Lien, Pulmo, & Mammæ, vbi admotæ maximè fuerint, & adhæſerint; ebibunt, duraque fiunt, ac augeſcunt humore accedente; maximè Pulmo: Non enim in ventriculo ineſt, in quo humorem extrinſecus contineat ipſe ventriculus, in quo eſt humor, vt quotidie exhauriatur; ſed cum biberit, & ſuſceperit ipſe in ſe ipſum humorem, & vacua, & rara, ac parua penitus explentur, & pro raro ac molli, durus ac denſus euadit, & neque concoquit, neque dimittit.* Optimum ergo vſum ſplen præſtat humanæ naturæ, ſi naturalium partium, Ventriculi in primis, cui maxime adhæret, nimias humiditates abſorbet, iſſdemque pariter reſtituit, ſi coquendo indigæ quandoque redditæ fuerint; Quaſi quoddam ſit aquæ promptuarium, naturalibus præcipuè partibus, & reliquo etiam corpori inſeruiens. Ex quo patet quam perperam
nu. 10. dixerit Democritus in epiſt. ad Hippoc. de nat. human., Splenem dormire nullum negotium exhibentem. Id docuit pa-
nu. 2. riter Hippocr. 4. de morb. lienem aquæ fontem appellans, non modo, quia melancholico nutritur ſucco, qui terreus cum ſit & friggidus (friggidi enim domicilium lienem appellat Macrobius, & iniſtras partes debiliores eſſe aſſerit, quòd contagione frigoris iniſtra obtinentis hebetentur) ſlipticitatem quandam in ſe habet, qua terreæ, craſſioreſque partes plurimum coguntur, omnemq; ſeroſitatem à ſe exprimunt, ſegregantque, vt lac coniecto ei coagulo: verùm etiam quia aqueum

Partes ad trahendum aptæ.

Lien eſt aquæ promptuarium.

Lien frigidi eſt domicilium. Macrob. lib. 7. Satur. c. 4. Siniſtræ partes cur debiliores ſint ex Macrobio.

Melancholicus ſuccus cur multa ſuffundatur aqua.

©BIUM

aqueum humorẽ, vndecunq; poteſt, rapidè ſorbet. Subdit ergo inferius. *Aſſero vbi homo bibit amplius ; & corpus , & ſplenem aquam in ſe ipſa attrahere ex ventriculo . Et ſi plus traxerint, quam* nu. 9. *oportet ; ſtatim hominem affligi ; atque hoc ita fieri intelligunt quicunque homines ſplenici exiſtunt .* Quod quidem ijs potiſſimùm contingit, qui cruda, craſſa, paluſtrique aqua ſeſe explent, quæ dum in ventriculo immoratur, à liene magna ex parte trahitur, indeque intumeſcit, vt docuit Hippoc. de aq. aer. nu. 10. & loc. Quinimmò ſi aliqua ex cauſa humidę, ac tenerrimæ corporis partes colliqueſcant, feranturque ad infernam regionem; eas illicò abſumit: quas niſi ad veſicam aut aluum tranſmittat, augetur, & quaquè versùs diſtenditur ; ità vt appoſitiſſimè dictum fuerit, ex ijſdem Splenẽ floreſcere, & Corpus contabeſcere: nam Lien, vt diximus, amplificatur vbi plura redundarint vel aquea , vel melancholica excrementa; illa quidem à copioſo ſtriggidioris , crudæque, vel craſſæ & paluſtris aquæ hauſtu, vel à totius colliquatione ; hæc verò à melancholicis cibis, atque intemperato Hepate: & tunc tota corporis moles abſque dubio tabeſcit, vel denegata alimonia ob ſanguinis egeſtatem, vitiata iam coctione in ventriculo, iecinoreque; vel diſſolutis à deurente calore humidis atque tenerrimis partibus, vt coacta recentius carne, adipe, reliquiſque humoribus: Hinc Traianus Imperator Piſcum lienem appellabat: nam Piſco diteſcente, Populus depauperatur. Sententiam hanc mutuatus eſt Plato in Timæo. *Proximum iecori*, inquit, *ad ſiniſtrum locatum eſt huius gratia membrum, vt purum hoc ſemper, clarumque reddat, & inſtar ſpeculi nitens, atque perſpicuum, ad imagineſque exprimendas accommodatum: quapropter quando ob corporis morbum ſordibus iecur abundat, lienis raritas id purgans, eas conbibit, cum membrum hoc concauum ſit & exangue: vnde purgamentis impletum, excreſcit, tumetque ſanie: ac rurſus cum mundatum corpus eſt, reſtrictum in ſeipſum conſidet .* Galenus etiam affert hunc locum lib. 2. nat. facul. cap. 9., vbi librum de loc. in hom. vt verè Hippocraticum agnoſcit . Quòd autem trahat pariter, atque expurget ventriculum; præter Hippocratem, teſtatur etiam Ariſt. lib. 3. de parti. cap. 7. inquit enim, *Lien vapores vacantes, hoc eſt, humiditates ſuperfluas, dilutas, & attrahit*

§ Lien ex aqueis & melancholicis excreſcit.

Liber de loc. in hom. citatur à Galen. tãquam verè Hippocraticus

attrahit è ventriculo, & concoquere eas poteſt, vt qui ſanguineus ſit. Quòd ſi plus excrementi ſit, paruumque caloris habeat lien.; corpus præ alimento immodico langueſcit, & propter confluuium hùc humoris ſæpè accidit, vt lienoſis ventres præduri efficiantur, quomodo ijs, qui ſupramodum mingunt ex diuerticulo humoris; Nec deſunt qui præſtantiori adhùc munere viſcus iſtud inſignire conati ſint: quippèqui, clariſſimus Vir Daniel Sennertus inſtit. libro 1. cap. 9. & libro 3. pract. parte 4. cap. 1. de vſu lienis, non modò vim hanc aquæ prolectatricem in illo agnouit; verùm etiam ematoſim, hoc eſt, ſanguificationem quampiam in eo celebrari, craſſioris nimirùm ſanguinis è craſſiori chilo ex Ventriculo Meſenterioque per ſplenicum ramum ad inferioris ventris viſcera nutrienda attracto, & ex ſua, & ex Gaſpari Hofmanni ſententia aſſerere, authoritatibus, rationibuſque non exigui ponderis probare non dubitauit. Verùm vt hæc non penitùs improbabilia exiſtimamus, ità nunc alijs exactius diſcutienda relinquimus. Ratum itaque ſit in doctrina Hippocratis Lienem non modo à fœculento ſanguine Hepar expurgare, verùm etiam ventriculi, cæterarumq; naturalium partium aqueam humiditatem ſpongiæ inſtar abſumere, hydropique non rarò occaſionem præbere. Quod cum diuerſimodè accidere poſſit, particularis quidam modus hìc recenſetur, videlicet cum adaucto ſplene ab humiditatibus, febris vi genitis, dum corporis habitum atque omnes humidas partes intenſo calore eliquat, Omentum, Epiploon Græcis, membrana illa nimirùm, quæ à Ventriculo & Colo exorta & duplicata, marſupij ſimilitudinem referens, neruis, arterijs, venuliſque quamplurimis intexta, ac copioſo delinita adipe, Ventriculo, inteſtinis, ac magna ex parte lieni ſuperiacet; Omentum, inquam, quod lieni proximè adhærens, eandem colliquationis calamitatem in deurente febre patitur; hinc adipe deſtitutum, humoribuſque intra ſua vaſa contentis ferè exhauſtum, à Splene tumente per venas, hoc eſt, per vtrumque epiploicum ramum, vt putat Sennertus, perque alios cœcos ductus eaſdem repetit humiditates; eique, morboſo iam reddito, atque imbecilliori, omnis transfunditur ſuperfluitas, quam cùm intrà vaſa, tùm intrà ſuam cauitatem

Lien expurgat ventriculum.

Lien ematoſin habet.

Hydrops à colliquatione.

Omenti deſcriptio.

Sener. lib. 3 part. 4. ſect. 2 cap. 3. de Hydr. aſcite.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 267 sur 478

©BIUM

recondit, aut aluo tranſmittit. Siquidem proprium eſt partis cuiuſcunque præternaturaliter exſiccatæ humorem vndecunquè educere, vt vidimus t. 2. lib. 2. Id ipſum quandoque patitur ab Hepate, vt conſtat ex aph. 35. ſec. 7. *Quibuſcunque Iecur aqua repletum eruperit in omentum, ijs venter aqua expletur atque moriuntur.* Hanc Hydropis ſpeciem regiſtrauit Hipp. lib. 1. de morb. mulieb. inquiens. *Si mulier aqua inter cute la-* num. 67.
borarit, Splene ipſius magno & aquoſo exiſtente: fit autem ſplen aquoſus ab hac affectione. Cum febris habuerit, & non dimiſerit hominem, & ſitis ipſum corripuerit fortis, & biberit, ac non reuomuerit: nam quod in veſicam penetrat, per vrinam reijcitur; reliquum verò ſplen capit, abſtrahens à ventre ad ſe ipſum, vt qui rarus eſt, & ſpongiformis, & ſecundum ventrem ſitus. Et ſi his ſic habentibus non emiſerit, neque alnus laxetur, ab hoc ſplen attollitur, & hoc magis ſi aqua fuerit potus; & ſi quis ipſum contingat, mollis eſt ſicut molliſſima pluma, ſiue lana; quandoque verò etiam renititur. Eleuatus autem & impletus, diſtribuit per venas corpori, & maxime in Omentum & locos circà ventrem & eruca: Altera enim pars ad alteram delegat in corpore, vbi ſingulis pluſquam oportet affluerit, & continere non poterint. Succedit etiam ex hoc ſemper hydrops, vbi ſplen, ad ſe ipſum trahere conſueuerit, cum natura rarus ſit & mollis. & lib. de affect. *ſit plerumque Hydrops cum* num. 23.
quis ex longo morbo impurgatus multo tempore permanet: corrumpuntur enim carnes, & liquantur, & fit aqua. Cæterum periculo non vacat hæc affectio, non modo quia, vt habetur lib. num. 6.
progn. *Aquæ inter cutem ex acutis morbis ortæ, omnes malæ ſunt: neque enim à febre liberant, & valde doloroſæ ſunt & lethales;* verum etiam quia Omentum, quod naturales partes fouere, ſuaque denſitate inſitum calorem vnitum atque intranſpirabilem reddere debebat, ſi aqua repleatur, cùm ventriculo immediate adhæreat, coctionem plurimùm vitiabit, caloremque languidiſſimum reddet: præter quam quod aqua velut in marſupio contenta, vix inde medicamentis educi poterit. Verùm doctrinæ huic haud facilè acquieſcent, qui iurarunt in verba Galeni aſſerentis nequaquam fieri poſſe, vt vnquam quis fiat hydropicus, niſi Hepar affectum ſit. At quemadmodū id conſecutiue verum eſſe non inficiamur; nam non

Hydrops ab aliis morbis lethalis.

Gal. 5. de loc. af. cap. 7.

po-

©BIUM

poteſt aqua diutius vel in Liene contineri, vel in Omẽto, vel in Peritoneo, quin Hepar tractu temporis non refrigeretur; ità ad aquæ generationẽ id nullatenus neceſſe eſſe, cum Hippocrate affirmamus, nam & calor pituitam, adipem, tenerrimas partes, vbicunque ſint, colliquans; & craſſior ac frigidior aqua aſſatim ingeſta, attractaque è ventriculo à liene; & omnes tum Hepatis, tum Lienis, tum Vteri obſtructiones à calore in aquam reſolutæ, Hydropi immediatè occaſionem præbere poſſunt, vt liquidò conſtat ex varijs Hippocratis monumentis, qui naturæ arcana felicius abſque dubio rimatus eſt, eiuſq; amplitudinem ingenij vaſtitate mirè eſt complexus: ex qua veritate motus etiam Aſclepiades apud Cælium Aurelianum lib. 3. chron. cap. 8. Hydropem alium celerem dixit, vt eum, qui repentè conſtituitur; alium verò tardum, vt eum, qui tarda paſſione vexet. Sed de hac re pluta diximus text. 7. lib. 2.

Aqua vnde augeatur in corpore.

II. Hunc ſic ſanare oportet. Medicamenta in potu exhibenda ſunt, quæ aquam purgent, & edulia quàm pituitoſiſſima offerenda. Si verò neque ſic leuior fiat, inurendæ ſunt cruſtæ quàm tenuiſſimæ, & quàm maximè in ſuperficie, quò aquam continere poſſis circùm circà vmbilicum, & vna in vmbilicum, & emittere ſingulis diebus.

Curatio Hydropis à colliquatione.

EXplicata hydropis huius eſſentia & cauſis, curatio iam proponitur, cuius duæ præcipuæ ſunt indicationes, Aquæ eductio, Viſcerum, totiuſque corporis attemperatio. Circà primum. Nobilis fuit, plurimumque agitata quæſtio apud antiquos, num præſtaret illico educere aquam in Hydropicis, vigente adhuc viſcerum intemperie, à qua noua ſubinde regignitur aqua; an ipſa viſcerum intemperies prius corrigenda, quæ ſtagnantis in Abdomine humoris potiſſima cauſa exiſtit. Verùm Celſus hanc paucis dirimit: nam etſi à viſceribus malè affectis, vel malo totius corporis habitu Hydrops dependeat; tamen aqua, niſi emittitur, quæ contrà naturam ibi ſubſiſtit, & Iocinoſi, & cæteris inferioribus parti-

Num' aqua prius educẽda, an' viſcera attemperanda in Hydrope.

Celſ. lib. 3. cap. 21.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 269 sur 478

©BIUM

bus nocet. Conuenitque corpus nihilominus esse curandum: neque enim sanat emissus humor, sed medicinæ locum facit, quam, intus inclusus, impedit. At vna Hippocratis authoritas satis esse debebat, qui duobus instrumentis eam quam ocyus educere studet; Primò quidem hydragogis, seu aquiducis medicamentis, tum per os exhibitis, tum clystere infusis: Cneoris & Hippophaes succo, nec non Gnidio grano vtitur lib. de inter. affect., vbi exhibendi modum per repetitas vices tradit. Nos succo Iridis, Elaterio, marina Brassica vel pilulis Mezereæon idem moliremur. Enemata similiter injicit ex Cneoro trito, melle, cum plurimo Betarum succo; vel ex Vino, Melle, Oleo, Nitro, & succo Cucumeris siluestris, vt videre est lib. pluries citato de inter. affect. Sed cur hydragogum medicamentum in potu iam administrari præcipit, quod tamen 2. de morb. apertè prohibuit in splenicis, inquiens. *Si verò splenicus fuerit, ne purges, neque succis, neq; lacte, neque sero, sed eo, quod modicum ingestum multum educet.* An hoc in ijs propriè seruandum est, quibus Lien proprio affectu, atque essentialiter laborat, ità vt quamlibet superfluitatem facillimè recipiat, ac proinde à potulentis omnibus medicamentis arcendus sit, ne eius aqua magis augeatur, vt doctè annotauit Martian. lib. 2. de morb. mul. annot. in versum 310.? Verùm sicca & extenuantia propinanda, vt non modò cathartica vi, sed alia pariter extenuante qualitate auxilio sint. At in proposito affectu Hydrops, non à lienis imbecillitate, sed ab impensius deurente febre, eliquanteque prouenit, quam vtique febrem refrigerantibus extinguere quamprimùm enitendum est: Qua pariter ratione pituitosissima cibaria hìc exhibet, quæ aliàs damnosa penitus, atque irrationabilia censenda essent; nisi hìc etiam intelligere velimus vt text. 35. lib. 2., vbi pituitosissima cibaria ea ex Hippocrate esse diximus, quæ copiosè atque optimè nutriunt; cuiusmodi in corpore colliquato ac penè consumpto requiri certissimum est, vt eo corpus reficiatur, alimentique benignitate humectetur. Quòd si hæc non satis fuerint, ad chyrurgiam confugit, inque vmbilici ambitu plures inurit crustas superficietenus, non modò quòd Hydropicis vlcera nõ facilè deinde sanentur

num. 14.

num. 19.

num. 35.

Hydropicis medicamẽta qua forma adhibẽda sint.

Hydropi quando cõueniant pituitosa alimenta.

ex

©BIUM

ex aph. 8. ſect. 6. verùm etiam, ne, ſi altius penetrent, aqua per plures ductus affatim cum ægri pernicie egrediatur: vnde lib. etiam de inter. affect. *fungis vrito*, inquit, *capita eius intercipiens, aut ferramentis, cum multa cautione & obſeruatione, ne vltrà peruras; hæc à morbi principio facito.* Quam citius enim id præſtandum eſt, & priuſquam viſcera ab aqua vitientur, vt etiam monemur 6. epid. ſect. 7. *Hydropicos celeriter ſecare oportet; Tabeſcentes vrere ſtatim &c.* Abdomen igitur, ipſumque præſertim Omentum, quod humore diſtentum eſt, inuſtionibus hiſce exſiccare, ac roborare intendit. At ſi aqua in alui amplitudinem effuſa fuerit; tunc operæ pretium erit in ipſomet vmbilico punctionem, ſeu paracentefim acuto ignitoque gladiolo infligere, eamque paulatim, reiteratis vicibus, effundere, vt abſque virium diſpendio euacuari poſſit, iuxtà aphoriſmi monitum ſect. 6. 27. Vnde lib. de int. affect. talem ſeruat ordinem. *Vbi perforata fuerint*, inquit, *aquæ parùm emittito; & vbi emiſeris, linamentum ex crudo lino indito, & ſpongiam mollem ſuper imponito: deindè, vt ne excidat, linamentum deligato. Emittere autem per duodecim dies aquam oportet, ſemel in die: Poſt duodecimum autem diem, ſequenti decimatertia totam aquam emittere; & reliquo tempore, ſi ſubnaſcatur aqua, emittere, & ventrem cibis exſiccare.* Animaduerſione interim dignum eſt in hoc textu, quod etiã notauit Andreas Laurentius, quamuis ex Hippocratis mente ſecandi ſint in tertia coſta ab vltima, docetque modum lib. de inter. affect., attamen maximam ſecandi opportunitatem eſſe in vmbilico, per quem ſæpenumero ipſamet natura à ſtagnante aqua ſe ſe exhonerare conſueuit: coeunt ſiquidem ibi vmbilicalia vaſa, quæ aquarum impetu ſæpe ab inuicem diſiunguntur: cumq; Peritonæum naturaliter ibidem ſit perforatum, vt tranſitum ijſdem vaſis præbeat, in punctione vna cutis ſecanda ſupererit, & vllo abſque diſcrimine tantum præſidium adminiſtrari proinde poterit: quod non eueniet, ſi infrà vmbilicum, aut in lateribus ſectio fiat, quod præcipit Aegineta, cæteriq; omnes, cum Peritonæum neceſſariò perforandum ſit: De qua tamen re videndus omninò eſt Hyeron. Fabrit. ab Aquapẽd. part. 1. chirurgicarum operationum cap. 54.: vbi rem hanc exa-

Hydropicorum vſus.

nu. 34.

Lib. 6. anat. cap. 9.

Hydropici vbi ſecandi

nu. 35.

©BIUM

exactiſſimè diſcutit: Cæterùm de chirurgico hoc auxilio antiqua fuit, ac nobilis quæſtio inter Euenorem, Eraſiſtratum, & Theſſalum ex vna, & Aſclepiadem & Themiſonem eximios Medicos ex altera parte plurimum agitata, quorum contrarias rationes luculenter recenſet Celius Aurel. tard. paſſ. lib. 3. c. 8.

Antiqua quæſtio de Hydropicis ſecandis.

Pro attemperandis autem viſceribus, & habitu corporis, edulia offert, vt dictum eſt, pituitoſiſſima, friggida nempè & humida, habita ratione cauſæ, à qua hydrops hic ſubcreuit, febrilis nimirum caloris diù colliquantis. Ita & Gal. 10. meth. c. 11. Febricitantibus huiuſcemodi, conſimilem præſcripſit victum ex ptiſana, pane loto, cæteriſque huius genus, quemadmodum & idem Hippo. lib. de int. affect., & Celſ. lib. 3. c. 21. *Si febris quoque eſt cum hydrope; hæc in primis ſubmouenda per eas rationes, per quas huic ſuccurri poſſe propoſitum eſt. Si ſine febre æger eſt, tum demum ad ea veniendum eſt, quæ ipſi morbo mederi ſolent:* nam quo ad reliqua certum eſt hydropem, ſecus quam icteritia, inter ærumnas curari opus eſſe; vt habetur 5. epid. *Hydropicum laboribus fatigari oportere, panem edere calidum, in oleo bibere, non multum lauari, & caput tepidè. Vinum autem album & tenue, & ſomnus auxiliatur.* & lib. de affect. *Cibos autem, & potus, & labores, ac deambulationes conſtituito, à quibus gracilis & ſiccus euadat, & carnes quam robuſtiſſimæ fiant.* num. 7. num. 25.

Hydropici ærumnis curantur.

III. Periculoſo in morbo periclitari oportet vt cures.

Cùm enim morbus periculoſiſsimus ſit, in his periclitari oportet: Si enim ſucceſſerit, ſanum facies; ſin minus, quod etiam aliàs futurum erat, id ipſum perpetitur.

OCcaſione Hydropis, pro cuius curatione & ferrum & ignis ad vſum reuocanda ſunt, obiter, atque incidenter, genericum nobis traditur conſilium, quo cordati Medici excitatur animus ad generoſa quæcunque præſidia, aliquo etiam cum diſcrimine, haudacter experienda, ſcilicet vbi morbus euidens minatur exitium; multa ſiquidem in præcipiti periculo rectè fiunt, aliàs omittenda; & ſatius eſt anceps experiti auxilium, quàm nullum; cum anceps ſpes certa deſpe-

sperationе sit potior; vtque docuit Galen., melius est ægrotos iuuare cum periculo, quàm nullo prorsus remedio adiutos sinere mori. Neque sententiæ huic aduersatur libellus de arte, in quo Hippocrates inter Medici officia recensет, eorum, qui à morbis victi sunt, curationem non aggredi, cum id in confesso sit, quod Medicina tales sanare non potest: quod salubre consilium neq; ipse prætermisit Galen., dum 11. meth. cap. 9. ita scribit. *In quo desperata omninò salus est, imprudentis consilij fuerit apud vulgum infamare præsidia, quæ multis fuere saluti*; & Mesues, *Caue*, inquit, *ne malarum ægritudinum curationem suscipias, ne mali Medici nomen adipiscaris*. Multum namq; interest inter grauem metum, certamque desperationem: in illo periclitari conuenit; in hoc, solo prognostico vtendum est: Vnde sic rectè sanciuit Celsus. *Est prudentis hominis primum eum, qui sanari non potest, non attingere, nec subire speciem eius, vt occisi, quem sors ipsius peremit. Deinde vbi grauis metus sine certa tamen desperatione est, indicare necessarijs periclitantis in difficili rem esse, ne, si victa ars malo fuerit, vel ignorasse, vel fefellisse videatur.*

Melius est iuuare cum periculo quam absq; vllo remedio sinere mori.

Desperata non attingenda.

Cels. lib. 5. cap. 26.

IIII. Cæterùm in puero hydropem sic curare oportet. Partes tumidæ, & aqua plenæ, aperiendæ sunt scalpello, & frequenter & parum educendum est. Educendum autem est à singulis corporis partibus, & fomentis vtendum, & semper locum apertum, vndè eduxeris, calfactorio medicamento illines.

Puerorum hydrops.

PVerorum substantia omnium facillimè digeritur & dissipatur, propterea quòd est omnium humidissima, vt annotauit Galen. 10. meth. cap. 17.: hinc mitiora exigit præsidia, in ijsque curandis si in hydropem inciderint, quemadmodum in cæteris imbecillioribus omnibus, simplici sectione pro aqua educenda, iurè contentus est Hippocrates, eum in adultis, robustioribusque ad ignem statim confugiat. Hi etenim cum duriorem habeant, ficcioremque substantiam longius à naturali temperie decesserunt, si quando morbo hoc eos corripi

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 273 sur 478

©BIUM

ripi contingat: ſicciora proinde requirunt auxilia, cuiuſmodi ignis eſt: præter quam quòd propter alias etiam cauſas curatu difficiliores exiſtunt: nam vt refert Aurelianus de Hydrope. *Secundum naturam vel ſexum difficiliores curatione inquiunt ſene, per fœminas maribus: item ſecundum ætates, faciliores curatione pueros vel pubentes; difficiles verò ætatis mediæ, vel ſenes, non ſolum quòd natura creſcere vel augeri, aliæ minui vel declinare videantur, ſed etiam quòd alij prohibeantur, alij cogantur, alij neque ſuadere, neque cogi poſſe probentur.* Mitius ergo tractandi ſunt pueri, ac vbicunque per tumorem maiora ſtagnantis aquæ apparuerint indicia, magiſque ab interaneis cutaneæ receſſerint partes, ibi ſectio adminiſtranda eſt, ſiue crura ſint, ſiue ſcrotum, ſiue abdomen. Fomentis præterea exſiccantibus caleſacientibuſque vtendum, ſub quibus cataplaſmata etiam & linimenta enumeranda ſunt, quorũ magnã congeriem apud Practicos reperire eſt. Vulnerata itidem pars caleſactorijs linimentis fouenda, ac recreanda, ne calor in ea penitus extinguatur. Quæ omnia non ità puerorum propria arbitremur, quin cæteris etiam Hydropicis conueniant; ſed vt puerorum hydrops lenioribus his medicamentis vt plurimum cedit, ſic in adultis ac robuſtioribus, præſertim ſi confirmata ſit, non niſi ferro & igne ſuperari conſueuit.

Cæl. Aurel. tard. paſſ. lib. 5. cap. 8. Qui nam facilius, qui difficilius in hydrope curentur.

Fomenta applicanda ſũt poſt ſectionem Hidropicorum.

V. Pleuritis ſicca citrà fluxum fit cùm Pulmo valde exſiccatus fuerit præ ſiti neceſſaria: Pulmo enim natura ſiccus exiſtens, vbi amplius quicquam, quàm pro natura, exſiccatus fuerit, gracilis fit; & impotens redditus, & ad latus præ impotentia reclinatus, latus contingit; & poſtquam contigerit, ipſum humidum exiſtens, cohæret, & adglutinatur, & Pleuritidem, hoc eſt, lateris morbum facit. Tunc verò & dolor fit in latere, & in clauicula, & febris, & album excreat.

V. Pleuritis ſicca.

Pulmo lateri adglutinatur, ac pleuritidem efficit.

QVibus laterum dolor, dummodò ob læſas ſpiritalium partiũ actiones, Pleuritidis nomine dignandus ſit, ſi nihil

nihil prorsùs in eo per os excernatur, ſicca Pleuritis dicitur ab Hippocrate; nam ſuperfluitatum nihil excernere ſiccorum omnium morborum notam eſſe docuit Galenus 1. de vict. acut. part. 22. *Morbus ſiccior, inquit, multis dignoſcitur modis, quamquam in vniverſum communis ſit ratio dignoſcendi. Peripneumonia quidem, & Pleuritis, atque omninò qui tum Pulmonem, tum aſperam arteriam infeſtant, morbi, cum nihil ab affectis expuitur partibus. Lecinoris verò, vel Meſarei, vel Ventris, vel Leiuni, vel Inteſtinorum, vel Lienis, vbi Alvus prorſus cohibita ſit, aut pro neceſſitate excernat tum ſicca, tum dura, & caprarum ſtercori ſimilia excrementa. Morbi ſicci tum arteriarum, tum venarum dignoſcuntur linguæ ſiccitate, & ea, quæ cutim occupat, ariditate. Sic vlcera ſicca ſunt, ex quibus nihil reſudat ichoris. Sæpius & in Oculis phlegmones ſiccæ oriuntur, nihil excernentes. Cerebri præterea ægritudines, quæ neque per nares, neque per palatum expurgantur, iure optimo ſiccæ dicuntur.* Sunt itaque ſiccæ Pleuritides, in quibus nihil per os excernitur: non certè, quòd morbus adhuc in principio ſit, eiuſque materia, vel admodum tenuis, efflatæ fuliginis impetum eludat; vel craſſior quàm par ſit, & glutinoſior, expulſiuæ conatibus non obtemperet; vel dolor timorem incutiat; vel effœtæ demum vires thoracicarum partium concuſſionem ciere non valeant; ſic etenim Pleuritis quælibet ſicca aliquo tempore dici poſſet; ſed talis verè ac propriè eſt, cuius morbifica materia tantæ eſt glutinoſitatis & craſſitudinis, affectaque pars adeò denſa, vt nil penitus à Phlegmone auelli, nil reſudare poſſit, ità vt deſperata omninò ſit anacatarſis, noxiuſque humor per alias quaſcunque vias potius educi natus ſit. Eiuſmodi autem euadit dum ab intenſo vel calore, vel frigore impenſius patitur, atque exſiccatur: à calore quidem in alitum ſuperfluo humido diſſoluente; à frigore verò ipſum calorem expellente, qui dum egreditur, nimiam humiditatem vnà ſecum educit; ac dum per humidi diſceſſum ſiccitas introducitur, craſſeſcit humor, atque coagulatur. Coagulatio etenim quædam exſiccatio eſt, quæ, vt dictum fuit, à frigore itidem cauſari poteſt, quod, vt docet Ariſtot., cogit, & exſiccat, & incraſſat. Quapropter ſicca dicetur hæc Pleuritis,

Nihil excernere ſiccorũ morborum nota eſt. & lib. de ptiſ ſana cap. 6. Siccorum morborum notæ.

Pleuritidis ſiccæ idea.

Ariſt. 4. meteor. trac. 2. cap. 2. & 3.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 275 sur 478

©BIUM

non modò quod nihil in ea expuatur, verùm etiam quòd morbifica eius materia inexpectorabilis penè à ſiccitate reddita ſit. Id nobis expreſſit Hipp. 1. de morb. ſic inquiens, nu. 25.

Peripneumonia & Pleuritis ſine ſputo.

Fit Peripneumonia & Pleuritis ſine ſputo ambæ ex eadem cauſa, & præ ſiccitate; Siccant autem & calida, vbi nimium caleſaciunt, & friggida vbi nimium frigefaciunt. Congelatur autem latus, & quæ ſunt in ipſo venæ, & conuellitur, & quantum in ipſo ineſt pituitæ aut bilis, id à caliditate reſiccatur, & dolorem inducit, & à dolore febrem. Huic autem venam ſecare conducit in mamæ ſplenitidem appellatam, aut hepatitidem, iuxtà vtram ſane fuerit morbus, atque ſic dolor mollior ſit, & lateris & aliarum partium: nam vena & quantum in ipſa eſt bilis ac pituitæ, ac ipſius ſanguinis ægrotantis, diffunditur, & à calefactorijs ſorinſecus adhibitis, ita vt morbus per totum corpus diſpergatur. Vocatur autem hæc Pleuritis ſine ſputo. Neque diſſentit Gal., qui 2. de criſib. cap. 10. ſic habet. *Cum paſſio exquiſitè anguſta fuerit, & veluti alligans in ſe ipſa vniuerſum fluxum cohibuerit, tunc facit morbos laterales, qui aptyſti, ideſt, ſine ſputo nominatur.* Explicata morbi huius idea, quæ non in ſputorum tantùmmodò vacuitate, ſed in ſicca potius tum partis affectæ, tum noxij humoris diſpoſitione conſiſtit: quod eò clarius patet, quo inter ſigna ſiccæ Pleuritidis, alba atque pituitoſa excrementa hic recenſentur; propoſitus iam textus perpendendus eſt, in quo lateralis quidam dolor proponitur, non ab humorum fluxione, vel copioſa congeſtione procreatus, ſed à Pulmonibus valde exſiccatis præ ſiti neceſſaria, hoc eſt, ob ſitim, ſeu naturalem humidi exigentiam, quę in pulmonibus neceſſariò reperitur, tum quia ſicci à natura ſunt, tum quia aſſiduè mouentur, cordique adhærent, à cuius perenni caliditate, ac ſuligĩnibus, numquam non torrentur, atque exſiccantur: ex quo iugi indigent humectatione in potu per trachæam ſenſim delabente; qua ſi fraudentur, præſertim ſi aliqua inſuper accedat exſiccationis cauſa, vt longum iter, exæſtuans aer, Ira, Febrilis feruor, aliaque huiuſcemodi, tum gracileſcant neceſſe eſt, & ſuccoſo quodam turgore deſtituti, ſemitabidi flacceſcunt, inque latus collabuntur; quòd ſi glutinoſo aliquo humore obductum nanciſcantur, impliciti adhærent, lentuſque

Sitis, vel ſiccitas naturalis in pulmonibus.

tusque humor glutinosior in dies à concepto calore redditur, ipsumque latus concalescit, ac dolor excitatur, veram Pleuritidem ementiens. Neque mirum si etiam Cor in consensum trahitur, & febris accenditur, tùm propter vicinitatem, tùm quia præpeditis Pulmonibus ne liberè explicentur ad ventilandum, denegataque expedita fumositatum efflatione, calor præternaturaliter in Corde facili negotio intenditur: alba autem excreatio glutinosum in Thorace humorem attestatur.

num. 57. Casum hunc solerter Hippocrates descripsit, suisque notis delineauit lib. 2. de morb. per hæc verba. *Si Pulmo ad latus prolapsus fuerit, tussis tenet, & erectæ cervicis spiratio, & salivam tussiendo reijcit albam, & dolor ad pectus & dorsum emergit, & incumbens Pulmo intendit, & graue quid in pectore incumbere videtur, & dolores acuti pungunt, & sanguis stridet velut pellis, & spirationem prohibet, & ad affectum quidem latus decubitum sustinet non autem ad sanum; verum veluti graue quiddam ipsi de latere pendere videtur, & per pectus transpirare se putat.* Horum symptomatum causas doctè prosequitur Salius ibidem: eademque affectio ex consosso interdum Thorace fit, aut ex dissecto suppurato, vbi incautius administrata fuerit curatio, vt ibidem ab Hippocrate indicatur. Cæterùm in præsenti textu dubitare contingit, num Pulmo rectè dicatur sui natura siccus, cum mollis perpetuò sentiatur à tactu, & quod molle est, & humidum sit, ex Galeni regula lib. 2. de temp. cap. 3. Quin etiam Galenus idem expressis verbis Pulmonem inter mollia membra pluries recensuit 1. de temper. cap. vltimo, & eodem 2. de temp. c. 3. Pro qua re dicendum ducimus Viscus illud fuisse à natura conditum, vt perpetuo dilatationis & constrictionis motu attractum aerem, præparatumque Cordi trãfunderet ad nimium eius ardorem moderandum, præstandamque spiritibus materiam: quod minus commodè aggere posset, si humidum à natura existeret; nam velut coriaceus follis nimio madore suffusus, & graue esset, & eius partes conciderent; ità vt neque expeditè moueri, neque satis explicari, dilatarique aptum esset. Huc accedit, quòd ab humidiori temperie aer haud purus & nitidus, cuiusmodi ad vitales gignendos spiritus necesse est; sed crassus

Pulmonis ad latera, prolapsi signa.

Pulmo an sui natura siccus sit.

Pulmonis vsus.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 277 sur 478

©BIUM

potius, atque caliginosus redderetur. Optimo proindè iure factum est, vt innumeris spermaticorum vasorum diuaricationibus Pulmonum substantia intersectasit, (ex quo mollem saltum Cordi circundatum appellauit Plato in Timæo) exiguaque caro laxissima atque leuissima ijsdem affusa fuerit, quasi sanguinea sit spuma coagulata, vt à vasorum siccitate, & spongiosæ carnis humiditate moderata quædam oriretur siccitas, quæ duritiem non gigneret, sed commodum potius vsum, qualem iam descripsimus, exhiberet. Vtque in ea crasi asseruaretur, ità locatum fuit, vt quicquid siccitatis à perenni motu, & ab intenso Cordis ardore eiusque suliginibus adijcitur, id potus pars, quæ per Trachęæ interna latera sensim delabitur, & Cerebri, cui è directo substratum est, humidiores influxus, & cæteræ omnes humiditates, quas spongiæ instar vndequaque allicere natum est, temperarent. At si quæ ex causis ijs præualuerit, modò à nimio madore flaccidum, putredinique obnoxium concidit; modò à nimia siccitate semiaridum, atque exsuccum labitur: nam quod rarum & molle in sua substantia est, externarum causarum alterationibus plus quam satis obnoxium existit. Dicemus itaque Pulmonum substantiam mollem à sensu iudicari, quòd ab extraneis humiditatibus perpetuò madescat; id quod respexit Galenus locis præallegatis; cum tamen ex sui natura moderatæ siccitatis sit, vt liquet ex rationibus adductis, & docuit etiam Auic. lib. 1. f. 1. doc. 3. cap. 2., & multo antè Galenus ipsemet de anatom. viuorum, cap. de anat. Cordis, inquiens. *Et propter hoc dicunt quidam, quod Pulmo calidam habet & siccam complexionem, quia nutritur calido & sicco sanguine, scilicet colerico: tamen ex accidenti friggidus est & humidus, vnde dicitur proprium vas phlegmatis. Humor enim distillat à cerebro ad pulmonem, quasi pluuia, vnde ex accidenti abundat in eo phlegmatica humiditas.*

Pulmo est vas phlegmatis.

VI. Siccæ Pleuritidis curatio.

Hunc multis potibus curare oportet, & lauare, & doloris medicamentum præbere, & alia, quæ excreationem faciunt. Hic septem diebus sanus fit, &

& morbus minime periculosus est, & cibos præbere non oportet.

DIximus siccam Pleuritidem dupliciter fieri; primo quidem à copiosa materia, quæ ob siccitatem nimio calore vel frigore contractam crassa adeò, ac viscida reddita est, vt intrà venas, phlegmonisque porositates coarctata, nihil inde expelli, nil resudare possit: quapropter expectoratio desperata penitùs est in hoc affectu, vnde alijs quibusque resoluentibus atque euacuantibus obsessam partem ab infensa sarcina liberare tentandum est: & de hac Pleuritide dixit Hippocr. in coac. *Pleuritides siccæ, & sine sputo difficillimæ sunt.* & lib. 3. de morb. *Sunt & siccæ Pleuritides sine sputo; verùm hæ difficiles sunt &c.* pendent etenim à copiosa materia plurimùm contumaci, quæ neque naturæ vi concoqui, neque medicaminibus dissolui, aut euacuari, nisi difficillimè potest. Altera verò sicca Pleuritis est, de qua in præsentia agitur, pendetq; à Pulmonibus flaccidis, atque exsuccis, lateri adhærentibus, ibique glutinoso humore implicitis: quapropter, cum neque copiosa sit hæc materia, neque arctioribus locis conculcata, sed inter Thoracis, atque Pulmonis superficiem media sit; morbum parit minimè periculosum, sed curatu facilem, videlicet primo septenario. Huius curatiua intentio est humectatio cùm Pulmonis, vt ad priorem naturalem habitum reducatur; tum viscidæ materiei, pulmonum pinnis implicitæ, vt diluta, tenacitatem amittat, libereque moueri finat. Iure igitur Pleuriticum.

Pulmonis flaccidi laterig; adhærētis curatio.

Hunc multis potibus curare oportet. Potu videlicet non modò liberali & copioso, vt præternaturalis siccitas abundè temperetur; sed per interpolatas etiam vices, reiteratisque haustibus assumpto: (id enim importat pluralis potionum numerus) Ità namque & pertinacia iuuantis peruicax morbus superabitur, euitabimusque ne potulentus humor aceruatim ingurgitetur, sed paulatim, sensimque hauriatur. Potus namq; affatim ingestus, derepentè totus ferè in ventriculum deijcitur: Quòd si sensim hauriatur; magna ex parte per trachææ rimulam

Potus sẽsim assũptus ad Pulmones delabitur.

©BIUM

rimulam in Pulmones delabi poterit. Id annotauit Præceptor libello de corde, inquiens. *Stomachus velut infundibulum potus copiam excipit. Fertur etiam in Guttur & arteriam, minus verò, & quantum latere possit per rimam illapsum: operculum enim exactum Epiglossis lingua, siue minor lingua appellata, ne permiserit quidem aliquid amplioris potus penetrare.* & paulò inferius. *Sed quomodo aqua aceruatim irruens, turbationem, ac tussim multam exhibet? propterea, inquam, quòd contra respirationem fertur: quod enim per rimam illabitur, tanquam iuxtà parietem delabens, aeris elationi non instat, sed leuem, & lubricam quandam viam humectatio ipsi præbet.* Paulatim igitur sorbendum est, quod ad Pulmonem descendere exoptamus: idque pluribus, interpolatisque potiunculis facilius assequemur. Plures itidem esse debent potiones, hoc est, variæ, diuersique generis; quod ad sputi eductionem conducit, vt docuit Hipp. 3. acut. inquiens. *Si inter acetum mulsum & aquam mulsam parùm aquæ absorbeatur, sputum educit propter qualitatis potuum transmutationem*: aliæ enim potiones magis incidunt, aliæ magis abstergunt, aliæ irritant, aliæ denùm humectant. Harum ergo transmutatio ad faciliorem expectorationem conducit.

num. 1.

num. 3.

Potionum mutatio sputum promouet.

num. 30.

Balnei vsus.

Et lauare. Nam & balneum non modicè humectat, attenuatque humores: vnde ex 3. acut. pectoris & dorsi mulcet dolorem, sputum maturat educitque, & spiritum facilem reddit.

nu. 32.

Pleuriticorum dolor expectoratione sedatur.

Et doloris medicamentum præbere, & alia, quæ excreationem faciunt. Dolores in Pleuriticis statim sua sponte cessant, vbi memorabile quid spuere, atque expurgari cæperint ex lib. acut. Idem igitur erit doloris medicamentum, & sputum educens; Proficuum proinde erit crassiorē hordei aquam exhibere, Aquam mulsam aquosiorē, quæ pariter ex 3. acut. Pulmonem emollit, & sputum moderatè educit. Oximel etiam dilutissimum, aliaq; arteriaca medicamenta, quæ in communi vsu sunt, & spiritalia membra humectare, expiareq; mirificè possunt.

num. 9.

Acut. nu. 26.

Et cibos præbere non oportet. Etsi enim ab exsiccatione pēdeat hęc

Pleu-

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 280 sur 478

Pleuritis; ità vt ceu Tabe laborent thoracicæ partes, alimentoque proinde reficiendæ sint, à quo partium substantia humectatur dum sanguinem & spiritum copiosè suppeditat: nihilominus cibaria haud offerenda sunt, vt quæ naturam nimis aggrauant, explendoque spiritales partes coarctant, spirandique difficultatem augent. Sorbitiones itaque satis erunt, vtpote acuto morbo conuenientiores.

VII. Febres porrò propterea fiunt. Cum corpore super inflammato carnes intumuerint, & Pituita ac Bilis conclusa quieuerint, & neque refrigeretur quicquam, neque exeat, neque moueatur, neque aliud quid subeat.

INter omnes humanæ naturæ calamitates, quæ innumeræ propè sunt, quemadmodum nulla aut frequentior existit, aut exitiosior ipsa febre; sine qua, vt non nullis placuit, neque vitæ claustra abrumpi fas est; ità vix aliud ex medicis argumentis vel magis implicitum, vel ambagibus inuolutum reperias: quapropter plurimùm quo vis tempore magna vexauit ingenia. Nam etsi eius essentiam in quodam caloris excessu consistere sensus ipse diiudicet; De causis tamen æstuationis huiusce vix certi aliquid affirmare audeas. Galenus porrò lib. 1. de caus. morb. cap. 2. ad quinque eam causas reduxit, ad motum nempè tum animi, tum corporis, ad putredinem, ad vicinitatem corporis calidioris, ad stipationem, ad alimentum calefaciendo accommodatum: quas omnes sic pariter expressit Hippocrates lib. 1. de morb. *Cum Bilis & Pituita calefacta fuerit, totum reliquum corpus ab his calescit; & vocatur hæc febris. Calescit autem bilis & pituita intrinsecus quidem à cibis & potibus, à quibus etiam nutritur & augetur, extrinsecus verò à laboribus ac vulneribus, & à calido nimium calefaciente, & à frigido nimium frigefaciente. Calescit item à visu, & auditu; verum minimum ab his.* Dixit minimum: nam sensiteria hæc eatenus tantummodo corpus alterare nata sunt, quatenus varia pathemata in animum inducere possunt, quæ & corpus

Febrium ratio.

Febrilis caloris causa ex Galeno.

Febrilis caloris causa ex Hippocrate.

Febrium periodi mirabiles.

vnà

©BIUM

vnà immutant. At pro harum explicatione videndus eſt Salius ibi in commento: Attamen ſtatæ periodum leges in humoralibus febribus, vel quotidie in certas horas teuiuescentibus, vel per tertias, vel per quartas dies, vel longioribus adhùc interuallis, tanto ordine ac ſymmetria, adeò mirabiles ſunt, vt pro harum rationibus reddendis ad occultas putreſcentium humorum naturas & proprietates confugere neceſſe fuerit: quod tamen quantas inuoluat difficultates, quam difficulter intellectu percipi poſſit, quiſque, vt puto, per ſe experitur, cum ex probatiſſimorum Authorum teſtimonio dentur etiam quintanæ febres, ſeptanæ, octanæ & nonanæ; vt præteream eas, quæ de decimoquincto in decimū quinctum inuadunt, vt teſtatur Nicolaus Florentinus; vel quæ ſingulo quoq; anno, eadem natali die, vt de Antipatre Sidonio Poeta narrat Plin. & Valer. Max., Nã annuo hoc typo ad vltimã vſq; ſenectam deductus eſt, ac tandẽ natalitio die ab eadẽ hac febre extinctus. Neq; hoc Pliniānũ commẽtum arbitremur, nã id ipſum Thomas à Vega, Amatus Luſitanus, Gentilis, & Beninenius obſeruarunt; ità vt propter hoc non parùm nobis ſemper arriſerit opinio illa, quàm doctiſſimus Ioannes Manelphus in aureo de febribus tractatu regiſtrauit, etſi eam multo prius Horatius Eugenius in ſuis Epiſtolis memoriæ prodiderat; cauſam nempè intrinſecam febris atque immediatam eſſe influentis caloris (ſanguinis ſcilicet, arterialis præcipuè, ſpirituumque) vnionem in Corde, factam à virtute vitali, vt ità adaucto calore, roboratiſque ſpiritibus, eos deinde tranſmittat per totum corpus, vel ad præcipuas partes, ad noxium aliquod, quod functioni alicui impedimento erat, expellendum: vnde prout noxium illud magis vel minùs irritans, aut contumax eſt, ità ſæpiùs vel rarius ad expellendum Natura inſurgit, aut diutius in id agendo perſeuerat; quę vt in omnibus ordinatiſſima exiſtit quotieſcunque valida eſt; ità & in febribus tali pacto obeundis ſtatas ſeruare leges rationabile fuerit. Hinc complures ſedantur morbi à febrili calore; corpus validius non raro, noxiiſque àb humoribus expiatum relinquit; pranaque exiſtente intrà corpus materia, melius eſt febricitare, inquiunt, quàm ſecus: nam qui lethaliter febri-

Nic. Flor. 2. tr. 2.
Salius. 4. diſt. 3. cap. 9.
Plin. lib. 7. cap. 51.
Valer. Max. lib. 7. c. 6.
Aueg. lib. 2. de diff. feb.
Amat. Luſit. chol. ad cur. 100. lib. 7. & cur. 75. cent. 7.
Gentil. apud Schenckiũ.
Beninen. c. 84. ab dit.
Manel. lib. 1 c. 4. de febr.
Eug. t. 1. lib. 4 epiſt. 2
Eugonij & Manelfi opinio de cauſis febrium.

Febrium iuuamenta.

febricitant, cum propè mortem sunt, à febre immunes reduntur, eò quòd natura summè imbecillis, nil vlterius coquere, aut expellere tentat: Sique interimerit; per accidens id est: natura etenim dum pluries expulsionis opus aggredi cogitur, sæpiùsque efferuescere; repetitæ hæ calefactiones humidum radicale consumunt, vnàque natiuum calorem extinguunt: quod liquidò expressit Hippoc. 6. epid. sect. 5. dum inquit. *Hominis anima semper rescitur vsque ad mortem: si autem efferbuerit, simul cum morbo, & anima corpus depascitur*; pro anima præcipuum eius instrumentum intelligens, calidum nempè tum influens, tum fixum. Verùm, quicquid de hoc sit, certum est Hippocratem pluries de febre, pluribusque in locis egisse, vt 4. de vic. acut., lib. de nat. hom., lib. 1. sect. 3. epid., & lib. 6. sect. 1., in aph., in coac., in lib. de morb., alibique frequenter, vbi febrium essentiam, differentias, causas, prænotiones, curationesque est prosecutus; sed modo ex priscorum sententia locutus videtur; modò suam protulisse; obscurè tamen, variè, & concisè, ita vt perarduum sit exactè concipere quid hac in re ipse senserit: quod inde prouenire arbitramur, quòd tractatus de febribus vniuersis, quem se composuisse testatur lib. 3. de morb., temporum iniuria deperierit; nunc certè peculiarem describit modum Hippocrates, quo febris accendi consueuit, vbi corpus ab aliqua ex præternaturalibus calefacientibus causis, labore nimirùm, cibo, potu, ira, cæterisque huiusce modi incalescere contingat; tunc etenim, vt luculenter docuit Galen. 11. meth. cap. 4. in fine, si humores vel quantitate, vel qualitate peccantes adfuerint, à calore eliquati, in exiles venas, arteriasq;, ac demum in corporis habitum effundantur, atque hinc carnes intumescunt; ibique coarctati, immobiles remanent; quinimmò prohibita arteriarum vētilatione, perspiratione q; ab obstructionibus, neque refrigerantur hi humores, neque eorum aliquid per alitum aut sudorem egreditur, neque aliquid, siue ab extrinseco, siue ab intrinseco, eò ingredi potest, à quo aliquatenus attemperentur: hinc sensim ac sensim magis incalescunt, atque inflammantur, cordique impertito calore, demum febris causa existunt. Perbellè id docuit Hippocr.

Tractatus de febribus ab Hippocrate compositus, amissus est.

nu. 1.

§ Febris generatio.

©BIUM

poc. libro 2. de diæt., de humidis corporibus præter con- nu.31
Febres à laboribus. suetum exercitaris loquens. *Hæc enim multam colliquationem emittunt. Quicquid igitur exsudarit, aut cum corpore depurgatum fuerit, non exhibet magis laborem in corporis parte præter consuetudinem euacuata. Quicquid verò ab excretione intus remanserit, non solum huic laborem exhibet, sed etiam ei parti, quæ humiditatem suscepit: non enim commoda est parti, sed infesta. Et in carnes quidem corporum non similiter congregatur, verùm in carnosas partes, quarè his laborem exhibet, donec exiuerit: tanquam enim circuitum non habens quiescens, calefit tum ipsa, tum quæ allabuntur. Si igitur multum fuerit quod excretum est, etiam sanum corpus exsuperat, vt totum concalescat, & febrem inducit*, &c. Cæterùm, vt dictum est, particularis est modus, qui hîc describitur, & velut ad exemplar positus, non vniuersalis & perpetuus; cum certum sit pro varia tum agentis vi, tum patientis dispositione, varios pariter sequi effectus: etenim si neque copiosi in venis reperiantur succi, neque crassi & viscidi; agens verò non sit potentissimum, tunc spiritus tantummodo inflammabit, excitabitq; vt plurimum diariam febrē, diei spatio solui paratam. At si vehementius agat, humoresque exsiccando dissipet, ità vt venæ exhauriantur, tunc hæ bilioſos è carnibus atque viscеribus attrahent ichores, à quibus
Febris ardentis generatio. sanguinea massa intensissimè inflammatà, ardentem febrem excitabit, vt docetur 4. acut. & 1. de morb. Verùm si hu- nu.34. nu.35.
mores, vt suprà diximus, aut quantitate, aut qualitate in vitio sint; tunc à calefaciente causa agitati, extenuatique, & in capillares venas detrusi, vel leuem gignent obstructionem, à qua diaria solummodò febris excitabitur; vel, si magna fuerit obstructio, etiam putrida succedet febris, vt luculenter explicatur à Galen. in methodo.
Gal. 8. meth. cap. 4. & lib. 10. eiusdem cap. 2. & alibi.

VIII. Cùm itaque lassitudo occuparit, & febris ac repletio, lauare multa aqua oportet, & oleo illinere, & quàm maximè calfacere, quò caliditas aperto corpore præ sudore egrediatur. Consequenter autem hæc facienda sunt per tres, aut quatuor dies; & si

& si non sedetur, ac cesset, pharmacum in potu exhibendum est, quod bilem educat, & febris perfrigeranda est, præter quam si quartana existat.

Κόπος, Latinis lassitudo, molestam significat dispositionem à nimio motu in corpore relictam. Sed pro ipsomet motu atq; labore quandoq; ab Hippocrate vsurpari, ostendi Foes. in Oecon. πλήρωσιν autem, hoc est, repletio, idem significat hoc loco, quod humorum abundantia habitum corporis obstruentium. Proposita itaq. curatio ea liquidò ostendit, quæ superius dicta sunt; videlicet à nimio labore, aliaue consimili extrinseca causa, leuem quamdoque obstructionem in corpore procreari, simplicis atq; diariæ febris causam, quæ, ni protinus remoueatur, putridam pariter accendere potis est, modo iam superius explicato. Hinc quãprimùm balneis, ac linimentis, quæ vim habent non refrigerandi modò, atque humectandi, sed etiam laxandi, discutiendique, corporis habitum perspirabilem reddere, impactosque humores alijs calefacientibus, vt frictionibus, discutere, inque alitum, sudoremque vertere nititur, primis scilicet tribus, aut quatuor diebus: nam eò vsque diaria febris, quæ extensiua iccircò nuncupatur à Galeno, interdum extendi consueuit. Exinde verò, si obstructio contumaciter hæreat, siue ob humorum obstruentium copiam, siue oblentorem & crassitiem, ità vt febris adhùc perseueret, ac de putrida iurè timendum sit, pharmaco bilem, humorum cæterorum fomitem, educere aggreditur: hæc namque tenuis cum sit, calida & sicca, febrilem facillimè concipit calorem, quem reliquis humoribus impertitur, eamque proindè potissimùm expurgat; Pituita enim, (quæ alioqui & ipsa febris huius causa obstruendo existit) naturali friggiditate, humiditateq; febrili calori potius aduersatur. Subdit demum febrem quamuis refrigerandam esse, præter quartanam: qua in re, sine dubio materialem respexit causam, quæ cum melancholicus sit humor friggidus & siccus, refrigeratio iurè timetur, vt quæ succum illum crassiorem, magisque contumacem reddere apta sit. Sed cur non idem dicetur de quotidiana, quæ à phlegmate friggido, humidoque

Lassitudo quid sit.

Curatio febris à lassitudine.

Omnis febris refrigerãda est præter quartanam.

©BIUM

midoque, iuxtà Galeni dogma, dependet? An aliter de febribus philosophatus est Hippocrates, qui humoralium differentias non in vnam humorum varietatem, sed in maiorem potissimum, minoremue bilis copiam admixtam retulit, vt patet ex lib. de nat. hom. vbi quotidianam à plurima bile, (Phlegmati videlicet admixta) procreari asseruit. De quartana autem sic locutus est. *At quartanæ reliquæ iuxtà eandem rationem habent; sed tertianis diuturniores sunt, quanto pauciore bilis parte participant, vndè caliditas augetur; & propterea quod corpus in ipsis plus perfrigescit, id quod ab atra bile ipsis contingit, superfluè adeò, vt ægrè frigus depelli possit; atra enim bilis inter omnes corporis humores viscosissima est, & sedes diuturnissimas facit.* Hinc Aristoteles sec. 1. probl. 58. quartanis febribus ignem corpori interserendum asseruit. Hanc diariæ curationem pluries insinuauit etiam Galenus lib. 1. ad Glauc. & in methodo. nu. 27.

Atra bilis viscosissima, est, & sedes diuturnissimas facit.

Quartanis febrib⁹ ignis interserendus est.

IX. Medicamentum tamen, donec corpus floridum est, ne propinato: non enim vacuatur, nisi parùm, vtpote corpore turgente. Cum autem gracilis, ac macilentus fuerit, tunc bibendum exhibe, & euacuabitur.

Medicamẽtum non exhibendũ est corpore florido exhibere.

Phlebotomia purgationi est præmittenda.

GEnericum est hoc præceptum, in morbo quouis à plenitudine religiosè obseruandum; cuius rationem expressis verbis in præsenti contextu annotatam, perbellè retulit Author libri de Renum affectuum dignot. & med. cap. 4. *Si quatuor*, inquit, *humores iuxtà abundauerint, potius vena incidenda ante purgationem est, quàm purgandum ante venæ sectionem. Quoniam si per sanguinis missionem corpus prius euacuatum fuerit, purgans medicamentum exhibitum venas & arterias & inanes corporis regiones inuenit non oppletas: quo fit vt absque vllo impedimento in totum corpus dimanet ad attrahendum succos, facillimeque fiat eorum euacuatio per vasorum spatia, & fusionem, tenuitatemque succorum. Nam si vasa sanguine repleta sint, & purgationem dederis, non poterit propter plenitudinem in corpus differri; vnde fit vt subsistet, & nihil efficiat: aut si quicquam facit,*

malè

malè faciat. Quam rem Duretus tanti fecit, vt asseruerit eum, qui contrà facit, tam esse in vitio, quàm si ipse manus adferret ægroto; quòd morbum, alioqui sanabilem, ex euentu faciat insanabilem; subditque *Vt purgatio Medici votis respondeat, plurimùm ad hoc valet præmissa detractio sanguinis, quæ corpus expurgandum mirificè facit fluxile, excitata naturæ vi ab oppressione laborantis, & comparata meatuum libertate: Scitum est illud. Quando purgare consilium est, corpora debent effici meabiliæ*. Hæc Duretus. Id ipsum specialiter sanciuit Hippocrates de inflammationibus, tum lib. acut., tum de Verat. vsu inquiens. *Quicunque inflammata in principio morbi statim medicamento soluere aggrediuntur, hi de eo quidem, quod distentum est, & inflammatum, nihil auferunt; neque enim remittit, qui crudus est affectus. Ea verò, quæ morbo resistunt & sana sunt, consumunt. Corpore verò debili fiente, morbus superat, & immedicabile malum habet*. Hoc tamen dogma non vtique adeò inuiolabile putamus, vt ad deplendum parumper corpus, purgationique disponendum, phlebotomia pharmaco sit perpetuò præmittenda, quasi aliter gracilescere non possit, aut numquam ab initio medicamentum exhibere fas sit; nam neque hoc perpetuum est in Medicina: dixit namque Hippocrates, *donec corpus floridum est & turgens* vt magnam indicaret venatum repletionem; tunc enim fortasse non nisi emisso prius sanguine medicamentum tutò exhibere licebit: Attamen, vbi non adsit tanta humorum exuberantia, tenuior paucorum dierum victus, aut ipsimet clysteres satis esse poterunt. At si in primis vijs copiosa adsit fœculentæ materiæ congestio, ex infimi ventris grauitate, aut ex aluo diutiùs suppressa conspicua; cur leniens aliquod medicamentum prius exhibere non liceat, quod nullam à venis trahendi vim habeat? etsi plura huius generis passim asserantur à Medicis, quæ, siue ob nimiam dosim, siue quod talia ex natura sua sint, purgatiuam habere facultatem copiosa deiectione ostendunt. Id ergo definiuit nu. 44. Hipp. in lib. acut. ex vrinis. *Quibus*, inquit, *in principio vrinæ nebulosæ, aut etiam crassæ sunt, tales depurgare oportet, si etiam alia contulerint: Quibus verò in principio vrinæ tenues; tales ne purgato, sed, si visum fuerit, infusos per clysterem adhibeto*.

Duret eoac. 24. cap. 11.

Aph. 9. sec. 2.

Acut. nu. 36. De ver. vs. 33.

Inflammationi ab initio purgatis nõ conuenit.

Qui nam purgandi, qui phlebotomãdi sint à principio in morbis.

Crassis

©BIUM

Craſſis namque vrinis humores iam è venis diſcedere, facileq; expurgari oſtenditur; quemadmodum tenuibus non dum illos poſſe euacuari; ſed coarctatos in venis, aliaue in parte cohiberi; Verentur vtique nonnulli ne, ſi ſanguis haud præmiſſo pharmaco emittatur, craſſus ſuccus fæcali materiæ in infima regione admixtus intra venas ad vacuum euitandum trahatur, humorumque maſſam coinquinet; ac proinde clyſtere ſaltē id præcauere conantur: cum tamen ſatius eſſet timere ne improſpere ſuccedat purgatio niſi phlebotomia præmittatur. Siquidem venæ molles cum ſint, ac præter naturaliter repletæ, ſenſim illarum latera concidunt dum ſanguis exilit: quapropter nequaquam timendum eſt de vacuo. Secus euenit in purgatione, corpore florido adhuc exiſtente, turgidoque: humoris enim vbertas ipſa ſibi viam obſtruit, atque occludit; ex quo trahenti haud cedit medicamento; Hinc Hippocrates lib. 3. de morb. de doloroſa cerebri repletione verba faciens, *ſit autem*, inquit, *aluus inferna præ vaſorum vacuatione ſolutu facilis.* num.

X.

Febrienti cibum ne offeras, neque ſorbitionibus ſubtùs aluum ducas. In potu dabis aquam calidam, & aquam mulſam, & acetum cum aqua: hæc autem, quam plurima bibat: Si enim non friggidus ingreſſus fuerit potus, calidus exiſtens ac manens, ex corpore ægroto detrahet, & vel per vrinam eiiciet, vel exſudabit. Vndequaque autem apertum, & reſpirans, ac motum corpus, id, quod conducibile eſt, faciet.

Friggidus potus febricitãtibus haud propinãdus.

Cibus febricitãtibus nõ offerendus.

PRopoſiti iam febricitantis curationem proſequitur noſter Author; præcipitque primò ne cibum offeramus; quod vtique dupliciter intelligi poteſt, vel ne offeramus dum actu febricitat, non expectata prius intermittentia, aut manifeſta ſaltèm declinatione, iuxtà aphoriſmum 11. ſect. 1. *In exacerbationibus ſubtrahere cibum oportet, nam apponere noxium eſt; & quibus per circuitus exacerbationes fiunt, in exacerbationibus ſubtrahere oportet.* Vel ne cibum offeramus, cum cibus ſit quid ſolidum & craſſum, haud minimam adferens noxam ægrotantibus,

tibus, vt latius docuit libel. de vet. med., cũ febricitantibus sorbilis potius conueniat, atq; humidus victus ex aph. 16. sect. 1. Monet præterea ne medicamentosis sorbitionibus aluum iugiter irritemus: leuioribus namque sorbitionibus hisce nihil de noxia materia, quæ in venis plerumque latitat, demitur, sed quidam tantummodò humores deijciuntur, quibus cum vires non nihil decidunt, turbaturq; natura ne id præstare possit, quod aliàs proficuum futurum esset. Ijs itaque verbis nequaquam prohibet Hippocrates aluum lubricam seruari, quo naturæ votis respondeat in fœcum expurgatione, cum certum sit ab intestinorum impuritate febrem & foueri, & augeri maximè posse ob putredinem, quæ ibi perpetuò viget, aut de facili excitatur; vnde 6. epid. sect. 1. rigores ex superiori ventre; febrem ex inferiore magis prouenire asseritur; sed quod monet est ne in morbis indesinenter aliquid semper moueamus, ne leuissimis quidem medicamentis, ità vt nullam naturæ quietem concedamus, quæ tamen vera morborum medicatrix est, infestam materiam, & vias, per quas aptè expelli potest, optimè callens. Hinc dixit in aphorismis. *Inchoantibus morbis si quid tibi videtur mouendum* (ad naturam videlicet, vel ab onerosa sarcina aliquantulum subleuandam, vel ad vias expediendas) *moue; vigentibus enim quiescere melius est.* Eiusdem naturæ motus interim accuratè obseruans, vt, cum opus fuerit, optimi ministri munere fungi possis: ex quo in epidemijs. *Contraria facere*, inquit, *interquiescere*. Cum denique febris hæc ab obstructionibus in habitu corporis inchoauerit, foueaturque ab ijsdem, omnem eò curationem dirigit, vt omni arte illas submoueat, corpusque vndequaque perspirabile reddatur, cum ipsa obstructionis solutio sit febris huius sanatio ex Gal. 10. meth. cap. 2. Natura etenim quascunque tunc vias inire poterit, per quas commodè, quod noxium est, expellere valeat; ac quemadmodum adhoc balnea atque vnctiones exterius admouet, ita intùs copiosas potiones exhibet, quæ vires habent laxandi, aperiendi, abstergendi, attenuandique, vt sunt Aqua calens, (cuius vice iuscula nos propinamus, naturæ magis familiaria, viresque fouentia); Mulsa itidem, atq; Posca. Copiosè verò exhibet, ne, si pauca sit potio, statim à

Aluus iugiter non irritanda in febrientibus p medicamẽtosa alimenta.

Aph. 29. sect. 2.

6. epid. sec. 2

Iuscula probantur in febrientibus ex auth. Hippocratis.

febrili

©BIUM

febrili calore diſſipetur; ſed vndequaque potius ad corporis extrema feratur, vt vrinam, vel ſudorem ità prouocet. Ad quod non parum vtiq; conducit actualis calor, vt hinc diſcamus non æquè benè in humoralibus febribus friggidas actu potiones Aegrotantibus offerri, quæ, etſi tales ab ijſdem maximè expetantur, cum æſtuantem in viſceribus calorem retundere, & aliquatenus attemperare valeant; plurimùm tamen obſunt, dum imbecilliorem ventriculi calorem lædere, vias omnes actuali friggiditate adſtringere, noxiamque materiam contumaciorem, atque incoctilem magis reddere natæ ſunt. Ex hac curatione illud quidem obſeruare debemus, omnem induſtriam in eo à ſapientiſſimo Sene locari, vt ea quæcunque remoueantur, quæ naturæ ſuis in operibus impedimento eſſe aliquo pacto poſſent, vt omnem ei curationem deinde committat. Ex quo non parùm illi arguendi videntur, qui nunquam non aliquid in ægrotantibus moliri deſinunt: *Sic enim*, vt inquit Gal. 2. meth. cap. 15., *maiorem mercedem ſe acceptu-ros ſperant*; cum tamen conſilium fuerit Hippocratis lib. 3. de morb., cum impetu fertur morbus, & Aegrũ, & Medicum à curationibus quieſcere debere. Hinc protulit Liuius Latinæ Hiſtoriæ Princeps, Medicos plus interdum quiete, quam mouendo, atque agendo profeciſſe.

Arguuntur Medici, qui aliquido sẽper circa ægros agere, non deſinũt:

Liuius hiſt. l. 22.

tom. 24.

XI. Cum verò gracilem exiſtentem febris vrat, manifeſtum eſt, quòd non propter corporis tumorem febris occupet. Et ſi non ceſſet, nutrire oportet, & tumidum facere. Et ſi neque ſic conducat, palàm eſt, quòd non oportuerit febrem inducere. Hunc itaque medicamentum potare oportet, quod educat quà parte febris magis hæret, ſiue, ſupernè, ſiue infernè. Et ſiquidem ſuperne hæreat, ſuperne; ſin inferne, inferne.

DIxerat ex laſſitudinibus in Plethoricorum corpore febrẽ media obſtructione accendi: quod quia haud perpetuum eſt, vt ſuprà diſſeruimus; nam non omne, quod defatigatur

cigatur corpus, turget humoribus; alium modò proponit casum, ac quomodo ijs in febribus cõiectari debeamus, iã docet: nam si quãdò pergracilẽ hominem post labores apprehenderit febris, siue gracilitas hæc à primo ortu extiterit ex innato temperamento, calido videlicet atque sicco, proindeque bilioso; siue postmodum acquisita ex calido siccoque victu, inedia, laboribus nimijs, curis, tristitia, vigilijs, in regione calida siccaque, tempore æstiuo, cælique consimili statu; tunc haud suspicandum est ob corporis tumorem, seu repletionem febrem exæstuasse, sed potius ob inanitionem, exsiccatis videlicet nimiùm humoribus, acrioribusque redditis: cum his enim spiritus etiam inflammantur, ac diariã excitant febrem, nisi aliqua adsit succorum copia putrescere parata, vt putrida potius febris inde accendatur. In hoc igitur casu plenius nutriendum est, gracileque corpus atque exsuccum, vberi humidoque alimento reficiendum: nam aliàs in febrem ardentem, ac demum in hecticam, atque marasmum transitus fieret, vt latè docuit Gal. 10. meth. cap. 5., sic inquiens. *Si in gracilibus accenditur febris propter mordentem acrimoniã excalefacti attenuatique ex sole & inedia, & laboribus succi, maximum eius remedium est humidum nutrimentum; sicuti è diuerso vbi ob copiam, vel phlegmonem, vel, vt semel dicam, humoris alicuius putredinem febris est orta, maximo malo est cibus.* Verùm si humido friggidoque exhibito alimento, corporeq; liberalius enutrito, febris tamen non dum extinguatur; tunc certum est, signo ab ipsamet curationne desumpto, non ab inatione tantummodò, humorumque acrimonia febrem adueniſſe; ac proindè neque oportuisse febrem inducere, hoc est, copiosiori alimento ipsam per accidens augere: nam, vt modò diximus ex Galeno, maximo malo est cibus febrientibus ex putredine: multoque prius docuerat Hippocrates in aphorismis. *Si quis febrienti, cibum det, quem sano exhibet, sano quidem robur, ægrotanti verò morbus.* Tunc itaque suspicari poterimus, etsi gracile, & exsuſum appereat febricitantis corpus; cum tamen ab alimento non reficiatur, putridum aliquem in visceribus humorem fabulari, à quo febris accendatur. Medicamentum ea propter exhibendum est, aut suprà, aut infra euacuans,

Gracilium, febris vt nã curanda.

Gracilitas vn de contrahatur.

Gracilesin, febre liberaliùs reficiendi.

Aphor. 4. sect. 7.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 291 sur 478

©BIUM

prout febrem, aut eius cauſam, in ſuperioribus, aut in imis partibus magis vigere apparuerit, & in hanc, aut illam partem magis inclinare conjecerimus; nam proximus ei exitus faciendus eſt, iuxtà præceptum in tex. 35. lib. 1. regiſtratum: *Dolores autem ſupra ſeptum tranſuerſum, qui purgatione opus habent, ſurſum verſus purgatione indigere ſignificant*, legitur in aph. 18. ſect. 4., *qui verò infrà, deorſum*. *Quæ enim ducere oportet* ex aph. 21. ſect. 1., *quo maximè reputat, eò ducere oportet, per conuenientes locos*.

Febris per proximio/ē partem euacuanda.

XII. Nihilo autem minùs oportet etiam debiles fortia medicamenta potare, ſed ſimiliter; aut ſolùm ſic, vt fortibus quidem forte, debilibus verò debile exhibeas.

IN hoc textu, vbi occaſione purgandæ febris, vniuerſale traditur præceptum pro pharmacis exhibendis, Latini Interpretis lapſum notat Martianus in verbis ijs οὐδὲν ἧσσον δεῖ ideſt, nihilo autem minùs: *Nam dum ad verbum in Latinum ſermonem traſtulit, contrarium ſenſum ei accommodauit*, inquit ipſe, *affirmatiuam reddens ſententiam, quæ negatiua leggenda erat: duæ enim negationes, quæ apud Latinos affirmatiuam conſtituunt, efficacius negant apud Græcos*. Hæc ille. De cuius annotationis veritate alijs decernendum relinquimus, cum non dum nobis ſatis conſtet, num duo illa verba, *nihilo minùs*, duæ ſint dicendæ negationes, cum dictio, *minùs*, comparatiua potiùs, quam negatiua ſit. Illud certum eſt vulgatæ lectioni abſque vlla prorſus immutatione optimum ſenſum aptari poſſe tali pacto.

Debiles quomodò fortiora medicamenta aſſumere debeant.

Nihilò autem minùs oportet etiam debiles fortia medicamenta potare. Si videlicet debiles forti aliquo morbo corripi interdùm contingat: nam vt habetur inferiùs, in fortibus morbis natura, fortibus pharmacis vtendum eſt.

Sed ſimiliter. Hoc eſt, aliqua tamen adhibita ſimilitudine & proportione inter medicamentum

tum & Ægrum: nam etsi forte natura pharmacum offerre debeas, eò quòd & fortis sit morbus; inter fortia tamen minùs forte eligendum est, si debilis sit Aeger; sumptaque indicatione à viribus, non adeò validum propines ac si viribus constaret. Forte autem pharmacum illud præsertim Hippocrati est, quod validè siue sursùm, siue deorsùm purgat. Quòd si nolueris in debili Aegroto valido medicamento periclitari, sic saltem te geras, vt

Fortibus quidem forte, debilibus verò debile exhibeas. At circà hanc postremam regulam, quam secundaria intensione, &, vt ità dicam, coactè proposuisse videtur; quandoquidem sic inferiùs decreuit. *In fortibus morbis a natura, fortibus pharmacis vtendum est; in debilibus verò, pharmacis non fortibus*; non nihil dubitare contingit: nam si Debilis forti morbo corripiatur, quid proderit debile ei exhibere medicamentum, cùm lib. de arte ità pronunciauerit Hippocrates. *An verò ex medicamentis præstantiora leniores morbos curare non possint, non dùm satis constat; valentissimos autem morbos, potentissima etiam instrumenta curare non posse, quomodò non sit manifestum?* Siquidem ad hoc vt agens superet passum, requiritur proportio maioris inæqualitatis, vt dicunt Philosophi; vnde Arethæus lib. 2. diut. pass. cap. 13., *morbis*, inquit, *quo dissoluantur, maiora esse remedia opus est*, quem citat etiam Ægineta. Galenus verò æquale saltem medicamentum requirit; ità vt tantum versùs alteram extremitatem excedat, quantum morbus versùs alteram, iuxtà regulam aphorismi, *Extremis morbis, extrema remedia*: vnde Cæl. lib. 2. c. 11. in fine, *non potest*, inquit, *vehementi malo nisi æquè vehemens auxilium succurrere*: nam medicamenti magnitudo à morbi magnitudine indicatur, non à viribus; &, vt habetur hìc inferiùs tex. 49. *medicamenta sint omnia, quæ præsentem statum transmouent; omnia autem fortiora transmouent*. His tamen respondetur quamuis ad citò, integramque de contrario victoriam obtinendam maior requiratur vis in agente; rarò nihilominus id congruit humanæ naturæ, in qua multum & repentè euacuare, aut replere, aut calefacere, aut refrigerare;

Morbi num à debiliori-bus, aut ab æqualibus, aut à fortioribus medicamentis curentur.

num. 13.

Paul. Aegin. lib. 4. initio.

Aph. 5. sec. 1

Aph. 51. sec. 1

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 293 sur 478

©BIUM

aut quomodocunque corpus immutare periculosum est; omnecque nimium ei inimicum: etsi enim magnus morbus citam sui demolitionem magno fortique medicamento indicet, obstant tamen non raro vires, quarum profectò maxima est dignitas, cum per has viuere contingat; atque hæ dum sui conseruationem semper atque primariò indicant, sæpè ea omnia prohibent, quibus virium substantia, (quæ in humoribus, spiritibus, solidisque partibus consistit) aut nimium dissipari, aut ad corruptionem vsque alterari nata est, cuiusmodi sunt omnia validiora medicamenta: quapropter & ipsæ ad remedij inuentionem secundariò quodammodò concurrunt, dum illud moderant. Ac quemadmodum hæ nunc validæ existunt, nunc debiles, nunc medio modo se habent; ità nũc parùm aut nihil indicant, minimaque earum habetur ratio; interdum plurimùm, omnemque ad se trahunt Medici industriam; modò mediocriter: vnde & morbos modò validis medicamentis curare licet, dum scilicet magni sunt, præcipites, nullasque dantes inducias; vires autem constant: quinimmò, etsi debiliores aliquantulum, *cum morbus periculosissimus sit, in his periclitari oportet*, docuit superius; *Si enim successerit sanum facies, sin minus; quod etiam alias futurum erat, id ipsum perpetitur*; modò debilibus, vbi videlicet morbus exiguus est; aut si magnus, vires tamen debiles extiterint: tunc enim, quod affectus remedium est, id cum virtutis custodia pugnat: *proindeque oportet*, inquit Gal. 9. meth. cap. 11. *vbi indicationes ità sibi aduersantur, & paulatim quod vitiosum est euacuare, & paulatim inuicem, quod salubre est, pro eo reponere, vocant Medici eiusmodi vitiosi succi curationem Græcè epicrasin*. Potest ergo debilius quoque medicamentum pluriès adhibitum, & à natura adiutum, validiores morbos superare, diuturniore tamen tempore: nam dum omne agens agendo repatitur, validior etiam morbus, dum imbecilloris medicamenti vires eludit, paulatim atteritur, donec ipsi medicamento non modò æqualis, sed inferior etiam redditus, omninò tandem exterminatur. Quod etsi temporis diuturnitate indigeat, tutò nihilominus fit, dum dentur inducię. Atque hinc Cælius *melius est*, inquit, *infra subsistere, quam simul omni vi effusa*

Vitium ratio & dignitas. Ad auxilij inuẽtionem quomodo concurrant.

t. 3. li. 3.

Debilius medicamentũ quomodò validiorem morbum expugnet.

Trall. lib. 9. cap. 2.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 294 sur 478

effusa fortasse præcipitare. & Alexand. Trall. *Satius est paulatim & tutò euacuare, quam festinando, perturbandoque vnà cum morbo ægrum è medio tollere*. Æquale tamen medicamentum præ cæteris omnibus eligendum est, si per vires liceat; quippè quod neque adeò magnam subitamque inuehit mutationem in corpore, vt fortia medicamenta; neque adeò in longum protrahit curationem, quemadmodum debilia; ità vt morbus & vires acquirere, & affectas partes labefactare, humoresque nimiùm contaminare valeat; quod vtique accidit leuiori in medicamento, dum serius, quàm opus esset, operatur; sed in mediocritate quadam constitutum, tutò, citò, & iucundè agit.

XIII. Ardores verò potionibus & sorbitionibus, quemadmodum febrem frigefactorio medicamento, exoluere oportet, Cammaro videlicet, aut alio quopiam huiusmodi: Et si nauseam contrahat à frigefactorio; calfactoriis vtere consequenter. Vbi verò non cessat, frigefactorijs rursùm vtere.

EXtincta iam febre, morbificis euacuatis humoribus, omnique corpore perspirabili reddito, solet attamen, in gracili præsertim habitu, cuius febrem iam considerauit Hippocrates, quoddam adhuc ceu febris vestigium, & empyreuma ignitione supereſſe in viscеribus, quæ, nisi penitus aboleatur, nouæ febri causam præbere consueuit: nō modò quòd corpus ità dispositum à leui quacunque occasione iterùm præternaturaliter incalescit; verùm etiam quia copiosum bilis prouentum quotidiè gignit, quæ recidiuæ causam peribet. Has iam vocat Hippocrates πυρέτια, hoc est, ardores, quos refrigerantibus potionibus, sorbitionibusque, vt Cammaro, aliisque huiuscemodi dixit esse extinguendos, quemadmodum febris frigefactorio pharmaco sedata fuit: ità vt, etsi iàm à febre immunis appareat Aeger, in refrigerante tamen victu per aliquot adhuc dies persistere debeat. Quid autem sit Cammarus, nondum liquidò constat, cum dictio-

Ardores ab extincta febre relicti vt nam sint attemperandi.

©BIUM

dictionis istius, cuius non nisi semel meminit Hippocrates, incerta sit tùm lectio, tùm significatus. Legunt siquidem plerique; Κάμμαρο; nonnulli Καμμορ. sunt deniq;, qui Κάμμορον scribant. Galenus in Exegesi, Animal paruæ squillæ simile, hoc est, Cammarum, il Gambero, vulgariter dictum; & Aconiti speciem, quæ animanti huic persimiles habet radices, sic voluit appellari; quod innuit etiam Plinius nat. hist. lib. 27. cap. 3. Sed addit neutrum ex duobus his significatibus aptari posse textui huic de loc. in hom. Zeno Herophylius, & Diodorus grammaticus, vt refert Erotianus in Onomastico, asserunt Dorienses Cicutam eo nomine designasse, appellantes eam Καμμορον, quasi Κακόμορον, hoc est, malâ mortem afferentem. Zeusis denique in lib. 2. explanationum, pharmacum quoddam frigidum vult significari. Erotianus quidem Zeusis, & Zenonis explicationem magis probat, dum inquit, *rationi consentaneum est refriggeratorium quoddam pharmacum esse, vel fortasse Cicutam, cum dicat Hippocrates Cammarum refrigerantium quandam speciem esse.* Verùm adhuc hæret animus, nec satis explanationi huic acquiescit: vult siquidem Hippocrates ardores extingui debere potionibus sorbitionibusque, quemadmodum febris refrigeratorio medicamento: nam cum ardores sint, vt dictum fuit, quædam extinctæ febris vestigia, quæ in conualescentibus, ijs præsertim, qui graciliori sunt corpore, adhùc supersunt, videtur monere summus Author tunc temporis haud amplius medicamentis esse indulgendum, quemadmodum tempore febris, sed potionibus, sorbitionibusque refrigerantibus, quæ alimenti species sunt, &, vt vno verbo dicam, in victu perfrigerante tunc esse perseuerandum. Quid igitur dicemus? An pro Cammaro nunc intelligenda est Squillæ species, crustaceum videlicet animal aquatile frigidumq;, quod laudatur etiam, vt cętera alia crustaceo tegmine contecta à Galeno 3. de alim. facult. c. 33. in ijs, quibus cibi in ventriculo ob prauos succos corrumpuntur, siue ex Iecore in eum confluant, siue in illius tunicis contineantur? Addit Petronius, tales esse viros quosdam flauos, præcalidos, iracundos, graciles, nidorosos ructus sæpè reddentes, in quorum ventre leues cibi putrescunt, graues benè coquuntur. Qua pariter

Alex. Petronius lib. 1. de aluo sine medic. moll. c. 4 propè finem. Dioscor. l. 2. cap. 9.

pariter ratione Dioſcorides fluuiatiles Cancros ijs offert, qui Tabe conficiuntur, cum ij igneo, acrique, quo perpetuò flagrant, ardore, cibos adurendo corrumpant; proindeque ea, quæ putrefactioni huic, vt cruſtacea animalcula, reſiſtunt, ijs
m.20. propinanda ſunt. Quinimmo Hippocrates ipſe lib. 3. de Diet., in affectu quodam calido, & intensè ſicco, Locuſtæ, Mityli, Herinacei, Cancri, & Conchyliarum ſuccum hac eadem ratione laudauit. At, inquies, propenit Hippocrates in iam dictis ardoribus potiones, ſorbitioneſque, cuiuſmodi Cammari non ſunt, qui incoctilem præterea habent ſubſtantiam, conualeſcentibus, qui imbecilliori vt plurimum ſunt ventriculo, incongruam. Num etiam ex Cammaro ſorbitiones confici poſſunt; & fortaſsè talem nunc Cammarum appellat? Ita & Dioſcorides Cancros coctos, & iure eſitatos probat in Tabidis; ijs videlicet, qui non modò à pulmonis vlcere, ſed ab alia quacumque cauſa extenuati valde ſunt: hi namque omnes communi nomine Tabidi appellantur. Verùm inſtabis. Iam ex Galeni decreto talis interpretatio damnata eſt, dum aſſeruit Cammarum pro ſquillæ ſpecie acceptum nequaquam poſſe textui huic aptari. Fateor, ità dixit; Sed quid noſtra? Sequenda ratio eſt, non authoritas. Tu, qui in eius verba iurasti, omniaque poſt habes, quæ non ex eius ore, tanquam ex Tripode, emanauerint, hæc velut obiter dicta nunc accipias quouſque aptiorem afferas explicationem, quam quandocumque exoſculabimur, nobiſque Apollinis inſtar eris; quandoquidem diuinandum potius hìc eſt, quam explicandum. Frigefactorias autem complures potiones propoſuit
m.29. Hipp. lib. 3. de morb., quarum alias mictionem inducere, alias alui egeſtionem, alias vtrumque præſtare, alias neutrum, ſed frigefacere tãtum aſſeruit. Quòd ſi à refrigerantibus huiuſmodi medicamẽtoſis alimẽtis ventriculi robur diſſoluatur, ità vt à frigore vitiata coctio ſuperuacaneas gignat humiditates, à quibus nauſeet madore laxatus; tunc calefactorijs tantiſper indulgendum eſt, dum ventriculus, nimia exſiccata humiditate, roboretur; deindè ad refrigerantia rurſùs redeundum, ſi ardor videlicet nõ dũ ſatis extinctus appareat, donec corpus vniuerſum attemperatum, inq; priſtinũ habitũ prorsùs redactũ fuerit.

Tabidis atq. exſiccat. corporibus cruſtacea conueniunt.

Frigefactorię potiones.

Ictc.

©BIUM

XIV.

Icteri curatio.

Icterum, siue regium morbum, sic curare oportet. Cum susceperis nutrito, & balneis, & pinguefacientibus, potibusque ac cibis humectato per tres, aut quatuor dies. Postquam autem humectatum fuerit corpus, purgato, & reficcato ipsum, pinguedinemque derepentè exhaurito, & vndequaque, si possibile sit, medicamentum adhibens, humiditatem educito. Ad caput verò purgatorio debili vtitor, & vrinam cientia bibenda dato, eaque ante cibos hoc tempore, quo turbatam humiditatem purgaueris, in potu præbe, ne àb eo tempore corpus nutriatur. Cum verò attenuatum fuerit, etiam balneis purgato, & contusa Cucumeris siluestris radice, eaque in aquam coniecta, inde lauato. Cæterùm medicamenta bilem ducentia ne propinato, ne corpus magis conturbes. Vbi verò siccum fuerit id, quod conturbatum fuerit, nutrito, nullo aluum subducente medicamento, neque vrinam ciente vtens, sed vino vinoso, & his, quæ rubicundiorem hominem faciunt. Si verò viridis, ac luteus sit, rursus exhaurito, nequaquam verò siccato, vt ne is color stabilis reddatur.

Icterus quid sit, & quomodo fiat.

Icterus sit, inquit Hipp. lib. de affection., *cum bilis commota sub cutem vertitur*. Definitur proinde bilios humoris per summa corporis effusio; vnde totus corporis habitus derepentè in aureum, vel atrum, vel viridem, vel albidum colorem pro morbifici humoris varietate immutatur: nam color similis efflorescit humoribus, docuit Gal. 2. aph. com. 1. si non retrò regurgitauerint: omnibusque cum in propatulo sit, omnium oculos ad se allicit, inque admirationem deducit. *Planè acerbum id malum est*, inquit Aretæus, *color verò specie horribilis: etenim colore aurum representat, sed non hominem decet, quod in lapide pulchrum fuerit*. Hinc nominibus compluribus

num. 53.

Aretæus li. 1. diut. pass. c. 15.

fuit

©BIUM

fuit à varijs insignitus. nam & Ictérum ab Ictide Græcis, Latinis verò Viuerra, qui sylueſtris Muſtellæ ſpecies eſt, cuius oculorum color aureus conſpicitur; & Auriginem àb aureo totius corporis colore, & Arcuatum ab Iride, cuius varios imitatur colores, & Morbum regium, à reggijs delicijs nuncuparunt, quarum opus eſt pro morbi huius curatione: ſumma namque iucunditate, animique tranquillitate indiget vt curetur: Vnde Q. Serenus.

Icteri varia nomina.

Reggius eſt verò ſignatus nomine morbus,
Molliter hic quoniam regia curatur in Aula.

Quod etiam teſtatur Cornelius Celſus. Affectus hic fit interdum criticè in morbis acutis, tranſpoſito nimirum, vel diffuſo morbifico humore ad cutem, vbi ob craſſitiem ſiſtitur, quo minus poſſit per ſudorem euacuari: & de hoc ictero dixit Hipp. 4. aph. 62. *Quibus in febribus morbus regius ſit ante ſeptimam diem, malum.* Quam ſententiam Plinius ea, qua in Medicos omnes ardebat rabie, agitatus, nullam exprobrandi occaſionem prætermittens, lib. 26. nat. hiſt. cap. 12. impugnauit: infeliciter tamen, vt iam patebit. *Hippocrates à ſeptima die*, inquit, vel potius ante ſeptimam diem, *in febre mortiferum ſignum eſſe docuit. Nos ſcimus viuiſſe aliquos etiam ab hac deſperatione.* Quaſi noui aliquid attulerit, neque multò prius id ipſum Hippocrates etiam obſeruauerit, qui primo epid. ſect. 3. *Fuerunt*, inquit, *quibus morbi regij ſexta die; ſed hos aut per vrinam purgatio, aut alius turbata iuuabat, aut magnum profluuium ſanguinis, vt Heraclides.* Quin etiam Philiſtidi die tertia morbus regius acceſſit cum rigore, & ſeptima perfectè iudicatus eſt 7. Epid. ſect. 2. Plinius itaque ſapientiſſimi Senis mentem haud eſt bene aſſecutus, nam præter quàm quòd dixit in aphoriſmo eſſe ſignum maluni, non autem mortiferum, quæ duo valde inter ſe differunt, neq; fatalem illud moriendi neceſſitatē oſtendit, ità vt cum hoc ſigno nemo vnquam ſeruari poſſit; ſuam etiam ſententiam alibi clarius aperuit; vt lib. 1. de morb. *Febrienti de bilioſo in tempore foras diſperſa bilis, bonum.* vbi illud, *in tempore*, quancunq; criticam diem, modò præceſſerit coctio, proculdubio includit; quod clarius oſtendit 4. acut. inquiens. *In febri biliioſa ante ſeptimum diem cum rigore*

Ictérus modò per ſe primo aduenit, modò alijs acutis morbis ſupernenit.

Ictérus morbis ſuperueniēs quandò malus.

Hippocrates defenditur à Plinij calumnia de ictero.

aph. 6.

aph. 54.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 299 sur 478

©BIUM

morbus regius accedens, ſoluit febrem. Verùm ſine rigore ſi accidat extra temporis occaſiones, perniciosius eſt. Propoſuit igitur in aphoriſmo ſeptimum velut inter omnes maximè criticum, ante quem rarò perfectæ fiunt criſes, cum longiori tempore plerùmque opus ſit ad coctionem: Cæterùm huius exemplo vniuerſale ſanciuit præceptum de morbo regio, qui, velut reliquæ excretiones, dum poſt coctionem contingat, quauis die critica ſalutariter apparere poteſt, etſi valde rarò ante ſeptimum. Sed fit etiam citrà febrem Ictterus, & fortaſsè ſæpiùs; idque aut quòd plurima gignitur bilis; aut quòd non ritè expurgatur. Copioſa nimis gignitur aut vbi Hepar, vel venæ, vel totus corporis habitus calidior redditus eſt, contenctoſque humores in bilem vertunt, aduruntque; quod & à venenoſo pharmaco humorum maſſam corrumpente, & à Ferarum ictu accidere etiã poteſt; aut vbi calidiora cibaria, Aromata videlicet, Cæpæ, Allia, Vinaq; potẽtiora aſſumũtur. At non ritè expurgatur dum Iecur, aut felleam Cyſtim, expultricis aut attractricis imbecillitas, ſcirrhus, aut obſtructio obſederit, atque ideò neque à biloſo humore expurgatur ſanguis, neque excrementum hoc ad inteſtina tranſmittitur; ſed in venas coinquinatus cruor refunditur, huiuſque excrementi pars ad veſicam, pars verò ad cutim delegatur, vbi, dum ob craſſitiem in ſudorem, aut felleum vaporem verti non poteſt, ſubſiſtit, cutemque inficit, vt lucuſenter 5. de loc. af. cap. 7. Galenus explicauit. Id ipſum de nigro Ictero, lienis vitio; aut de albido ob læſum ventriculum, qui ſæpiſſimè morbo huic cauſam dedit, vt docuit Aretæus loco citato, dicendum eſt: nam albidum regium morbum à pituita etiam, hyeme potiſſimum, excitari poſſe, teſtis eſt ipſemet Hippocrates lib. de iner. affect., vbi plures morbi huius ſpecies recẽſentur.

Ictterus primarius vnde fiat.

Bilis vbi copiosè gignatur.

Ictterus vel aureus, vel niger, vel albidus eſt.

His ità præfatis pro maiore propoſiti affectus intelligentia (quandò in præſenti contextu vix aliud, quàm curatio attingitur) ad expoſitionem modò deueniendum eſt. In tria ergo tempora videtur diuidi Icteri curatio ab Hippocrate; quorum Primum humorum præparationi; Alterum expurgationi; Tertium verò reſtaurationi dicatum eſt: Vndè primò bilioſum humorem cutis poroſitatibus infarctum, venarumque extre-

Ictteri curatio in tria tempora diuiditur.

extremitatibus, cum crassior sit, quàm vt sudore, alituque discuti possit, aut purgantibus euacuari; viæque pariter angustæ sunt; pleniori victu, balneis, potubusque diluere, humectare, atque attenuare aggreditur, viasque laxare: Quo vtique tempore aulicæ deliciæ, animique tranquillitas consulenda est, quæ corporis habitum humectat, laxat, humoresque ab intimis ad extima fundit, indeque obstructiones remouet; fugiendæ è contra ærundæ, animique curæ, quæ spiritum & sanguinem ad interiora dum reuocãt, detinentq; humores exsiccant, atque incrassant, ex quo obstructiones adaugentur. Hoc pariter consilio vsus est Gal. lib. 5. de loc. aff. cap. 7. in cura illius, qui post febrem in septimo aurigi-nosus euaserat. *Sudore*, inquit, *apparente aquoso, conieci bilem esse dissipari contumacem; præcepi itaque laboranti, vt aqua suapte natura calida, & cui discutiendi vis esset, vteretur; ac præterea victum adhiberet humidiorem, qui humorum crassitudinem moderatè possit extenuare.* Humectato autem corpore, laxatoque; diluto itidem bilioso humore, tam eo, qui cuti suffusus est, quàm qui sanguinis massam coinquinabat, ità vt discuti euacuarique iam aptus sit; tunc omni arte à qualibet corporis regione eum exterminare nititur, per sudorem, per vrinam, per secessum; eo tamen ordine, vt primùm purgantia ac diuretica offerat, quò sanguinis massa à bilioso humore primùm expurgetur; mòx ad cutem detergentia deuenit, vt horridum illius colorem penitùs deleat. Hoc igitur tempore corpus àb omnibus penè humoribus, vtpotè coinquinatis, exaustum reddere studet, vt alios deindè puriores pro ipsis restituat: vndè diuretica antè cibum exhibet, vt alimenti parùm intùs remaneat, ne corpus repleatur priùs quam inquinati humores penitus ferè exhausti sint. De qua curationis parte absque dubio locutus est Hippocrates lib. 4. epid. t. 68., ijs verbis - *Ictherico laborare, sudare, panem comedere, bibere non multum, lauari caput multo & calido, aut potius tepido, vinum album, somno non multo vti.* Ærumnoso siquidem hoc victu corpus vndequaque exinanitur; peculiari tamen prouidentia prospicit capiti, cui non exigua bilioſi humoris portio in ictericia delegatur, non mo-

Vitæ trãquillitas corporis habitum humectat, laxat, humoresque ad extima fundit; Aerumnæ è contra intùs reuocando obstructiones adaugent.

Ictericis quãdo ærũnosus victus conueniat.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 301 sur 478

©BIUM

do ſecundum cutem; vnde lib. de inter. affect. in prima morbi regij ſpecie. *In capite ſub pilis velut cortex, ſeu, malicorium ſubeſt*; verùm etiam in cerebri membranis, vt oſtendunt oculi, quorum nitor præcipuè fædatur in aurigine; horum autem membranæ membranarum cerebri ſoboles ſunt. *In oculis morbum regium præcipuè mirari eſt*, inquit Plin. lib. ſuperius adducto, *tenuitatem illam, denſitatemque tunicularum felle ſubeunte*. Naſi purgijs proinde vtitur in morbi huius curatione lib. 2. de morb. & alibi, hæc ſiquidem à capite trahunt, ſed præcipuè ab oculis: quemadmodum pro lotio ciendo, deobſtruendoque, ſi id opus ſit, decoctum ex Aſphodeli radicibus, & folijs Apij, & ius Cicerum exhibuit eodem loco. Expiata ſanguinea maſſa à felleo humore; quinimmò humoribus omnibus, qui coinquinati erant, maiori ex parte conſumptis, corporeque à catharticis attenuato, à diureticis, laboribuſque; tunc ſi quid in cute ſupererit, id omninò detergendum eſt, vt floridus deinde color iterum reuiuiſcat. Quo quidem tempore cholagogum prohibet, tum quia morbificus humor in longinqua parte, in cute nimirum tantummodò iam eſſe ſupponitur, à qua non niſi validiſſimo medicamento elici poſſet, quod ſua violentia turbaret potius, quam vt vllam vtilitatem afferre valeret: vnde Gal. in lib. 6. epid. com. 2. tex. 30. *Quæ in cute ſunt*, inquit, *fieri non poteſt vt per aluum expurgentur, ſed ſotibus, & calidis medicamentis excutiuntur*; tum quia corpus valde attenuatum, vix ea medicamenta ſufferret; quinimmò caloris notam inurerent, quæ bilis procreationi iterum occaſionem præberet. Eodemque hoc modo intelligendum exiſtimamus Hippocratem, dum 4. acut. purgationem Ictericis interdicit, quam tamen aliàs in morbi iſtius curatione admiſerat: inutilis namque eſt ad purgandum humorem, qui ictericiam ſub cute immediatè cauſat, quique facilius extrà admotis deleri aptus eſt; non autem ad humorem antecedentem, & per ſanguinis maſſam diffuſum. Ad hoc propterea vtilia ſunt balnea, quæ purgare dixit vel eò quòd incoquit, quæ bilem purgare apta ſunt, cuiuſmodi eſt Silueſtris Cucumeris radix; vel purgare nunc erit vtcumque detrahere, vel deducere; quo quidem nomine abſtergentia etiam

nu. 31.

nu. 35.

nu. 6

Cholagogũ Ictericis q ã do nõ exh̃bendum.

Cutis non poteſt expurgare per ſeciorum.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 302 sur 478

etiam purgare fatendum erit: atque hinc non modò syluestris Cucumeris radicem, quæ maximè abstersiua est, sed huius similitudine, Agrimoniam, fumariam, Melilotum, Chamæmelum, Furfur, aliaque huiuscemodi nos addere poterimus, atque ità secundam curationis partem absoluemus, quam in dissipando vtcunque bilioso humore consistere diximus. Tertia iam supereſt curationis pars, quæ renutriendi adaugendiq; opus sibi adsumit: quapropter sepositis purgationibus quibuscunque delicioſus victus, quem à principio instituerat, iterum assumendus est, optimis alimentis, vinoque generoso, quod multum nutriat, copioſus sanguis generandus, à quo floridum corpus, atque rubicundum, optimi videlicet coloris, euadat. Illud tamen animaduertit, quod si color viridis sit, qualis è melancholici humoris mixtura euadere solet; vel luteus à saturata, & sicciore bili: tunc ità exhauriendi erunt, euacuandiq; hi humores, vt à siccãtibus abstineamus; nam terrei cũ sint, à siccitate magis durescunt dissipata tenuiori parte, indelebileſq; euadunt. Ex quo humectantibus simul, quæ diluendo attenuant, atque euacuantibus, dissoluentibusq; in hos pugnandum erit. Totam hanc curationis seriem paucioribus
n. 33. expressit Hipp. lib. de affect. sic inquiens. *Morbum regium sic curare oportet. Extrinsecus quidem corpus molliendum est balneis calidis. Alius verò, & Vesica humectanda & vrinam cientia danda, quæ sunt præscripta. Si verò fortis fuerit, purgato capite pharmacum quoddam potandum dato, quod bilem deorsum purgat: postea verò vrinam cientibus vtendum. Morbus autem fit cum bilis commota sub cutem vertitur.* Quàm autem rationi consentanea hæc sit, non est cur pluribus ostendere laboremus: cum rationali cuique per se pateat: neque illud vitio vertendum, quod de morbis, quorum soboles hic symptoma est, nequaquam hic agatur, sed curatio tota ad cutaneam illam affectionem delendam bilemque è corpore expurgandam directa sit; nam de obstructionibus, de Scyrro, alijsque naturalium partium calamitatibus, quæ Ictericiam procreare plerumque solent, iam aliàs suis locis egit.

Viriditas in humoribus vnde proueniat.

Cautio in melãcholico Itero curando.

Vlcus

©BIUM

XV.

De vlcere ferino.

Vlcus ferinum in corpore propterea venit. Postquam caro tumida, & inflammata circum circa fuerit, & margines vlceris magni extiterint, & vlcus ipsum humidum, & in vlcere sanies resiccata inerit, aut vlcus constrictum fuerit; sanies computrefaciens ab vlcere defluens, foras prodire à constricto ad carnem vlcere prohibetur: Caro autem suscipit, vtpote eleuata existens ab inflammatione; &, cum in ipsam peruenerit sanies subterfluens, putrefacit, & attollit.

Vlcus ferinũ quod natura sit, & vnde fiat.

GAlenus in Exegesi *θηρίον*, interpretatur *ferinum vlcus*; sæuum videlicet, contumax, & malignum: tale siquidem feros habet mores, medicamentis ægerrime cedens, vnde ad cicatricem vix deducitur. Euadit autem huiusmodi ex eodem Galeno lib. 4. meth. cap. 1., aut ex vlceratæ partis discrasia calida, vel friggida, humida, vel sicca, cum tumore, aut sine; aut ex humorum affluentia, qui vel quantitate vel qualitate naturæ leges excesserint: hæc enim omnia impediunt quominus in vlcere vel carnis regeneratio, si cauum sit, vel exsiccatio & agglutinatio celebrari possint; pro quibus præstandis & subiecta caro pro naturali modo se habere debet, cum hæc opificis habeat rationem; & qui adfluit sanguis, qui materiæ loco est, & bonus, & quantitate mediocris sit necesse habet, ex eodem lib. 4. meth. cap. 1. Vitiosus namque magis erodit; nimius verò, sordidum reddit vlcus, exsiccationemque impedit. Has omnes causas complecti videtur Hippocrates in præsenti textu, dum vlcus proponit, cuius circumsitæ partes tument, siue ab inflammatione, siue ab aliqua carnis excrescentia; cumque excrementitijs scateat humiditatibus, sanies tamen exsiccata & arida in vlceris superficie spectatur, quæ prauæ qualitatis fluxionem denotat, calidam nimirum, adustamque; vel à circumadiacente tumore ità coarctatur, vt subiecta sanies ex vlcere redundans, foràs egredi minimè possit: Retenctum itaque malignum adeò, atque putre-

Vlcus vt curetur subiecta caro sana esse debet.

putrefactum excrementum, à tumefacta carne excipitur, eamque magis putrefacit, itaque tumorem attollit. Id eu e-
sect. 1. nire asseruit lib. 4. de morb. si vlcera diebus imparibus, cu m scilicet humor in corpore turbari solet, curentur: tunc enim vt plurimum inflammari solent: *Venit enim humor ad omnes venas dum turbatur, easque replet; & vbi ad vlcus peruenit, si-quidem non curetur, & pus exitum habeat, expellitur ab tumore, qui in turbatione accessit, & vlcus foras expurgatur. Si verò curetur, & pus exitum non habeat, & istic vnà cum eo, quod accessit, permanens* (quasi ex noua medicamenti impositione, nouaque deligatione in impari die facta, excrementi emissio impedia-tur) *dolorem inducit, & carnem circà vlcus attollit, &c.* Retenta verò sanies secundùm quatuor vias aliàs atq; aliàs moueri cõ-sueuit ex Hipp. sententia lib. de Medico. *Vlcera*, inquit, *quatuor vias habere videntur, vnam in profundum; hæc autem sunt fi-stulosa, & quæ sanguine plena sunt, & intùs excauata; altera in altum, quæ videlicet carne supercrescunt. Tertia via est in lati-tudinem, atque hæc sunt, quæ appellantur serpiginosa. Quarta via est sola, quæ secundùm naturam motus esse videtur,* dum sci-licet ad vnionem præuia exsiccatione properat. Has calamita-tes parere solet retenta sanies erodendo, aut prauam gignẽ-do carnem in vlceribus, ità vt propositæ huius malignitatis essentia in prohibita hac euacuatione præcipuè consistat.
sect. 36. Cui veritati attestatur Mulier Abderita 5. epid. cui Carci-noma erat circa pectus, & per mammam subruenta sanies ef-fundebatur: intercepta namq; fluxione, mortua est. Hi tamen tumores, etsi vlceri obsunt illius agglutinationem impe-dientes, ab alijs attamen potioribus malis plerumq; præseruat, dum malignas excipiũt fluxiones; vt constat ex aph. 65. sec. 5. *Quibus tumores in vlceribus apparent, non valde conuelluntur, neq; insaniunt. His autem derepente dissipatis, retrorsum quidem conuulsiones, & distentiones fiunt; antrorsum verò, insaniæ, lateris dolores acuti, aut suppuratio, aut dysenteria, si rubicundi magis fuerint tumores.* Huc alludit illud libri de Humor. *Quicunque abscessus, velut fistulæ, aliorum medela sunt.*

Vlcera im-paribus die-bus nõ sunt tractanda.

Vlcus qua-tuor habet vias, per quas expur-gatur.

Vlceribus intercepta, sanies maxi-mè noxia, est.

Tumor in vlceribus prodest.

Fistulæ alio-rũ medela.

XVI. Hunc medicamentis humectantibus ipsum vlcus il-linere

Feri vlceris curatio.

©BIUM

linere oportet, vt ex humectato vlcere fluxus foràs effluat, & nõ ſubter carnẽ. Influentia etiam in vlcus frigefacientibus pharmacis illinenda ſunt; quò perfrigefacta caro exiſtat, & non dirupta rurſus fluxionem immittat. Sed & alia vlcera frigefacientibus obliuenda ſunt, & ſuper ipſa humectantia imponenda.

Morborum contrariæ cõplexiones

SÆpè accidit in morbis, vt ſuperuenientes, complicatique affectus diuerſimodè indicent, atque ipſe primarius morbus: qua in re quid agendum ſit, latè docuit Galen. 7. meth. cap. 12. *In morborum complexione*, inquit, *primo æſtimabis à quo maximè diſcrimen Aegro impendere videatur. Secundo loco quid, quæue ex his cauſæ rationem obtineat, & quæ ab ipſis efficiantur. Tertio, quæ ſanari antè alia poſſint, & quæ non poſſint: vbi namq; à quopiam affectuum non leue periculum inſtat, ad id, quod vrget, dirigi potius curantis conſilium debet. Vbi aliud efficiens eſt, aliud, quod ab eo efficitur, ipſa cauſa ſpectanda. At vbi hoc curari ante illud non licet, ad id, quod ordo dictat, reſpiciendum.* Hæ omnes cauſæ ſuadent in propoſito vlcere, vt poſtpoſita præcipua vlcerum indicatione, quæ eſt exſiccatio, ſaniei humectantibus expurgandæ intendamus. Vrget ſiquidem hæc ſaniei retentio, quatenus ad nobiliores ferri poteſt partes, fœuaque excitare mala, vt conſtat ex ſupracitato aphoriſmo; cauſæque rationem obtinet reſpectu vlceris, cum aſſiduè erodendo ad alias atque alias partes illud extendat: neque vnirí ac cicatrice obduci poteſt, niſi ipſa prius expurgetur, ſedeturfluxio, ac præternaturalis omnis remoueatur intemperies, quod lib. de vlcer. luculenter docuit his verbis. *Vlcera non purgata, non* mss. *committi ſolent, etiam ſi adducantur, neque ſua ſponte coeunt. vbi circumſitæ vlceris partes inflammatæ fuerint, quamdiu durat inflammatio, vlcera coire non ſolent: ſed & vbi circumſitæ partes denigratæ fuerint, & ſanguis putredine, aut etiam varice, influxionem ſanguinis exhibente, neque hæc coire ſolent, ſi non circumſitas vlceris partes ſanas feceris.* Iurè ergo in propoſito hoc ferino vlcere eò potiſſimum intendit, vt aridam intemperiem, qua ſubiecta cohibetur ſanies, humectantibus auferat,

Vlcerum tenuius excrementum ſanies, Græcis Ichor appellatur. Quod craſſum eſt, ſordes. Ex tenui humidum, ex craſſo ſordidã redditur vlcus. Humidum ſiccantibus ſordidum purgãtibus æget. Gal. 3. meth. cap. 3.

Vlcera humectantibus quandoque curanda ſunt.

exi-

exitumque ei aperiat. Fluxionis vias, qua inflammatio, nimiaque fouetur humiditas, refrigerantibus, adstringentibusq; intercludat, densata nimirum carne, nè, si laxa, & ab exceptis humoribus rarefacta, ne dicam discerpta sit, fluxionem rursus excipiat. Subdit denique.

Sed & alia vlcera frigefacientibus oblinenda sunt,

alia videlicet eiusdē generis vlcera, hoc est, arida discrasia similiue fluxione vexata. Neque inanis censenda est hęc repetitio; nam cum vlcera per se exsiccantia perpetuò expostulent, perarduum poterat alicui videri humectantia etiam quandoque conuenire: proindeque præceptum hoc peculiari studio insinuat, quò haudacter, cum opus fuerit, in vsum reuocemus; vsque adeò verum est, nihil non variabile reperiri in Medicina. Ad humectandum verò vlcus tepente aqua pluries vsus est Gal.; hæc namque ex sui natura humectat; & quatenus tepida, poros siccitate adstrictos, laxat, humores fundit, euocat, penetratq; facilius. Plurima autem huiusmodi medicamenta, & humectantia, & adstringentia, aliisque prædita facultatibus habet Hippocrates lib. de vlcer. Cæterum ne alicui manca videatur vlceris huius à fluxione vexati curatio, eò quòd, de repellentibus, reuulsorijs, atque expurgantibus auxilijs nihil agatur, quæ in fluxione compescenda perneccssaria videntur; nam aliàs pro hac sedanda generalia tradidit præcepta: hìc verò succinctè nimis, & quasi perfunctoriè de morbis agitur, vt pluries dictum fuit, & potiora tantummodo proponere Author profitetur.

Gal. 4. meth. c. 2. li. 1. simplic. medic. cap. 7. Aqua tepēs vlceribus, pficua.

xvii. Angina, quam Cynanchen Græci vocant, à sanguine fit, cum sanguis in venis, quæ in collo sunt, compactus fuerit. Sic affectis à venis, quæ in brachiis sunt, sanguinem detrahes, & simul aluum inferne subduces, quò id, quod morbum exhibet, detrahatur. lingua quoque, cum magna vlcera habuerit, similiter curanda est.

Angina à sanguine in Collì Venis compacto, eiusq; curatio.

QVam Latini Anginam ab angendo, Græci Cynanchen & Synanchen à Canibus, & Suibus appellant; ab his

Angīnæ nomen vnde.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 307 sur 478

©BIUM

quidem, quòd ſæpènumero morbo huic obnoxij ſint; ab illis verò, quòd Anginoſi ſitientium Canum inſtar, hiante ore, exerta lingua, frequentique anhelitu non rarò conſpiciantur. Faucium & laryngis propriè paſſio eſt; phlegmon ſcilicet eas partes obſidens, ac neceſſarias impediens actiones, deglutitionem, & ſpiritum: ac prout intimiores, vel exteriores angit partes, eò difficilior, aut facilior eſt, variaſque conſtituit ſpecies ex lib. progn., ex 2. de morb., & ex Gal. 4. de loc. af. cap. 5., & curioſius ex Paulo lib. 3. cap. 27. Hippocrates attamen, vt notat idem Galenus, ſub nomine hoc omnes comprehendit tum gutturis, tum circumſitarum partium affectus, qui quomodocunque deteriorem reddunt reſpirationem, aut deglutitionem: vndè 2. epid. ſect. 2. Anginoſos refert ex ceruicis vertebrarum intùs luxatione òb enatum in ceruice tuberculum, qui vertebrarum ligamenta corrumpebat, indeque Faucium, ac Gutturis partes preſſæ, coanguſtabantur. Et lib. acut. aliam deſcribit Hyberno Vernoque tempore frequentem, cum ſcilicet fluxio ex capite multa & glutinoſa ad iugulares venas fluxerit, quæ ſpiritus & ſanguinis vias, hoc eſt arterias & venas obturat augetque; frigidaq, cum ſit, ſanguinem congelat, immmobilemq; reddit. Hinc, ſeu proximas Faucium regiones præmant tumefactæ venæ, & arteriæ: (glutinoſa namque cum ſit hæc fluxio, haud poteſt per exiles venas in partium porositates effundi, phlegmonemque procreare) atque ita Guttur & Oeſophagum coarctent; ſeu, vt explicat Cæſalpinus, ſanguis & ſpiritus ſurſum repens, obſtructaſque reperiens vias, retrocedat, & in Cor & Pulmonem refunditur; indeque oppletus Pulmo dilatari atque conſtringi nequeat, ſuffocationem inuehit. Quæ vtique angina apoplectica quadatenus procul dubio erit, dum obſtructis maiori ex parte iugularibus venis, animales etiam ſpiritus minuuntur à denegata materia in cerebro: quapropter ſenſus omnes tum interni, tum externi, diminuti appareant neceſſe eſt: vnde etiam lib. 3. de morb. quædam recenſetur Angina, in qua Anginoſi vident & audiunt obtuſius, & præ ſuffocatione non intelligunt neque quid dicant, neque quid audiant, neque quid faciant. Haud huic abſimilis eſt Angina, quæ in propoſito

Fauces ſunt pars oris interna, ad q̃ & gutturis, & gulæ extrema contingunt. Gal. 4. de loc. affec. cap. 5.

Hippocr. ſub Anginæ nomine omnes comprehendit tum Faucium, tum adiacẽtium partium affectiones.

Anginarum triplex ſpecies.

Cæſalp. quæ med. lib. 2. quæſt. 19.

Angina apoplectica.

Progn. n. 23. & de morb. n. 26. 27. 28.

num. 39.

num. 10.

©BIUM

sito textu tangitur potius, quàm describatur, quæ fieri asseritur à sanguine in colli venis compacto, hoc est, densato, ac ferè coagulato à friggida fluxione, non autem in Faucium porositates effuso, vt opus esset ad phlegmonem procreandum. Ac quemadmodum peculiarem tantummodò morbi istius conditionem tetigit circa essentiam & causas, sanguinis videlicet condẽsationem in iugularibus venis, ità vnum aut alterum tantummodo proponit remedium, quod præcipuum obtinet locum in hac curatione, phlebotomiam nempè in brachijs ad morbificam imminuendam materiam, parandamque spiritibus viam, vt sursum ad caput ascendere valeant; & alui subductionem, quæ caput deplere, & fluxionem à venis auertere potis sit. Reliqua ex lib. acut. supplenda, vbi reuellentia, deriuantia, quæque affectam partem immediatè euacuant, compactum sanguinem dissoluunt, & ad exteriora euocant, ità breuiter proponuntur. *Aeger citò suffocatur, si non quis citò auxilium ferat, venæ sectionem in bracchijs faciens, & venas sub lingua secans, & ecclegmatum delinctu curans, & calidos gargarismos exhibens, & caput radens: Debet autem ceratum capiti & collo circumponere, & lanas obuoluere, & spongijs mollibus ex aqua calida expressis fouere. Bibat autem Aeger aquam, & aquam mulsam; succum verò ptisanæ tunc sumet, cùm iam ex indicatione in tuto fuerit.* Morbus enim acutissimus cum sit, tenuissimus ei debetur victus, solaque potione detinet ægrotantem, neque ad sorbitionem deducit, nisi transacto morbi vigore, ac postquam ex declinatione salutis securitas illuxerit. Sed neque videtur silentio inuoluenda altera quædam Anginæ species citrà vllam inflammationem eodem 4. acut. hunc in modum regestrata, varijsque gentibus nostra hac ætate sæpè atque miserè admodum experta. *Cum æstiuo*, inquit, *atque autumnali tempore fluxio calida ac nitrosa de capite defluxerit, vtpote ex tempore acris & calida facta: Talis vbi est, mordet & vlcerat, & spiritum implet, & erecta ceruicis spiratio accedit, & siccitas multa, & quæ videntur, gracilia apparent, & tendines posteriores in collo distenduntur, & velut in tetano distenti esse videntur, & vox abrupta est, & spiritus paruus est, & retractio spiritus densa & violenta accedit. Ta-*

Anginæ curatio ex Hippocrate. 39. 40.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 309 sur 478

©BIUM

Aphthæ malignæ & pestilentes.

libus arteria vlceratur. Pulmo ardet cum non possint extrinsecum spiritum inducere. Et si his affectio non vltronea ad externas colli partes deferatur, grauior, ac inexitabilior est, & propter tempus, & quòd a calidis, & acribus sit humoribus. Cui etiam attestatur prognosis illa. *Fauces exulceratæ cum febre, horrendæ sunt,* nu. 25.

Cæsalpin. lib. 2. qq. med. quæst. 17.

Huius suffocationis modum ex hoc loco sic explicat Cæsalpinus. Non laryngis occlusio horum causa ostenditur, sed quia acris defluxio mordet, vlcerat, & spiritu implet: feruntur enim spiritus ad locum demorsum; hinc Pulmonis repletio, vnde Orthopnæa, & difficilis inspiratio, cum non sit locus, in quem externus aer admittatur, quantumcunque thorax dilatetur. Affectum hunc Aretæus ad aphthas pestiferas reduxit, quæ à tonsillis atque ipsomet ore incipientes, si in pectus per arteriam id malum inuadat, eodem illo die strangulare asserit: Pulmo enim & Cor, neque talem odoris fœditatem, neque sanios humores sustinent, sed tussis, spirandique difficultas enascitur, miserrimoque mortis genere breui è medio tolluntur. Sordidum igneumque vlcus, regionibus feruidis, vt Aegypto, ac Syriæ familiare, ex quo Aegyptiacum atque Syriacum appellant. At Hippocrates lib. 2. de morb. inter Tabes cronicos morbos hùc affectum adnumerat. *Si ex feruido vlcere aphtha appellata, Pulmonis fistula laborarit,* inquit, *febris tenuis tenet & dolor medium pectus, pruritus corporis adest, & vox raucosa, & saliuam liquidam ac tenuem spuit; quandoque etiam crassam velut à piscibus crudis; & aliàs atque aliàs in saliua apparent dura velut fungus ab vlcere.* Num hoc ex benigniori fit materia, atque aliquas proinde dat inducias, ità vt nonnulla Tabis accidentia inducere possit; indeq; inter Tabes iure aliquo recensetur? Neglectum autem, & ipsum ferox euadit, & ad interitum deducit. At quomodo inter veras Anginas connumerabimus, etiam si ab initio vsque è nitrosa adustaque materia originem deduxerit, cum nullus in faucibus, proximisque partibus, nullus in larynge appareat tumor? Sed neque aphthas verè appellare poterimus, cum ambitus oris confinia excedat. De nominibus haud contemnendum est, dummodo constet igneum esse vlcus, serpens, sordidum, fœtidumque, à nitrosa, calida, adustaque materia proueniens,

Aretæ. lib. 1. acut. cap. 9.

nu. 42.

ocyssimè

ocyſſimè interimens. Hiſpani, & ex Italis Neapolitani id ſæpiſſimè miſerè admodum experiuntur. Exactè de ijs egit Chriſtophorus Perez de Herrera Regius Medicus. Aretæus prætereà Anginam deſcribit ex ſolius ſpiritus vitio. *Inſtrumentorum collapſio euenit, & ſingulorum Naturæ inſignis macies, & ſtrangulatio vehemens, vt ipſiſmet in pectore latentioribus partibus circum Cor, atque Pulmones abdita eſſe inflammatio videatur. Anginam hanc appellamus, quaſi interius vrgentem, atque angentem. Ego verò exiſtimo ipſius ſolius ſpiritus vitium eſſe, praua conuerſione ad calidiſſimum ſiccíſſimumque conuerſi, nulla corporis parte inflammatione laborante. Id autem mirandum non eſt: nam in charonæis ſtrangulatus citra vllum corporis affectum acutiſſimi contingunt: immò vel vnica inſpiratione, prius quam corpus maleficium contrahat, homines moriuntur &c.*

Lib. 1. acut. cap. 7. de Angin.

Angina ex ſolius ſpiritus vitio.

Lingua quoque cum magna vlcera habuerit, ſimiliter curanda eſt. Nam ſi magna vlcera habet, à fluxione procul dubio ea dependent velut ipſa Angina; phlebotomia proinde, atque purgatione opus habebit ad antecedentem reuellendam materiam, deriuãdam, euacuandam. Sed quoniam compendioſa admodum, atque diminuta vtriuſque iſtius affectus propoſita curatio apparet, ideò genericam potius tradere regulam pro morbis omnibus à fluxione potiſſimum prouenientibus percurandis, credendum eſt. Notandum interim iuſſiſſe ſanguinem detrahi è venis, quæ in bracchijs ſunt, plurali vtens numero, vt in dicaret ex vtroque bracchio ſanguinem copiosè eſſe eliciendum: id namq; in more poſitum eſt Hippocrati vt tali numero vtrumq; bracchium ſignificet, vt aduertit etiam Salius in lib. 3. de morb. t. 22. Valles. 4. acut. t. 30. vbi etiam Brailauola. Quam praxim tundendi vtriuſque bracchij venas in Anginoſo affectu, cum valdè rationabilis ſit (laborant ſiquidem Fauces inter leuam dexteramque locatæ, ad neutram partem magis vergentes: Quod ſi alterum huius particulæ latus interdum laborare appareat, ſectionemque in bracchio è regione poſito indicet; perraro tamen fit, quin tractu temporis affectio, ſi perſeueret, ad omnes Faucium partes extendatur, cum

In Angina ſanguis ex vtroq; bracchio extrahendus.

©BIUM

cum affecta pars angusta sit, suasque omnes particulas maximè vnitas habeat) Galenus etiam lib. 13. meth. cap. 11. eam insinuauit.

XXVIII Morbi ab initio curandi, eorumq; causæ quàm primũ scindendæ.

Morbos à principio curare oportet, &, siquidem à fluxionibus fiunt, primùm fluxiones Sedare; Si verò ab alia causa; principium morbi sedare, ac curare, deinde id, quod influxit, siquidem multum fuerit, educere, sin modicum, per diætam moderari, ac componere.

BReui hac verborum serie plura tradit documenta, quibus omnem ferè curatiuam methodum comprehendere videtur: monetque primò morbos à principio curandos, ijs nimirùm occurrendum prius quàm aut nimis augeantur, aut ab humorum copia opprimatur natura; vel aucta putredine, prauam qualitatem acquirant; nam.

Claudian lib. 2. in Eutrop.

. . . . . *Veteri post obruta morbo*
Corpora, Poeonias nequicquam admoueris herbas.

à principio inquam, cum viget naturalis vis, neque admodum à morbi vehementia oppugnatur; vnde medica quæcunque præsidia perfacile ferre apta est, iuxtà aphorismi regulam; *Incipientibus morbis si quid tibi videtur mouendum, moue; Vigentibus verò quiescere melius est. Circa principia & fines omnia debiliora sunt; circà vigores verò, fortiora.* Tunc igitur minuendus materiei apparatus, quæ paulatim vitium contrahit, in fragraturi ignis alimentum cessura: neque adeò de cruditate timendum est, cum non quilibet in venis exundans humor, crudus dicendus sit, sed is tantummodò, qui vitiatus in substantia, à naturæ imperio iam recessit; præsertim si in partem aliquam infarctus, neque expultricis vi, neque trahenti medicamento facilè cedit; cuius rei indicia vrina vel tenuior, vel crassior quàm par sit, præbere potissimum consueuit, iuxtà Hippocratis præceptum in lib. acut. Lib. autem de affect. sic loquutus est. *Aegrotos considerare oportet statim in constitutionis morborum principio, qua re opus habeant, & quales sint vt pharmaco purgentur*

Aph. 19. & 20. sect. 2.

nu. 41.

tur, aut vt aliud quid, quodcumque tandem volueris, exhibeas. Si verò omisso principio ad finem iam vergente morbo exhibueris in delassato iam corpore, forte quoddam præbere veritus; periculum est ne magis delinquas, quam successum consequaris, Vbi notandum dixisse: *statim in constitutionis morborum principio.* Nam cum triplex sit morborum principium apud Medicos, primus scilicet morbi insultus; primi tres dies; prima totius morbi pars, quæ ab omnimoda cruditate definitur; morbis quidē occurrendum est, non primo insultu; nam hic est penè imperceptibilis. non primis tribus morbi diebus, cum scilicet non dum nobis satis constat de essentia, aut morbi causis, sed omnia adhuc in incerto sunt; vnde apud Aegyptios medicinæ parentes post tertiam diem mouere licebat Medicis, quòd si priùs, periculo id agebant suo, vt refert Aristot. 3. polit. cap. 13. Excipiendi tamen sunt morbi peracuti, qui cum extrema statim habeant symptomata; statim pariter certam de se significationem præbent, & quid opus habeant, clarè ostendunt: Vnde aphorismus. *Medicari in valdè acutis, si materia turget, eadem die: tardare etenim in talibus malum est.* Sed in prima morbi totius parte, vt in ea latitudine, (quam ad quartam vsq; diem extendi in acutis colligit Galenus in Hippocr. 1. prorrhet. com. 1., etsi vlterius quandoq; protrahatur) morbi ideam & formam benè percipere possimus. Constitutio namque, Græcè Κατάστασις, forma est, species, atque idea: ex quo principium constitutionis morbornm est, cum primum morbi essentia ex pathognomonicis signis incipit iam nobis innotescere, ac tunc primò agere conuenit. Hinc lib. acut. *Incostantes febres finere oportet* 11.46. *donec constiterint: cum verò constiterint, & victu, & curatione conuenienti occurrere, speculatione secundum naturam facta.* Nā, vt inquit Cels. lib. 1. in procem., *cuius rei non est certa notitia, eius opinio certum reperire remedium non potest.* Cæterùm ne opinemur ex tempestiua hac curatione fieri posse, vt cronicus ex sui natura morbus, breuis omninò euadat; aut si acutus sit, illicò euanescat: nam vt asseruit Plato in Timæo, *Omnis morborum constitutio animalium naturæ quodammodo similis est. Sanè animalium compositio ab ipso generationis exordio, certis temporum*

Ex Galen. 1. aphor. 12. 1. progn. 10. Morborum initia quot sint.

Curatio in morbis quando inchoanda,

aph. 10. sec. 4.

Morbi non attingendi prius quàm eorum essētia constiterit.

Morbi ætates habēt vt animalia ex Platonis sententia.

©BIUM

porum curriculis terminatur; idque & genus vniuersum patitur, & animal quodque ab ortu fatale viuendi spatium in se ipso, exceptis necessarijs passionibus, continet: Etenim trianguli ab ipso initio singulorum vim possidentes, vsque ad certum tempus sufficienter ad vsum vitæ cohærent. Vltra id nemini vita prorogatur; Is quoque constitutionis modus languoribus conuenit; quos si quis intra fatalem temporis cursum pharmacis amputare contendit, ex paruis ingentes, ex paucis multi euadere consueuerunt: Quapropter diligentia victus corrigendi, & gubernandi sunt morbi, prout cuiq; datum otium; neq; difficile infestumq; malum pharmacis instigandi.

Morbos si quis antè tempus amputare studuerit, ægrit magis quàm profit.

Hæc Plato. Vnde colligimus tempestiuè curandum esse, vt dempta materiâ, morborum frangatur impetus, felicemque exitum sortiantur ob diluculò subleuatam naturam, in cæteris sua quæque tempora pertransituri, iuxta naturalem ipsorum dispositionem. Docetur secundo in proposito contextu quò primùm dirigenda sit curatio, seu potiùs, à quo auspicanda; ab antecedente nimirum causa, à qua morbus originem duxit, atque fouetur, vt dictum etiam fuit superius t. 7. lib. 1. Hæc enim quam maturius rescindenda est, siue fluxio fuerit, cuius medela ex lib. de humor. declinatio, deriuatio, reuul- nu. 13.
sio, & siccatio est; siue alia quæuis causa, vt plethoria, cacochimia, aut partis cuiuspiam diathesis, cum ab ipsa morbus foueatur, atque incrementum accipiat; certumq; sit non posse ad perfectionem affectum vllum sanari, manente adhuc ipsa, vnde ortus est, causa, vt docetur lib. 7. meth. c. 12. Dummodò illud sciatur, operationem hanc ad præcautionem potius, quam ad curationem spectare, vt habetur apud Gal. 4. meth. cap. 2., ita namque sæuior futurus morbus præcauetur. *Factam autem ægritudinem*, inquit Gal. lib. art. med., *atque existentem curare oportet; quæ nondum quidem adest, sed futura est, prohibenda est, ne fiat; Eius autem, quæ adhuc sit, quod quidem factum est, curare oportet, quod autem futurum, prohibere.* Amota itaque antecedente causa, coniunctam deinde respicit, præcipitq; noster Author, quod materiei in partem affectam iam fluxit, immediateque morbum facit, si copiosum sit, euacuantibus auxilijs educendum esse, siue hæc pharmaceutica sint, siue chirurgica: sin modi-

Fluxionis remedia.

cum,

cum; sola diæteſis, inque ſex rebus non naturalibus moderatio ſatis eſſe poterit tùm ad minuẽdam morbificam hanc materiam, tum ad componendum, hoc eſt, attemperandum. Etenim diæta materiam ſua tenuitate, ope natiui caloris imminuit; qualitate verò attemperat quod intemperatum eſt: vnde 6. epid. ſect. 8. *Contrarij victus in morbo.* Quod ſanè præceptum plurimi faciendum eſt; nam, vt loquitur Plato in Timæo, *Medicorum purgatio, quæ pharmacis fit, tunc vtilis eſt, cum ſumma cogit neceſſitas: aliter verò nullo modo ſanæ mentis homini ſuſcipienda*: Vtque aſſeruit Celſus, *ſola abſtinentia ſine vllo periculo medetur*.

Diæta quomodo profit, & omnium utiſſima eſt

Pharmaca, non niſi in magna neceſſitate exhibenda. Lib. 3. cap. 2.

XIX. Capitis fracturæ. Siquidem os fractum fuerit, ac contritum, periculo vacat, & curare oportet hunc humectantibus medicamentis. Si verò rumpatur, & fiſſura fiat, periculoſum eſt. Huic ſerram adhibere oportet, ne in oſſis ſciſſuram ſanies influens, membranam cerebri putrefaciat: Nam vt per anguſtum intrans, non autem exiens, affligit, & furere hominem facit: Huic itaque ſerram adhibere oportet, vt ſanies exitum habeat, non ſolùm ingreſſum, ampla ſerratura facta. Medicamentis autem vtendum, quæ humorem in ſe ſe trahunt, & lauandum.

Capitis fracturæ cariq; curatio.

DE capitis fracturis (ſic enim generali nomenclatura cõtinui ſolutionem in oſſibus appellamus, ſiue lapſu hæc fiat, ſiue ictu) pauca modò attingit Hippocrates, vt qui integrum libellum, eumque abſolutiſſimum, iis calamitatibus dicauerat. Cumque harum differentiæ ad tres potiſſimum reuocetur, Cæſionem, Contuſionem, & Fiſſuram; quarum prima, hoc eſt, Cæſio, cui & punctio finitima videtur, eſt, quæ fit à tenuis aciei inſtrumento, quod amplum atq; patens ſui veſtigium, ſedemq; relinquit in parte oblæſa. Contuſio verò eſt quædam ſuperficiei compreſſio, ſeu rei, quæ percutitur, in ſe ipſam denſatio, ob graue obtuſumque corpus, ei validè inflictum: qua propter occulta eſt quædam continui

Fractura quid ſit, & quot eius ſpecies.

Cæſio in oſſib⁹ quid ſit.

Contuſio, quid ſit.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 315 sur 478

©BIUM

ſolutio in ſubiectis particulis, quæ inſenſibiliter penè laceran-
tur: Fitq; interdùm cum diſceſſu contuſæ partis à ſua ſede, vt
dum aduerſam in partem curuatur, ſimiliter ac æneum vas
Fiſſio in offibus quid ſit. validè alliſum; cui comes fit plerumque fiſſio, quæ tertia eſt
ſolutionis ſpecies in oſſibus, capillaris nempè, atque anguſta
rimula, in ſolidiori corpore excitata, dum à re graui, obtuſa-
que percutitur: ac proinde adultorum oſſibus, quæ duriora
ſunt, frequentior, quàm puerorum; quæ fiſſura longius ſæ-
penumerò excurrit, quàm vbi ictus exceptus eſt. Atq; harum
differentiarum vnaquæq; complures ſub ſe continet læſionũ
ideas, modoſque, vt videre licet lib. de vuln. capit. nuperè ci-
tato; Attamen præſenti contextu primæ tantum, atq; poſtre-
mæ meminit Hippocrates, cæſionis nimirùm, atque fiſſuræ;
quarum illam ſine periculo; hanc diſcrimine omni plenam aſ-
ſerit: nam contuſio, quo ad periculum, in eadem ſorte eſt
Fractio lata in capite abſque periculo eſt. cum fiſſione. Si ergo Cranium ab externa vi cædente faucie-
tur; ità vt fractio ob laterum attritionem comminutionemq;
non adſtricta & capillaris, vt dicitur, ſed lata ſuperſit, atque
ideò percommodè queat ab omni cruore, ſanieq; expurgari;
ſi in exteriori præſertim ſiſtatur lamina, ac ſubiectæ particulæ,
tum eæ, quæ in caluariæ meditullio, vt neruuli, arteriolæ, ve-
næque; tum quæ intrà ipſam caluam latitant, vt membranæ,
& cerebrum, nullatenus lædantur; tunc periculo vacat, vt do-
cuit etiam lib. de vuln. cap. nu. 6., qui textus male à Cornario
interpretatus, ſic à Fallopio corrigitur. *At verò ſedes ipſæ per ſe*
Fallop. de vulner. capitis cap. 11. *ſolæ ſientes in oſſe ſine fixura, contuſione, aut introceſſione (fiunt*
autem hæ ſimiliter & in poſteriore capitis parte) ex his mors non
contingit ſecundum inſtitiam, etiam ſi contingit. Dixit *ſecundum in-*
ſtitiam, dummodò videlicet vulnerati corpus haud valdè caco-
chimum, malèq; diſpoſitum ſit, fractura autẽ appoſite atq; op-
portunè curetur; nã aliàs, vt legitur eodem libello nuperrimè ci- nu. 1.
Vulnus ęqliber in capite periculosum niſi rectè curetur. tato, *Nullii Capitis vulnus leuiter contendi debet: ſæpè enim cutis ſola*
contuſa ferro, aut aliqua alia re, ſi non diligenter, & cũ quadam cau-
tione curetur; veluti ſi ſanguis concretus non expurgetur, aut aliud
quiddam negligatur, vulnus incrudeſcens, non parùm moleſtiæ ex-
hibet; & aliquando etiam febrem inducit, & Medico quidem negó-
tia, Aegroto verò periculum non minus affert. Et inferius. *Cauere* nu. 12.

autem

©BIUM

autem conuenit, vt ne aliquid mali os contrahat ex carne, si malè curetur; nam & perforato ossi, & aliàs denudato, sed sano, & si læsionem aliquam ex telo habeat, & tamen sanum esse putetur; periculum magis imminet, vt suppuratum fiat, ideſt putreſcat, *etiam si aliàs futurum non esset; Si & caro os ambiens, malè curetur, & inflammetur, & constringatur, ità vt pus exire non possit: ignescit enim, & multa flamma impletur. Et sanè os ex ambientibus carnibus in seipsum calorem & flammam, & quæcunque mala in se ipsa habet caro, trahit, & ex his ità suppuratum fit &c.* Cuilibet igitur Capitis vulneri ſedulò proſpiciendum; dummodò illud ſciatur, periculum omne in affectionibus hiſce circa cerebralium partium læſionem verſari. Tale autem vulnus humectantibus medicamentis curare præcipit, non certè quod humectari requirat, quandoquidem libro toties citato de vuln. capit. *Vulnus in capite*, inquit, *nullis humoribus humectari* nu.18. *conuenit, ne vino quidem*: cum tamen vlcera vniuerſa non niſi nu.1. vino humectanda monuerit initio libri de vlcerib.; ſed pro humectantibus, concoquentia & ſuppurantia hìc intelligere debemus, quæ calida ſunt & humida, affectæ tamen partis naturali temperamento, quantum poteſt, aſſimiliari debent. Coquentia itaque primò applicanda ſunt, vt contuſa, & lacerata caro quàmocyus in pus vertatur, atque ità præcauenda inflammatio. Confecto autem pure, & expurgato, tunc exſiccantibus agendum erit, vt communiter fit in reliquis vulneri- nu.23. bus. Id expreſſè docuit eodè lib. de vulner. capit., ſic loquens. *Suppuratum quidem quàm celerrimè vlcus facere oportet: sic enim ambientes vlcus partes quàm minimùm inflammabuntur, & vlcus citissimè purum erit: necesse est enim carnes concisas, & contusas à telo, suppuratas fieri, ac consumi. Postquam autem purgatum fuerit, siccius fieri vlcus oportet: sic enim citissimè sanum fiet, sicca carne germinante, & non humida, & sic quoque vlceri caro non su-* nu.3. *perfcrescet.* & lib. de vlcer. *Si qua caro ex telo concisa & dissecta est, eam curare oportet, quò quam celerrimè suppuretur; nam & minus inflammatur, & necesse est carnes contusas ac dissectas putrescere, ac pus fieri, & eliquari ac consumi; & postea nouas carnes nasci.* Perrarò autem Caput ab externa vi læditur, quin aliqua ſubſit cutaneæ partis contuſio ob ſubiectum Cranium,

Cautio in vulnerib. capitis.

Capitis vulnus quomodo humectãdum ſit.

Cõtuſis partibus ſuppurantia applicanda ſunt.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 317 sur 478

©BIUM

quod reſiſtens, in cauſa eſt, vt caro, & ſui pars, atteratur. At ſi altius ad meditullium, ſeu diploem vſque, nec non ad alteram concauam propè cerebrum caluę ſuperficiem extendatur hæc calamitas: adhęc, non laxa, & medicamentis peruia ſit, ſed linearis, tenuiſque fiſſura; hinc multa ſanè, atq; immania imminent diſcrimina: nam præter diffractas venulas, quæ ſanguinem intùs fundunt; læſum os imbecille ſaniem neceſſariò gignit, quæ ad ſubiectam Cerebri membranam per rimulam penetrans, indeque nequiens egredi, vel abſtergi atque expurgari, eam putrefacit, ingentes excitans Inflammationes, Febres, Deliria, Conuulſiones (aduocatis nimirùm vndequaq; calidis humoribus) ac denique Mortem: Quòd pariter de contuſionibus dici debet, à quibus, niſi deleantur, paulatim os vitiatur; mòx labes communicatur membranis, eademq; inſurgunt accidentia, quæ nuperrimè numerauimus. Sic & 2. prædict. *Porrò ex Capitis vulneribus lethaliſſima ſunt, quæ ad Cerebrum pertingunt, velut etiam antè ſcriptum eſt. Grauia ſunt etiam & huiuſmodi omnia, Os nudum magnum; Os infractum, Os, diffractum. Si verò oſculum vlceris parum fuerit, fiſſura verò oſſis aliquandiù permanſerit, periculoſius eſt. Hæc autem omnia grauiora ſunt ſi & iuxtà ſuturam ſunt; & ex locis ſemper periculoſiores ſummi in capite exiſtunt.* At quod maius faceſſit negotium, eſt calamitatis huius deprehenſio; nam tum contuſio, tum fiſſio, nunc detecta eſt (oſſe videlicet denudato exiſtente à ſuperpoſita cute, omniq; alio velamento); nunc occulta, eadem cute integra remanente; vel calua alibi fiſſa ac diffracta eſt, quàm vbi ictum excepit: ac quemadmodum in illa, immiſſum ſpecillum ſatis quandoque eſſe poteſt, vt exploretur, ab aſperitate nimirum, quam fiſſio in reliqui oſſis læuore præ ſe fert; vel etiam affuſum cum aliquo medicamento atramentum eandem detegit, dum abſterſo reliquo oſſe, rimula atro infecta colore conſpicitur: quemadmodum & contuſio ex immutato colore in albidiorem depromitur; ità hæc omnem Medici induſtriam penè eludit, niſi inſiſtamus argumentis, quæ Hippocrates ſumma diligentia non ſemel nobis expoſuit; depromta videlicet ab ictus qualitate, conſiderata Percutientis vi, Inſtrumenti grauitate & figura, percuſſi Oſſis ſoliditate

Fiſſurarum diſcrimē in capite.

Occultæ cōtuſiones, & fiſſuræ quomodo deprehēdantur in Capite.

liditate & robore, à ſuperuenientibus ſymptomatibus, & à ſenſu ipſius viſus. *Primùm*, inquit, *capite vulnerato interogare oportet per quid vulneratum ſit. Deinde quid homo fecerit cum* Lib. de eap. vuln. num. 2.
num. 13. *vulneratus fuit. Poſtea qua parte vulnus inflictum ſit.* Et inferiùs. *Contuſiones & fiſſuras in oſſe non apparentes, & tamen præſentes, ex vulnerati reſponſione cognoſcere primùm conari oportet, an tale quid paſſum ſit os, aut non paſſum. Deinde ratione, & opere exquirere, citra ſpecilli admotionem: rumpitur ſiquidem os, & obſcuris fiſſuris, & manifeſtis; & contunditur obſcuris contuſionibus,* Os findituꝛ, aut contunditur occultis, aut manifeſtis fiſſuris, contuſionibuſque.
& intro ex ſua natura maximè cedit, cum alter ab altero ſauciatur, de induſtria ſauciare volens: aut cum ex altiori loco ſit ictus, aut plagæ ictus, vter tandem fuerit, magis, quàm ex plano loco: Et ſi contineat manu telum, ſiue iaciat, ſiue percutiat; & ſi fortior debiliorem vulnerat. Ex his verò, qui cadentes, vulnerantur ad os, aut in ipſum os, is, qui ex altiſſimo loco cadit, & in duriſſimum, & obtuſiſſimum; huic periculum eſt, vt os rumpatur & contundatur, & intrò cedat ex ſua natura. Ei verò, qui ex plano magis loco cadit, & in molliorem, os minus hæc patitur, aut etiam non patitur &c. Atq; hæc quo ad percuſſionis qualitatem. Quo verò
num. 16. ad ſuperuenientia ſymptomata. *Magis*, inquit, *aut minus ſauciati, hæc ſigna ſunt. Si vulneratus ſoporem altiorem inciderit, & caligo offuſa fuerit, & vertigo, & ſi ceciderit*; perturbatis nimiùm animalibus ſpiritibus, eorumque fluxu ad partes, vel interrupto, vel penitùs intercepto. Sic facilius in ſyncipite, atq; in ipſa futura os læditur, vbi imbecillius, ac tenuius eſt, quàm alibi. Hinc pulchra virgo Nerei filia ab Amica lata manu per-
num. 21. cuſſa in ſyncipite, ſæuiſſimis accidentibus mortua eſt, ex lib. 5. Epidemiorum. Demùm in Coac. prænot. id ipſum ſic explorari docuit Hipocr. *Ex ruptis capitis oſſibus, difficillima cognitu ſunt ea, quæ circa futuras rumpuntur;* (id ſcilicet re ipſa in Autotomo illo didicerat 5. epid., cui ſynciput iuxtà futuras lapide percuſſum fuerat; in eaque leſione inueſtiganda, à futuris ſe eum Aegri pernicie deceptum ingenuè faſſus eſt; de qua re Celſus lib. 8. cap. 4. Sutura ſiquidem æquè ac fiſſio aſpera exiſtit; eoq; nomine non rarò ſpecillo explorantibus errandi occaſionem præbuit.) *rumpuntur autem maximè à grauibus, & rotundis telis; & ex his, quæ ex ſubcontrario afferuntur, & non ex* Fracliones circa futuras difficillimè cognoſcuntur.
pla-

©BIUM

plano loco. At verò de quibus ambiguum eſt rupta neſint, vel non, iudicare oportet. Exhibeto ad manducandum in vtramque maxillam Aſphodeli caulem, aut Ferulam, ità vt animaduertere iubeas an os aliquod ipſi ſtrepere videatur; Progreſſu verò temporis fracta, partim ſeptima, partim decimaquarta, partim etiam aliter, de ſe ſignificationem præbent: nam & carnis ab oſſe diſceſſus fit, & os liuidum, & dolores, ſanie affluente. Hæc autem ægrè iam auxilium admittunt. His videlicet argumentis, aliiſque conſimilibus coniectari ſtudet Hippocrates, num fiſſum os, aut contuſum fuerit, niſi cute, & carne ſit denudatum; vel ſi denudatũ, tenuis tamen valde, ac ferè imperceptibilis ſit fiſſura atque contuſio. Cognita ergo Cranij læſione; ſiquidem manifeſta ſit, atque ampla ſedes, minus certè obtinet periculi, nullaque indiget abraſione, perforationeue, ſed concoquentibus & ſiccantibus peragendum eſt, vt docuit idem Hipp. eodem lib., inquiens. *Quæcunque oſſa intrò contuſa cedunt ex ſua ipſorum natura, rupta, aut etiam diſſecta, valdè ampla, talia minus periculoſa ſunt, vbi membrana ſana fuerit: Et quæ pluribus fiſſuris, & amplioribus intrò rupta ſunt, adhuc minus periculoſa ſiunt, & ad detractionem faciliora fiunt; & nullum ex talibus perforare oportet, &c.* At ſi anguſta extiterit fiſſio, niſi totum peruadat os, ita vt ad membranam non penetret, abradenda eſt, dum omne ipſius deleatur veſtigium, quod immiſſum atramentum indicabit: idemque faciendum eſt etiam in contuſione. Quòd ſi ad membranam vſque pertineat, tunc perforatio adminiſtranda erit ſerrato modiolo; cuius ope oſſis portio, quam modioli circulus complectitur, eximenda, omniſque educendus, tum ſanguis, tum ſanies, quæ duram membranam coinquinauerat. Quod vtique quam ocyus, hoc eſt, intrà triduum præſtandum, prius quam putredo adueniat, ſæua inuehens ſymptomata: idque citius æſtiuo tempore, in calidis humidiſque corporibus; tardius Hyeme, & in friggidis & ſiccis naturis, contingere aſſolet. Qua verò induſtria adeò ingens operatio perficienda ſit, ex ipſomet Hippocrate locis citatis intelligi poterit. Dubium autem non leue extat de occultis hiſce contuſionibus, & fiſſuris dum integra ſpectatur cutis; aut alia

de vuln. cap. nu. 25.

parte

©BIUM

parte facta est fissio, quàm vbi ictus cecidit; quod contingere interdum, testis est Hippocrates, Celsius, & experientia; suadetque ratio; in solido præsertim cranio densis intersecto futuris, in quo commotus ab ictu aer, vnitus valde circumfertur: Nam vbi solidum cranium percutitur, aer, qui intus latitat, subito, validoque ictu commotus, vtrimque in orbem circa concauum circumfertur; aduersaque in parte, vbi aer vterq; concurrit, alliditur, atque ad extra impetum faciens, inde caluam inflexilem frangit. Tunc igitur cum antiquorum omnium, vt Hippocratis; Celsi, aliorumque opinio fuerit, atque inde in praxi semper obseruatum sit, ad latentes has vel contusiones, vel fissuras, integra ita superstite cute, perfectè cognoscendas, superpositam cutem quàm citius esse incidendam, dilatandum vulnus, sauciumque os in propatulo exponendum; nihilominus testantur nonnulli se longo vsu, obseruasse plures restitui ex ijs, qui citrà scalpelli operam, partim lenientibus, partim siccantibus, curantur; quàm quibus cutis incidituir, atque Os denudatur, dilataturq; ijsque ratio suffragari videtur: Innatus siquidem calor per se, integra cute, felicius & sanguinem, & collectam saniem discutit, vel per naturales meatus, Nares, Palatum, Aures, Oculos atque Emunctoria, propellit, fractaque glutinat ossa, quàm dissecta cute, osse que excisso, medicamenta possint: perspirat namque innatus ijs calor per vulnus, qui medelæ cuiusque præcipuus author est. Patet id in cæterorum ossium fracturis: etenim magis sanantur crura, & perfracta bracchia vbi caro & cutis integra est, quàm vbi os detectum: nudato siquidem osse, & perspirante calore, humorem putrescere necesse est; cui ni detur exitus, subiectas partes vitiare, si intrà caluam detineantur. Hæc, similiaue, habet Vidus Vidius in lib. Hipp. de vul. cap., innixus testimonio Iacobi Perusini, chirurgi expertissimi, vt refert Cesalp. qq. med. lib. 2. q. 11. Verùm ea est Cerebri, mẽbranarumq; ipsius conditio, vt saniem nequaquam diù ferre apta sit, donec ab innato calido illa penitus discutiatur, cum id non nisi pluribus diebus præstare valeat: Neque certum est, num illam per naturales meatus emissura sit natura; quòd si deficeret, certus esset saucij interitus: Hinc tutius censendum est

In cranij fractura occulta num cutis scidenda sit, atque os denudandum.

Ossa diffracta citius sanantur si cutis saucia nõ sit.

Pri-

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 321 sur 478

©BIUM

Priſcorum inſiſtere veſtigijs, & quàmocyus, vt dictum fuit, in propoſitis caſibus ad ſectionem deuenire; in qua neque magnus excitatur dolor, neque multum laboris eſt in reuniendo: Velamentis autem, atque cataplaſmatibus ſatis prouideri fas eſt, ne calor innatus adeò expiret.

XX. Febricitanti caput non purgandum.

Febricitanti caput ne purgato, vt ne furioſus fiat: calfaciunt enim caput pharmaca purgatiua; & ſanè ad caliditatem febrilem accedens ea, quæ in medicamento eſt, inſaniam facit.

PLurifariam intelligi poteſt præceptum hoc, ac proinde ſenſus eliciendus, qui veritati magis conſonet, ſeruatiſque Hippocratis principijs, nullam patiatur difficultatem: Nam ſi abſolutè, prout ſonat, intelligatur, quòd ſcilicet ei, qui febricitat, Caput nequaquam purgandum ſit; ſiue valido, ſiue leui medicamento naribus immiſſo id intelligas, (purgare enim caput in doctrina Hippocratis, idem volunt eſſe nonnulli, quod medicamentis naribus applicitis illud deplere atque euacuare) ſæpiſſimè id falſum comperies, niſi in ardentium febrium genere id tãtummodò verum eſſe affirmemus: Multi ſiquidem febricitant, longis præſertim lentiſque febribus, cuiuſmodi à craſſiori pituita excitari ſolent, quibus tractu temporis caput adeò craſſis, ac pituitoſis vaporibus repletur, vt non modò illud purgare liceat, ſed perneceſſarium id ſit, etiam validis, calidiſq; medicamentis, Elleboro, Pyretro, Elaterio, cæteriſq; huiuſcemodi, pro peccantis materiei diuerſitate. Si verò interpretemur, vt nonnullis placuit, febricitanti caput, hoc eſt, ex capite, aut propter caput, non eſſe purgans medicamentum exhibendum; neque id prorſus verum erit: quàm multi enim ſunt, qui à perenni capitis diſtillatione per venas decurrente, putreſcenteque, febricitant, quæ affectio, cum repleti Cerebri ſoboles ſit, quis ambigat, num omni arte caput tunc euacuare liceat, catharticis præſertim, vt morbi huius princeps cauſa atque origo abſcindatur? Quapropter Hippocratem de ijs hic locutum arbitramur, quibus caput intensè, quacunque ex cauſa, calefactum eſt;

Caput purgare quid ſit apud Hippocratem.

est; ac proinde caput quodammodo febricitat; accepta similitudine à toto corpore, quod febricitare dicitur, cum præternaturaliter incaluerit. Consueuit siquidem magnus hic Author partem quamuis ita affectam, febricitantem appellare; vt constat ex libro de Fract., vbi inflammatum
sect. 28. vlcus, pulsans atque febricitans appellat; & libro 2. de morb. Mul. *Si vteri extrà naturam progressi fuerint, febrilis calor habet pudendum, & imum ventrem*: Neque modus hic dicendi nouus est etiam in doctrina Galeni, qui 2. ad Glauc. cap. 1. inflammationem febrem membri appellat. Dicit itaq: eum, cui caput febricitat, hoc est, insigniter calefactum est, non esse purgandum, neque nasipurgijs, neque alijs cathartici medicamentis, ob rationem, quam in textu liquidò expressit: *turbant enim, quæ de capite educunt*, inquit lib. de humor, & 4. de morb. *Quæcunque medicamenta purgatoria sunt,*
num. 3. sect. 31. *aut supernè, aut infernè, aut etiam vtrumque præstant, ea hæc faciunt. Omnia valde vrunt; & fortia quidem ex ipsis, si partem aliquam teneram corporis contigerint, eam exulcerant: mitiora verò turbulentum corporis motum faciunt.* Augent itaque extraneum calorem purgantia, indeque animalibus inflammatis spiritibus, in furorem atque deliria Aegrotantes adiguntur:
sect. 64. Vnde libro etiam acut., purgationem interdicit ijs, quibus Caput dolet ab exercitationibus, aut cursibus, aut profectionibus, aut venationibus, aut ex alio quolibet intempestiuo labore, cum talia Caput plurimùm calefacere consueuerint. Quod vtique præceptum quàm inuiolabiliter obseruauerit Hippocrates in morborum curationibus, patet ex 2. de morb., vbi varios Capitis morbos describens, in proposito affectu purgantibus pharmacis nunquam vti ausus est; priusquam calor in capite maiori ex parte extinctus esset: inquit etenim. *Rigor, dolor, & febris per caput maximè ad Aurem, & ad tempora, & ad synciput, & Oculorum regiones dolet, & supercilia ipsi incumbere videntur, & grauitas caput detinet, & si quis ipsum mouerit, mingit, & multum ac facile mingit, & dentes torpent, & stupor ipsos tenet & venæ attolluntur & pulsant in capite, & non potest quietus esse, sed anxius est, ac desipit præ dolore. Huic siquidem per Nares aut*

Febris partium.

Purgantia quælibet noxam inducunt.

Capite nimium calefacto, non est purgãdũ.

Rigor & febris per caput, hoc est, quæ potissimam sedem & potissimũ febris & rigoris sẽsum habet in capite explicat ibi salius. lib. 2. text. 8

©BIUM

aures eruperit, aqua profluit ſubpurulenta, & ſanus euadit: ſin minus, plerumque in ſeptem diebus moritur. Hic morbus maximè fit ex febre lypiria, cum liberatus à febre, non dum purgatus, aut cibis ſe impleuerit, aut inebriatus fuerit, aut in ſole laborarit. Cum ſic habuerit, primùm ſanguinem de capite mittito, vndecunque tibi viſum fuerit; & poſt ſanguinis miſſionem raſo capite perfrigeratoria ipſi adhibeto; & ſi aluus non ſubeat, infuſum per clyſterem immittito; in potu verò ptiſanæ ſuccum friggidum dato, & aquam inſuper bibendam: Si verò ad refrigeratoria non remittat, tranſmutatione facta, vtre vtitor, & calefacito. Poſt quam autem quieuerit dolor, cibis vtatur aluum ſubeuntibus, ac ne impleatur: Vbi verò vigeſimam diem attigerit, ſedato dolore, fomento capiti ipſius adhibito ad nares medicamentum appomito, & interpoſito triduo, medicamentum deorſum purgans exhibeto. Hæc Hippocrates; vbi quàm cautè à purgantibus quibuſque abſtineat, quouſque caput nimio calore detinetur, facilè videre eſt. Neque quis obijciat Fullonem in Syro phræniticum 7. epid. cui, etſi magnam vſtionem haberet, Tapſia tamen exhibita eſt, & benè ceſſit, decima octaua ſedatus eſt morbus, & incolumis euaſit; Exemplum enim rarum eſt, & non imitandum, vt docuit Valleſius ibidem.

Vall. t. 98. lib. 7. epid.

XXI.

Atræbilis vomitus lethalis.

Ex quacunque cauſa male affligente quis atram bilem euomuerit, moritur, qui vulnus habet.

CApitis fracturas, vulneraque conſideranda propoſuit ſuperius Hippocrates; mox quædam ſubnexuit, quæ ad eadem, vbi magna ſint, quamcunque inſederint partem, plerumque lethaliter ſubſequi conſueuere; vt oſtendunt verba illa, quæ in Græco textu apponuntur. Θανάσιμα τρώματα; hoc eſt, lethalia vulnera: Hinc præcedenti contextu de febricitante capite, ideſt, intensè calefacto, verba habuit: tale enim à magnis etiam vulneribus caput reddi rationabile eſt; iam alterum, proponit ſymptoma, quod & vt cauſa, & vt ſignum eximiè calamitoſum exiſtit; atræ nimirum bilis, hoc eſt, peximi humoris, acerrimique atque erodentis vomitio: nam etſi in quouis morbo deteſtandus ſit

Vulnerum lethalia accidentia.

hic

hic humor, vt qui ad ægri perniciem ferè semper apparcat, vt docetur aph. illo. *Quibuscùmque morbis incipientibus, si atra bilis sursùm aut deorsùm prodierit, lethale*; potest nihilominus vtiliter in ijs quandoque apparere, & iudicare; aut saltèm cum tali euacuatione seruari ægrotantes, vt contingit Herophonti, Epicratis vxori, illique, qui in horto Dealcis decumbebat; semperque ferè id fiet, quoties post coctionis signa apparuerit: (quamuis de atrabile, quæ talis exquisitè sit, numquam se id vidisse testatur Gal. lib. de atra bile: adeò enim pexinus humor vix vnquam coctionem recipit, aut regitur à natura: quapropter, qui ad salutem quandoq; excretus refertur, aut non fuisse propriè atram bilem dicendum est; aut in tam exigua quanticate, vt imminentem potius prauitatem, quàm præsentem significauerit.) At in vulneribus peximum semper signum est, cum quo vix vllus vnquam seruatus fuit, in Cerebri præsertim tromatibus. Nota est Coaca Prænotio. *A vulnere bilis vomitio, mala; maximè in capite*. Vomitus namq; superuenit vulneribus, non quibuscunque, sed ijs, quæ magna, profundaque sunt; in quacunque insederint parte; sed peculiariter, & frequentius in ijs, quæ capiti infliguntur: in quibus non modò in augumento, aut morbi vigore, cum videlicet acerba adueniunt symptomata, vt Inflammatio, Febris, Dolor, Vigiliæ, à quibus omnibus, adaucto præternaturaliter calore, aduruntur, atque exassantur humores, tenerrimæq; liquantur partes; ex quo aut plurima gignitur cholera, aut vlterius procedente vstione, atra bilis fit, absumpta tenui atque ichorosa parte; vnde splendorem, nigredinem, atque erodendi vim maximam sibi adsciscit, humorumque omnium euadit deterrima; perque Venas, Hepar, & Meseræum in Intestina aut Ventriculum refusa; aut à Capite per Oesophagũ ad Ventriculũ delata, vomitũ, aut funestissimas deiectiones commouet. Hinc 1. de morb. & de Affect., Bilẽ ac Pituitã à vulneribus incalescere asseruit. non modò, inquam, in augmento, aut vigore, vt in magnis cæterarum partium vulneribus, vomitus aduenit capitis tromatibus; verùm etiam ab ipsomet initio, ob peculiarem mutuumq; consensum, qui inter duas has partes interuenit, vt

aph. 22. sec. 4. Atrabilis ad salutẽ interdum vomitu eiecta, est.

Heroph. lib. 1. epid. sec. 3 ægr. 3.

Epicr. vx. lib. 1. sen. 4. æg. 5.

In Dealc. hort. lo. 3. æg. 3.

In vulneribus atrã bilẽ eijcere, semper lethale.

Bilis tũ flaua tũ atra, quomodo generetur in Vulneratis.

1. de morb. nu. 22. de Affec. n. 1

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 325 sur 478

©BIUM

tex. 5. lib. 1, explicuimus. Hinc protulit in Coacis: *Quibus Cerebrum vulneratur, ijs vt plurimum febris & bilis vomitio incidit*. Dixit, vt plurimùm; nam non in quolibet Cerebri, aut aliarum partium vulnere aduenit vomitus; non enim in leuiore, nisi maxima sit propensio ad vomendum in ipso Ægrotante; sed in magno & profundiori hoc superuenit symptoma: ac proindè in aphorismis cum dixit. *Quibus cerebrum dissectum fuit; his necesse est febrem, & bilis vomitum accedere*. Quæ sententia habetur etiam lib. 1. de morb., Hippocrates vsus est hac voce διαχόσιν, quam magnam, profundamque dissectionem significare, testatur Gal. com. in aph. 18. sect. 6., & latius explicat Foes. in Oecon. Quòd scilicet dissectionibus his magnis atque profundis, necessariò adueniat vomitus; alijs verò leuioribus, non similiter necesse est, nisi vt diximus, vbi magna adsit propensio in ipso Ægrotante. Funestissimus itaque est atræ bilis vomitus in vulneratis, à quacunq; id causa malè affligente, prouenerit, siue ea sit dolor; siue inflammatio & febris; siue vigiliæ: nam vt vomitus est, magnum semper, profundumq; vulnus significat; vt autem praui est huius humoris, maximum semper excessum in præternaturalibus causis denotat; atque ità peximum semper signum est. Neque vt causa minus est funestus hic vomitus; nam nunquam leuior redditur morbus ex huiusmodi excretione, cum vulnus non pendeat ab atra bile, cuius perennis est generatio in prauis vulneribus; & partes omnes, quas præter labitur, superiùs præsertim ventriculi orificium, immaniter lancinans, calamitosè afficit, atque labefactat.

aphor. 50. sect. 6.

διαχόσιν, quid significet.

Vomitus in vulneratis malus est & vt signum & vt causa.

XXII.

Aluus commota in vulneratis si de repentè si fiatur, lethale.

Et qui àb euacuatione detinetur, & debilis est; & tenuis existens, derepentè siccus subsidit, moritur.

ET hæc pariter sententia, velut alia superior, ad Sauciorum prognosim spectat: ac quemadmodum in illa de vomitu agebatur; ità & in hoc de deiectionibus, cum vtrq; hic symptoma àb eadem bile, prout ventriculum, aut intestina infestauerit, excitetur. Si ingenti igitur vulnerè affli-ctus, præcitatam habeat aluum, profusamque, ob plurimam bilem

bilem, quæ in eo perenniter gignitur præ dolore, inflammatione, febre, vigiliisque, vt suprà dictum est; mòx derepentè vacuatio hæc sistatur; moritur Æger, si debilis, atque attenuatus extiterit: non potest namque repẽtina hæc suppressio à vulnere iam mitescente prouenire, cum id non nisi paulatim fieri possit; ergo signum erit bilem illã vel in intestinis, aut in venis detineri, vel nobiliorẽ aliã in partem impetum arripere, priondeque dyssenterias, ardentes febres, aliàsq; erisypelatosas affectiones imminere: quicquid verò ex his contingerit; saucius Aeger imbecillis iam, atque extenuatus, ferre nequaquam potis erit: ex quo mors iurè prædicenda. Quòd si vires constarent; locum fortasse haberet Coaca illa. *Aluo turbata suppressa, breui velut pulicum punctiuæ erumpunt, & ad oculos lacrymosus abscessus deuenit. Cæterùm depurgatio ventris deorsùm pluribus vlceribus confert.* Addit Hippoc. lib. de vlcer. *& in vulneribus, quæ sunt in Capite, & in Ventre, & in Articulis, & in quibus corruptionis periculum est, &c.*

Aluus commota Vulneratis, aut Vlceratis cõfert.

nu. 4.

XXIII. Cùm à caliditate detento vlcuscula eruperint debili existenti circùm circà liuida moritur. Cùm à morbo quopiam detento, debili iam existenti, liuida vlcuscula nata fuerint, mortale.

CONiunximus simùl duas has sententias, quòd in vnum ferè recidant, & vtriusq; eadem sit ratio. Vlcuscula igitur, siue febricitanti, siue alio quouis morbo affecto, eruperint; latentem semper cacoëthiam, seu prauos humores, biliosos scilicet, aut atrabilarios, ostendunt; è quibus maligni quidam Ichores, acres, atque erodentes, ad cutem expressi, eam exedunt, exulcerantque. Vlcerum autem color humorum pariter speciem primò attestatur, vt docuit Galenus in prognosim illam. *Vlcus siue præfuerit, siue in morbo fiat, edisseere conuenit: si namque morituros homo est, antè mortem liuidum & siccum erit, aut pallidum & siccum.* Vbi Galenus, *Nullus*, inquit, *color in eo semper erit, sed pro diuersitate humorum in corpore, & pro mensura læsionis, variabit: si enim biliosus humor exuperet, croceus erit color; si nigribiliarius, aut liuidus, an*

Vlcuscula superuenientia latentem semper cacoëthiam significant.

Vlceris color peccantem humorẽ denotat.

1. prog. nu. 4.

1. prog. com. 18.

Liuor & nigritudo vnde proueniat in vlceribus.

viri-

©BIUM

viridis erit. A craſſo itidem, ac melancholico putrefacto ſanguine nigrum colorem excitari innuit Hippocr. lib. de vlcer. inquiens. *Vbi circumſitæ vlceris partes denigratæ fuerint, & ſanguinis putredine, aut etiam varice fluxionem ſanguinis exhibente; neque coire ſolent, niſi circumſitas partes ſanas feceris.* nu. 5. & inferiùs. *Si in vlcere fuerit putredo, aut caro ſuberit putrida ac humida; hoc vlcus, & complectentes vlcus partes, aſpectu nigra, & liuida erunt.* nu. 7. aph. 17. & 20 At 5. aph., & lib. de humid. vſu., liuorem, qui via eſt ad nigredinem, & nigredinem ipſam, ad ſtigus reculit. *Friggida vlceribus liuorem obducit, &c.* nu. 11. A vitalis præcereà caloris extinctione ſæpènumero hūc fieri, pluries docuit Galenus; quinimmò ex hac vna cauſa veritas pēdet multarum ſententiarum Hippocratis, quæ ad prognoſim ſpectantes, liuorem ac nigredinem proximè iam imminentis mortis ſignum celebrant. Pro quibus omnibus conciliandis illud vt certum ſupponendum eſt, quod habetur apud Hippocratem lib. 6. epid. ſect. 4. *Colorem*, ſcilicet, *in deterius, aut melius labi. Aequum eſt autem, vt habet alimentum, ita etiam quod extra eſt ſequi.* Gal. 2. prog. com. 9. Quod clarius dixit Gal. in aph. 2. ſect. 5., colorē humoribus ſimilē efflorescere. Nigritiæ ratio. Nigricat itaq. pars quælibet corporis, quòd contenēti humores tali ſint colore infecti; ſiue aliunde criticè vel ſymptomaticè eò delati ſiue illius ſint alimentum, ac taliter paſſi fuerint. At humores, quemadmodum & reliqua omnia combuſtibilia mixta, nigri redduntur ex aqueæ, & aereæ humiditatis aduſtione, vt docuit Ariſtot. Combuſtibile quid ſit. lib. de color. Combuſtibile verò dicitur ex 4. Meteor. cap. 4. omne corpus, quod in cinerem diſſolui aptum eſt; ſiue inflammabile illud ſit, ſiue carbonabile. Tale eſt, quod meatus habet igni peruios, humiditate refertos, quæ ab eodem Igne ſuperari poſſit, aerea nimirùm; hæc namque optimè patitur ab Igne. Conſiſtit itaque cauſaliter nigredo in abſumptione aqueæ & aereæ humiditatis: vnde agentia quæcunque illam diſſipare valent, nigredinem pariter inducere apta erunt: Quapropter, & *exſiccatio vſtio quædam eſt*, inquit Ariſt. lib. cit. de color. Siue igitur igneus ſit febris calor, qui tum aqueam, tum aeream, hoc eſt, ſpiritoſam, floridamque humorum partem abſumat. Siue putredo, qua, dum innatus rei

rei putrescentis calor exalare cogitur, adiunctam humiditatem secum ducit, ac putre tandem exsiccatum relinquit; Siue externum sit frigus, quod densando easdem excludat; siue natiui caloris, spiritusque interceptio, aut paupertas; ità vt ad extimas partes extendi aut nequeat, aut non sufficiat; talique influxu subcutanei humores destituti, à quo calentes, rari, lucidi, floridique reddebantur, refrigescunt, densantur atque opacitatem acquirunt: *Nigrescit siquidem, quod visui pervium non est*, inquit Arist. probl. 41. sec. 23. *Quemadmodum candicat quod transpicitur*. Hæ omnes causæ nigredinem parere aptæ sunt; taliterque affecti humores, si sub cute extiterint, tali inficient colore. Quæ omnia de liuore pariter dicta sunt, cum hi non aliter differant, quàm secundùm magis & minùs. Ex his omnibus patet atros hosce in cute colores primò & per se adustionem, & exsiccationem in subiectis humoribus ostendere; secundariò autem, & per accidens, prout alia aut alia signa adnexa habuerit, varias etiam denunciare causas, à quibus talis vstio facta est: quapropter lethalissimum quandoque signum esse, vt dum natiui caloris extinctionem in morbis acutis ostendit; quandoque difficilem tantummodò curationem significare, vt in scirrho, aut in vlcere, quod citrà alium morbum erumpat, vt vidimus loco citato de vlcer.: quandoque demùm salutare esse, vt dum in morbis acutis, celebrata iam coctione, morbifici, adustique à febre humores ad extimas, atque ignobiles critice depelluntur partes, quod ex tollerantia conferentiaque dignoscere licet, vt docetur in prognosi illa. *Si digiti, & pedes omninò nigrescant; minus pernicioſi sunt, quàm si liuoant. Sed alia signa considerandasunt: si enim facile ferre malum videantur, & aliquod aliud signum salubre subindicet, morbum verti ad abscessum sperandum est, ita vt Aeger conualiturus sit, & corporis partes denigratæ, cassuræ*. Sed cur minorem perniciem minatur nigredo, quàm liuor, cum illa intensior sit, & ex potentiori causa pendeat? An quia liuor in proposito casu paucam morbifici humoris quantitatem eò depulsam esse ostendit, ac proinde symptomaticè: nullum enim, quod paucum est, potest esse criticum. Secus accideret si à caloris extinctione penderet illa

Liuoris ratio

Atrus color in cute quid denotet.

Prog. num. 8.

Nigredo cur minus exitialis quàm liuor.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 329 sur 478

©BIUM

la nigritiés : maiorem namque extinctionem significaret, vnde lethalior esset ; adeò vnum quodque attentè perpendendum in præsagiendo. Hinc apparet veritas propositæ prognosis : ad hoc etenim, vt liuentia vlcuscula fatalem diem breui adfuturam denuncient, debent vel febrienti, vel alio quouis acuto morbo affecto superuenire ; &, quod magis interest, debilis esse Aeger, in facultate præsertim vitali, quæ ex pulsu, respirationeque præcipuè cognoscitur, vt emorientem inde vitalem calorem certò coniectari possimus. Sententiæ huic haud absimilis est coaca illa prænotio. *Quibus in febris assiduitate pustulæ toto corpore suboriuntur, mortiferum illud est, nisi purulento abscessu, qui hic potissimum ad Aures erumpit, periculo defungatur.*

Pustulæ toto corpori superueniẽtes, mortiferæ.

XXIIII. Hypercatharsis curatio.

Cùm quis à medicamenti potu superægrotarit, & inferne, & superne àb ipso secesserit, vinum forbeat, primùm quidem dilutum, deinde meracum frequenter, & sanabitur. Medicamentum autem neque euacuatiuum, neque vomitorium sumat.

DOcemur in præsenti textu ijs succurrere, qui nimia purgatione ab accepto pharmaco infestantur, tantoque impetu agitari humores è venis ad intestina quandoque feruntur, vt eorum pars ad ventriculum etiam refluat, copiosaque simul deiectio & vomitus concitetur, velut in Cholera nuncupata. Hanc hypercatharsim Græci, cæteri immodicam, atq; effrænatam euacuationem appellant. Asserit id fieri Galenus quoties exhibitum catharticum, aut quantitate, aut deleteria vi vsque adeò validum existit, vt vasorum ad ventrem spectantium, meseraicarum nempè oscula aperiat, laxet, contemptiuam eorum facultatem irritando, mordicando, assidueque trahendo dissoluat: quapropter, vt docuit etiam Hippoc. lib. de nat. hum. familiarem primo humorem penitus educat; mox cæteri sequantur succi, tenuiores prius, deindè crassiores, omniumque postremus, in supremo penè spiritu, ipse euacuatur sanguis, qui, naturæ thesaurus cum sit, diutissimè detinetur, prius quam educi incipiat. Quod vtique censendum

Hypercatharsis vnde fiat.

Gal. lib. 3. de simp. med. fac. cap. 27. & 28.

am. 10.

dum est contigisse homini illi Eubæo, vt 5. epid. retulit Hipp. qui cum purgans pharmacum bibisset, triduum purgatus, tandem extinctus decubuit. His ergo immaniter adeò à superpurgatione vexatis, probabile est extremorum refrigerationes, gelidos sudores, conuulsiones, singultus, virium dissolutiones, & syncopem aduenire; optimum proinde, præcipuumque remedium cõsulit Hippocrates vinum, nempè primò dilutum, deinde meracum, frequenter, in exigua quantitate exibitum: nam Vinum tenuiore sui parte ac spiritosa, vitalem calorem fouere, dissipatos reparare spiritus aptum est; crassiore verò, ventriculum, intestina, venarumque orificia adstringendo roborare; aquosa demum substentia, cum præsertim dilutum est, pharmaci caliditatem, acredinemque attemperare: qua quidem extincta, merum propinat, quò magis foueat, extinctumque penè natiuum calorem suscitet, erigatque. Frequenter verò, ac proindè in quantitate exigua, nè, si copiosè offeratur, extinguat potius, abluendoque, euacuationem adaugeat. Monet prætereà ne medicamentum, seu vomitiuum, seu deiectorium propinemus; posset enim decipi eo, quod vomitus sæpe vomitu sanetur. Quod sanè præceptum, quando ad vsum reuocandum sit, aliàs docebimus: nunc certe pernoxium esset. Vtimur frequenter pro superpurgatione sedanda, non modò ijs, quæ collapsas vires expeditè reparare apta sunt, vt exculentis varijs & potulentis, sed ijs etiam, que deleteriam medicamenti vim frangere, humores incrassare, somnumque conciliare valent. *Iis tempestiuè occurrere oportet*, inquit Vallesius. *Occurretur verò cibo, quiete, clysteribus, & somniferis medicamentis: atque omnium optimè, thèriaca recenti. Ea si desit, antiqua cum tertia parte Philonij. Plerisque do theriacæ scrupulum vnum, Philonij scrupulm semis.*

Vini dotes.

Vallef. lib. 5. epid. com. in text. 35.

XXV Bilis vbi sponte eruperit, aut inferne, aut superne, difficilius sedatur: quæ enim sponte procedit, præ violentia corpori facta impellitur. Si verò à medicamẽto fluat, non à gentilitatis cognatione violatur.

Cholera difficile curatur, & curat.

HYpercatharsi, de qua modò egit, Choleram iam comparat: nam & hæc immodica est ventris perturbatio

©BIUM

Cholera in quo differat ab Hypercatharsi.

per quam bilis ſuprà, infràque excernitur. In eo tamen duo hi affectus differunt, quòd illa à medicamento ſit temerè atque incautè exhibito; familiarem nihilominus humorem prolectante; hæc verò ſponte excitatur, hoc eſt, nulla extrinſeca arte, ſed ſymptomaticè, vi morbi, ſeu morbifici humoris, quantitate, aut acrimonia vim corpori inferentis, irritantiſque: ex quo natura ad infeſtum id expellendum, hoſtili quodam impetu, validiſque conatibus inſurgit. In hac humores non ſolùm multi, ſed maligni vt plurimùm, atque acerrimi; In illa id minimè neceſſe eſt; Hæc demum à contrarietate atque inimicitia provenit naturæ cum humore, qui expellitur, ac proinde ſummo impetu, ac ferè implacabili; Illa à familiaritate & cognatione, quæ inter pharmacum & humorem intercedit, in quorum ſubſtantia ſimilitudo quædam lantat, ideoque placidior: Hinc eſt quod illà ſit ſedari facilius, quò benignior eſt motus à familiaritate proueniens, quàm qui ab hoſtilitate. Huc accedit, quòd pharmacum, cum in Ventriculo proximiſque partibus ſit, vnà cum humore agitato excernitur, aut cibo, potu, alexiterijs, & narcoticis de facili corrigi, atque attemperari fas eſt, cum è contrà infeſtus humor, per venas plerumque diffuſus, non prius deſinet ſua acrimonia, prauaq; qualitate irritare, quàm penitus euacuatus fuerit: atque interim vires omnes euertit, partesq; prætereundo labefactat, ità vt immani cruciatu Ægrum prius è medio tolli, quàm illam compeſci contingat. Ergo,

Bilis vbi ſua ſponte eruperit, nulla videlicet extrinſeca arte, Mediciq; induſtria; tunc difficilius præternaturalis illa euacuatio ſedatur, atque compeſcitur: nam

Quæ ſponte procedit, præ violentia corpori facta impellitur, ab expulſiua videlicet facultate, quæ ob vim corpori mordendo, atque irritando illatam ab acerrima bile, ad infeſtum adeò humorem propellendum furore verè hoſtili inſurgit, ſummiſque conatibus expellit.

Si

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 332 sur 478

©BIUM

Si verò à medicamento fluat. à medicamento quidem aut quantitate, aut innata vi prævalido, vt antecedenti textu explicatum est.

A cognatione. hoc est, ob cognationem, affinitatemq; quam simul habent pharmacum, & humor ob substantiæ similitudinem.

Non violatur. Non vi cogitur, aut violentia adigitur, atque expellitur: id enim importat passiuum verbum βιάζομαι, sed amicè potius allicitur & prolectatur: placidior propterea erit hic motus, minorique negotio compescibilis. Haud multùm huic sententiæ absimilis videtur aphorismus ille. *Excrementa alui nigra sanguini atro similia, sponte eiectia, siue cum febre, siue citra febrem, pessima; & quanto ipsorum colores peiores fuerint plures, eò peius. A medicamento autem si tales egerantur, melius: à medicamento enim talia exigi melius est; idque quanto ipsorum plures fuerint colores.* Nam qui humores symptomaticè expelluntur à natura, actualem habent prauitatem, qua de facto infestant, atque offendunt; At qui euacuantur à medicamẽto, prauas viscerum dispositiones denunciant; ipsi tamen nondum omnimodam malignitatem acquisiuerunt: quamuis proximè dispositi sint, ac certè breui acquirerent, nisi à cathartico præeuacuarentur.

Aph. 22. sect. 4. Exitiosa excremẽta minus malum est euacuari à pharmaco, quam à natura.

XXVI. Cùm susceperis vinosum, & vomentem, vomitum ne sedato: vomitus enim euacuationem sedat: facilius autem vomitus posteà sedabitur. Si verò debilis fuerit, qui hæc patitur, somnificum medicamentum à vomitu præbebis.

Vinosi, seu temulẽsi curatio.

VInum præ cæteris, quæ tùm Animæ, tum Corpori parit, malis, si eius pluspiàm deceat, hauriatur; inter quæ non minimum certè illud est, quod lib. de flat. facundè admodum recensetur; Quòd *Temulentis per ebrietatem, auctio repentè sanguine, percellitur animus, & in animo prudentia; fiuntq; præsentium malorum obliuiosi, ac futurorum bonorum foecunda spe beantur*: Est siquidẽ ebrietas voluntaria quædam insania, &, vt inquit Plato, *Qui vino refertus est, tam Animæ, quam Corporis rabie concitatus, quouis & trahitur & trahit*. Qua de re Plinius

Vini mala.

nat. 20.

Dialog. 6. de leg.

Temulenti præsentium malorũ obliuiosi fiunt & futurorũ bonorum spe beantur.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 333 sur 478

©BIUM

Ebrietas eſt voluntaria inſania.

nat. hiſt. lib. 14. cap. 22. luculenter pro more locutus fuit. Præ cæteris, inquam, malis; Cholericos etiam plerumque excitat affectus, vt patet ex lib. de affect., vbi præſertim à vetuſtate calidius tenuiuſque vinum redditum eſt: nam non modò ſanguinem aſſando, in acerrimam bilem vertit, ſed prauis etiam, multiſque edulijs commixtum, pinguibus, acribus, facileq; corruptibus, Ventriculum plus quam ſatis eſt, onerat, vaporibuſque diſtendit, & vexat; vt docuit Hip. 7. epid. ſuoque malo expertus eſt Bias ille pugil. lib. 5. eorumdem. Ne quis ergo temulentia vexatos eodem curaret pacto, atq; illos, qui cholerica paſſione, (de qua præcedenti textu actum eſt) ſponte excitata, cruciantur; quibus vomitus omni arte eſt ſedandus; ſiq; aliquid noxij humoris redundat, ad inteſtina potius ducendum, ne ſtomachum nimis laceſſendo, in Syncopem deducat, omneq; vitale robur penitus diſſoluat. Ad hoc inquam præcauendum, peculiare nunc tradit præceptum de vinolentorum vomitu, qui cum à Ventriculi repletione proueniat, eiuſdem euacuatione curari poſtulat; pro qua nullum opportunius, magiſque præſentaneum reperias remedium ipſomet vomitu, quo Ventriculus immediatè ab omni ſarcina exhauritur. Quam ob rem in tali caſu non modo non ſedandus, verùm etiam, ſi opus videatur, promouendus eſt, leui aliquo vomitorio exhibito, ex Aqua tepente, Hydreleo. aut Muſſa: nam vt habetur lib. 3. de Diet., *ab ebrietate vomendum eſt*. A vomitu ad alterum temulentorum præcipuum remedium deinde accedendum; ad ſomnum videlicet: nam in duplici hoc præſidio tota vinulentorum curatio verſatur. Si debilis itaque fuerit Aeger poſt multum vomitum, ſomno recreandus erit, à quo, ſi quid reliquum ſit in Ventriculo, aut in capite, ad quod Vini vapores vbertim feruntur, diuinamq; mentis aciem euertunt, coquitur, digeriturq; quapropter tum quiete alliciendus eſt, tum leuiori aliquo narcotico, vt pote conſerua violarum, admixta etiam ſi opus ſit, Philonii portiuncula, vt ſcrupulo vno. Præclare interim apud Athenienſes factum eſt, quòd, vt refert Athenæus Deipnoſoph. lib. 2., cum eorum Rex Amphictyo à Baccho didiciſſet vini temperandi rationem, primumque diluiſſet, ac idcirco, qui

Lib. 7. n. 40. lib. 5. nu. 27.

nu. 18.

Vinum cholericos gignit affectus.

Vinolentorũ vomitus nõ eſt ſedandus

nu. 3.

Ebriorum curatio tota in vomitu & ſomno conſiſtit.

ſic

sic mixtum biberunt homines, recti ambulassent, cum antea curui ob meri potum incederent, ob tantum beneficium Aram Recto Bacco ædificauerit in Horarum de lubro, quoniam Horæ vitis fructum educant, & proximè illam Nymphis alteram extruxerit, documentum bibituris vinum temperandum esse, quia Nymphas Bacchi nutrices esse tradant. Nymphæ Bacchi Nutrices

XXVII. Sanguis cum morbum facit, dolorem exhibet; Pituita grauitatem vt plurimum.

SVb Sanguinis nomine Bilis etiã intelligenda est, & si qui alij sunt calidi in corpore humores; quemadmodum sub Pituita, friggidi omnes comprehenduntur. Consuetum siquidem Hippocrati est, laconica quadam breuitate, calidum vel friggidum aliquem humorem velut exemplum proferre, sub ijsque reliquos omnes eiusdem qualitatis subintelligere, vt 1. nu.1. de morb., & lib. de affect., dum morbos omnes ab intrinseca nu.2. causa prouenientes, à Bile, & a Pituita fieri asseruit; & lib. de nu.16. affect. docens humores tunc laborem & dolorem exhibere, cum in parte aliqua peculiariter coaceruatur, & compinguntur, ac proinde repefactorijs esse dissoluendos, *Pituita*, inquit, *& Bilis compacta quidem fortia sient, & præualent in quacunq; corporis parte manifesta fuerint*. Doloris ergo cum variæ sint differentiæ, pro causarum, ac dolentium partium diuersitate, vt videre est apud Gal. lib. 2. de loc. aff. cap. 1. & 2. Alius siquidem acutus est, pungens, & mordicans, qui morbifici humoris calorem, acrimoniam, tenuitatemq; attestatur, ac membranarum proprius est. Alius dolor pulsatilis dicitur, phlegmonosis affectibus superueniens, in partibus videlicet tensu præditis, vbi atteriæ exiterint; hæ namque ab infarctis dum præmuntur humoribus, molestam efficiunt pulsationem. Alius tensiuus appellatur, qui à parte primario affecta, veluti à radice incipiens, celeriter in adiacentes partes transfertur, & à flatuoso plerumque prouenit spiritu. Atque tres hi ob vehementiam, doloris nomen verè mereri videntur. Quartus denique dolor grauis dicitur, eò quòd velut cuiusdam ponderis loco incumbentis inuehat sensum: atque hic materiæ potius mul-

Bilis nomine calidos omnes intelligit humores Hipp. sicut Pituita friggidos.

Dolores varij varium attestantur tum humorem, tum partem affectam.

Dolor pungens.

Dolor tensiuus.

Dolor grauatiuus doloris nomine non dignatur ab Hippocrate.

©BIUM

multitudinem, quàm aliam qualitatem oſtendit; omniumq; minimus & hebetior eſt: vnde, quaſi doloris nomine indignus ſit, grauitatem ſimpliciter in hoc textu eum appellat Hippocrates. Talem à Pituita vt plurimum fieri aſſerit: nam hic humor, etſi friggidus natura ſua ſit; attamen vix poteſt vnquam eò friggiditatis vitâ ſuperſtite aſcendere, vt denſando diuellat, intenſumque ſic excitet dolorem, ſed ſola copia, dum grauitat, obtuſam hanc doloris ſpeciem inducit; ijs præſertim in partibus, quæ nullo præditæ ſenſu, ſenſientibus tamen membranis circumueſtiuntur, vt Hæpar, Pulmo, cæteraque huius generis viſcera. Sic Hippocrates grauem appellauit Renis dolorem lib. 6. epid. ſec. 1. Sanguis, è contra, moderato quidem calore à natura præditus eſt; quinimmò neque calidus aſſeritur libello de Corde: influente tamen, ac ſpiritu. 10.
Sangais propriocalore temperatus eſt ſed ab influente fit calidiſſimus.
tuoſo calidiſſimus exiſtit, arterialis præſertim, vt docetur 1. de morb., & aereus cum ſit & pinguis, facillimè extraneum nu. 22.
concipit calorem; ſanguis itaque, & cum eo, cæteri calidi humores, vbi naturæ leges exceſſerint, morboſique euaſerint, intenſos excitant dolores: multitudine etenim diſtendunt; in porolitatibus verò infarcti, denegata ventilatione, plurimùm incandeſcũt: calor autem maximè actiuus cum ſit, eoſdem affatim diffundit, ac rareſacit humores, à quibus laborantes particulæ magis magisque dilaniatur, & à compreſſis pulſantur arterijs. *Sanguis corpori dolorem inducit*, inquit 4. de morb., *ſi vberior, quam ſatis eſt, accedat à potu & cibis; mixtuſque cum alijs humoribus, non ab ipſo egreſſus fuerit per aluum,* nu. 30.
Sanguis dolorificus eſt.
aut veſicam. & lib. 2. de morb.. *Sanguis præ nimia caliditate dolorem facit &c.* & lib. de morb. mul., *vbi corpus ſanguine repletum fuerit, ſi non ab ipſo ſeceſſerit, carnibus impletis & calefactis, dolor oboritur*. Sed cur dixit vt plurimùm grauitatem à Pituita excitari? An quia non rarò è craſſo hoc humore flatulenti gignuntur ſpiritus, qui plurimùm diſtendendo, crudelem excitant dolorem, vt in colico affectu non pauci miſerè admodùm experiuntur? ſic inter Diaphragma & Ventriculum concluſa dolorem excitat ex aph. 54. ſec. 7. Sed cum plurima inferius dicturi ſimus de dolore, nunc pauca hæc pro textus huius explanatione attigiſſe ſat erit.

Pituita quomodò magnos inuehat dolores.

Mor-

XXVIII. Morbum si quis non cognoscat, medicamentum bibendum præbeat non forte; si itaque leuior inde fiat; demonstrata via est, quod gracilitatem inducendo curandus est. Si verò non leuior reddatur, sed peius habeat, contraria facienda sunt. Si non profuerit gracilem facere, tumidum facere conducit, & frequenter permutare, ità vt hoc cõsilio vtaris.

Morbus occultus leui pharmaco explorandus

PRoficuum sanè nunc traditur consilium, quo hæsitantis Medici mens dirigitur in ea perplexitate, dum videlicet morbus adeò in intimiori corpore latitat, vt nil certè vel de eius natura, vel de causis, neque ab ijs, quæ præcessere, neq; ab actionibus læsis, neque à qualitate immutata, aut ab excretis desumi fas sit: ex quo neque certa institui potest curatio; nam *cuius rei non est certa notitia*, inquit Celsus, *eius opinio certum reperire remedium non potest*. Tales sunt ij morbi, ex Hip
n.17. poc. lib. de arte, qui ad os, & qui ad ventriculum sunt conuersi; hoc est, qui non ad superficiem, sed ad interna, vt sunt
n.19. ossa & cauitates, vertuntur: vnde, *quæcunque*, pergit ibidem, *ob id, quod non satis noscantur, Aegri mala perpetiuntur, ea non ad Medicos curantes ipsos, tanquam ad ipsorum authores, referenda sunt, sed ad naturam ipsius Aegri, itidemque ipsius morbi*. Hi ergo sola ratiocinatione obtinentur; ac proinde à iuuantibus aut lædentibus argumentum aliquod, & certitudinem eruere tentandum est, vt dictum aliàs fuit tex. 11. lib. 2., vbi hoc idem documentum registratum reperitur. Cautè tamen leuioribus medicamentis explorandum est, memor alterius consilij 1. epid. sect. 2. *Exercato circa morbos duo, vt iuues, aut saltem non noceas*; Cùmque omnis curatio in additione, aut ablatione consistat, ab altero istorum exordiendum, prout hanc magis, aut illam morbus expetere, aut indicare videbitur; hoc tamen seruato ordine, vt si profuerit, iam monstrata sit curationis via, cui insistere debes; si verò læserit, ad contraria statim transeundum. Auicenna in tali casu sic consulit. *Cùm ignoraueris ægritudinem, relinque eam naturæ; quia aut ipsa curabit eam, aut manifestabit eam*. Et alibi. *Dum ignoraueris*

Morbi certa cognitio, certum ostendit remedium. Cels. in prõcem. n. 17

Morbi occulti qui sint ex Hippocr.

Iuuantia & lædentia, morbi naturam detegunt.

Auicen. 4. 1. cap. 1. Cùm mor-

©BIUM

bus incognitus est, quid faciendum ex Auic. 1. 4. cap. 7.

raueris morbum, subtilia regimen, vel clysteribus, & benedictis pharmacis est vtendum.

XXIX.

Vbi Aeger, debilis est Morbus verò validior quid sit agendum.

Si quis in morbis quid permutaturus est, forti quidem Ægroto, debili autem morbo; tunc quidem confidenter fortiore, quàm morbus est, medicamento, vtendum est: nam etiam si quid de sano abducat vnà cum debili ab Ægroto, nullum detrimentum est. Si verò morbum fortiorem, Ægrotum autem debilem acceperis, debilibus pharmacis curabis, quæ ipsum morbum superent, & abducant; verùm Ægrotum nihilo debiliorem reddant.

ANimaduersio hæc, quæ tota ad Therapeticam spectat, (mutatio namque ipsissima est curatio, cum non aliter Ægrum curemus, quàm illum à præsenti morboso statu ad salubrem transmutando, vt in sequentibus latiùs explicabitur) duas habet partes; quarum prima nil aliud continet, quàm quòd in Aegro, cuius vires præualeant morbo, fortius aliquod medicamentum tutò exhibere possumus, quod statim superet, euincatq; ipsum affectum: nam etsi vnà cum morboso humore vtilem etiam in parte eduxerit; nullius tamen, aut perexigui id erit detrimenti, vbi vires facilè ferre valeant. Neque obijcias aphorismum 36. & 37. sect. 2., *Sana habentes corpora, dum medicamentis purgantur, citò exoluuntur. Et qui benè habent corpore, eos operosum est medicamentis purgare*: nam ibi de ijs loquitur Hippocrates, qui integra fruuntur valetudine, ità vt si forte pharmacum ijs exhibeas, non nisi vtilem atque optimum succum pro eductione nanciscatur, quod affatim euacuans, plurimùm offendit: nam alioqui, praui humores in sano corpore interdùm abundant, qui magno in discrimine salutem detinent: quapropter Plutarch. lib. de sera Numin. vindicta. *Interdum*, inquit, *quibusdam sanis sunt vtilia medicamenta, quorum valetudo in præcipiti est*. Secunda verò propositi textus pars eadem ferè est cum ea, quam textu 12. tertij huius libri exposuimus: nam idem est dicere.

Sani medicamenta molestè ferunt.

Sanis quandoque vtilia sunt medicamenta.

Opor-

Oportet etiam debiles fortia medicamenta potare, si forti scilicet corripiatur morbo, *sed similiter*, hoc est, aliqua tamen adhibita similitudine & proportione inter debilem Aegrum, & forte medicamentum, ità vt inter fortia minus forte eligatur; quod si non illicò totum deleat morbum, citò tamen extinguere aptum sit, vt iam satis ibi declarauimus; ac dicere. *Si morbum fortiorem; Aegrotum autem debilem acceperis, debilibus pharmacis curabis, quæ ipsum morbum superent, sed Aegrotum nihilo debiliorem reddant*. Debile enim pharmacum fortem morbum superans, non potest debile simpliciter esse; nam ità haud posset superare; sed comparatione fortioris: erit ergo inter fortia minus forte; nisi dicere placeat, ideò debilibus pharmacis, plurali numero, sagacissimum Senem pronunciasse, vt indicaret, debiliori pharmaco, pluries tamen adhibito per interpolatas vices, fortem morbum in debili Aegro esse curandum, quæ dicitur purgatio per epicrasim; cuius rei rationes ex citato tex. 12. lib. 3., reassumere licebit: *Satius enim est*, inquit Alexand. Trall. *paulatim, & tutò euacuare, quam festinando, perturbandoque, vnà cum morbo, Aegrum de medio tollere*. Alex. lib. 9. cap. 1.

XXX. Ars exercitandi corpora, ac Medicina contraria sunt: ars enim exercendi corpora, Gymnastice Græcis appellata, non opus habet permutatione, sed Medicina: Sano enim non auxiliatur transmutatio ex præsenti statu, verùm Ægroto. Gymnastica Medicinæ contraria est.

GYmnasticæ Iatricem opponit, quasi tota ars, quæ humano præest corpori, in duas has partes adæquatè dividatur; quod pariter imitatus est Plato in Gorgia, vt annotauit Galenus ad Thrasy. cap. 35. inquit enim Plato. *Cùm res duæ sint, artes esse geminas arbitror, & artem quidem ad animam pertinentem, ciuilem nuncupo; eam verò, quæ ad corpus, nomine vno nominare nõ possum, sed huius artis vnius quæ curat corpus, duas pono particulas; alteram quidem Gymnasticam, alteram Medicinam.* Cuius rei ratio vt intelligatur, sciendum est, tum Gymnasticam, tum Medicinam dupliciter accipi posse, præsè, & la-

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 339 sur 478

©BIUM

tè. Gymnastica quidem, sic ὑπὸ τὸ γυμνάζειν hoc est ab exercendo nuncupata, strictè, proprièq; accepta, ex Gal. ad Thrasy; cap. 41., est scientia, quæ omnium exercitationum facultates nouit; vnde aliqui sic eam definiunt. Est facultas omnium exercitationum facultates contemplans, eorumque varietates opere ipso edocens, vel gratia valetudinis conseruandæ; vel gratia optimi habitus corporis acquirendi, atque tuendi: Vnde Gymnasium dicebatur locus magnificè extructus ad has exercitationes præstandas; quemadmodum Gymnasta nuncupabatur, qui Gymnasijs hisce, exercitationibusq; præerat; ars quidem Homero incognita, vt notat Gal. ad Thrasyb. cap. 33., vt quæ paulò antè Platonis tempora exorta est; eiusque authores, secundùm Gal. ibidem cap. 38. fuerunt Hippocrates Diocles, Praxagora, Philotimus, Erasistratus, & Herophilus. Latius verò hoc Gymnasticæ nomine accepto tota salubris ars, quæ valetudini tuendæ incumbit, significatur; Quæ, etsi res omnes non naturales contempletur; eas videlicet, quæ necessariæ cum sint ad vitam; possunt nihilominus indifferenter, prout moderatè, aut immoderatè ijs vtimur, modò salubres, modò in salubres reddi: quapropter aliqua indigere facultate videntur, quæ eas in mediocritate contineat, vt sanitatem præstare possint; Tales sunt Aer. Cibusct Potus; Somnus & Vigilia, Motus & Quies, Animi pathemata, Excreta & Retenta, ac proinde salubrem artem non in sola exercitationum contemplatione, sed in his omnibus versari dicendum est: tametsi, vt docet Gal. cap. 35. ad Thrasyb. Plato à parte totum cognominare visus sit, non salubrem artem, sed exercitatoriam appellans, tum quia exercitatio benè valentium præcipua ac propria est, tamquam nullo pacto ipsa ægrotis vtentibus; tum quòd eam solam moderatore indigere iudicauit: quandoquidem exquisita sanitate fruens corpus, naturalibus appetitionibus vtens, neque in quali, neque in vsus tempore quicquam sumendis cibis erroris committet. Medicinæ nomen & ipsum pariter duplicis acceptionis est: nam latè vniuersam artem corpori præsidem significat, vt colligitur ex eodem Gal. ad Thrasyb. cap. 47., cuius nullum propriè nomen extat apud Græcos; præsè autem

Gymnasium quid sit; quid Gymnasta.

Gymnasticæ inuentores qui fuerint.

Salubris ars circà quæ versetur.

Exercitatio sanorũ propria est.

vereque

vereque, illa eſt pars, quæ malè habentia corpora curat, ac proinde curatrix dicta, Græcis Iatrices, vel Therapeutica. Comparat itaq; Hippocrates in præſenti textu Gymnaſticam latè acceptam, prout totam tuendæ valetudinis partem, ſalubrem dictam, comprehendit, cum Medicina propriè arteque accepta, nimirum curatrice; illamque permutatione non ægere aſſerit; Sanus ſiquidem, cui illa inſeruit, non quærit à præſenti ſtatu deturbari, ſed in eo potius ſeruari, detinerique, contrà ac medicatrix facultas, quæ à morboſo ſtatu ad ſalubrē deducere ſtudet; quod vtique fit per contraria tranſmutando. Quòd ſi vtraque pars, tam ſalubris ſcilicet, quàm curatiua, addendo, detrahendoque operatur; illa tamen minima quædam vitia corrigit, quæ ſenſum penè ſubterfugiunt; neque dum actionum integritati detrahunt: quapropter abſque præſentis ſtatus tranſmutatione corriguntur; ſecus quam Therapeutica; vt optimè expreſſit Galenus cap. 36. & 40. ad Thraſyb. *Ars corporis curam habens, emendatrix cum ſit*, inquit, *qua parte magna vitia corrigit, medicatiua, ſeu medicatrix nominabitur; qua verò exiguas noxas tollit, quæ ſenſum ſubterfugiunt, conſeruatrix dicetur*.

Salubris ars tranſmutatione nō ægat.

XXXI Morbi quicunque vlcera ſunt, & ſuper reliquum corpus eminent, eos ſimul cum medicamentis, etiam fame curare oportet.

HIppocrates in præſenti textu eos reſpexiſſe videtur, qui morbos omnes vlcera eſſe putabant; quorum opinionem, vt non penitùs improbabilem, retulit lib. de fract. per hæc verba. *Niſi quis dicat alios quoque morbos eſſe vlcera: habet enim & hic ſermo aliquam veriſimilitudinem*. Vbi Galenus, *veriſimile dixit, quaſi probabile: id autem propterea poſuit, quia nonnulla à ratione prorsùs abhorrent; nam morbi tantùm, qui dolorem afferunt, probabiliter admodum annumerari vlceribus poſſunt &c.* Dicit itaque Hippocrates Morbi qui vlcera ſunt, hoc eſt, qui verè proprieque ſunt vlcera, non reductiuè & impropriè, vt cæteri morbi. Hæc, inquam, vlcera ſecundum varias dimenſiones & vias, pro varia tum affectæ partis, tum morbifici humoris diſpoſitione, ſæpè augentur, ſi pluribus,

Morbi omnes vlcera ſunt ſecundū aliquos.

num. 33.

Gal. lib. 3. de fract. text. 34.

©BIUM

aut vitiosis exedentibusque scateat humiditatibus, vt aliàs ex Hippocrate dictum est lib. de Medico, vbi *Vlcera*, inquit, *quatuor vias habere videntur, vna in profundùm, hæc autem sunt fistulosa, & quæ sanguine plena sunt, ac intùs excauata; altera in altum, quæ videlicet carne supercrescunt. Tertia via est in latitudinem; atque hæc sunt, quæ appellantur serpiginosa; Quarta via est, quæ sola secundùm naturam motus esse videtur.* Ergo vlcera, in quibus caro, non modò reliqui corporis superficiem adæquat, verùm etiam supereminet; siue solida, atque optima hæc sit ob optimi sanguinis redundantiam; siue spongiosa & flaccida ob excrementa, quæ redundant eò quòd minùs quam par esset à debiliori medicamento exsiccentur: nam, vt legitur libro de vlceribus numero 5. & de vlnerib. Capit. num. 23. *Vlcera quæcunque probè, & prout oportet, purgata sunt, semper ad siccioris modum germinationem faciunt: hæc autem plerumque carne non superexcrescunt*: hæc inquam vlcera, non modo medicamentis curare oportet, quæ scilicet vim habeant tum validius exsiccandi, nimiamque carnem dissoluendi, absumendique; cuiusmodi illud est, quod citato lib. de vlcer. recensetur. *Acetum quam acerrimum album, mel, & alumen Aegyptium, nitrum optimum leniter tostum, fellis parum simul coquito. hæc carnem super crescentem consumit, & cauat, & non mordet*; tum etiam purgandi totum corpus, si opus videatur, adhibito pariter venæ sectione, si exuberet sanguis; verùm etiam fame: Inedia siquidem corpus à superuacaneis omnibus exhaurit, dum calor consuetis alimentis defraudatus, in reliquas quascunque humiditates vim exercet, easque absumere cogitur.

Vlceribus caro vnde supercrescat

Vlceribus carne nimiùm excrescente, fames medetur.

Caro vlceribus supercrescēs quo medicamēto dematur ab Hippocr.

XXXII.

Vomitus cerebralibus fluxionibus prodest.

Fluxione ex capite fluente, vomitus conducit.

Vomitus vtilitatis aut iudamna, Ægyptij & Chaldæi vomitu ac clysteribus diu se præseruarunt.

INgentes porrò sunt vomitus vtilitates, siue in ventriculo peculiariter à quotidianis cruditatibus expiando; siue in toto expurgando corpore, si criticè in morbis; aut arte, valetudinis conseruandæ gratia, excitetur: quapropter Ægyptios atque Chaldæos, vno hoc præsidio, & clysteribus diu se incolumes seruasse, testis est Diodorus Syculus, & Herodotus:

rodotus: maiora tamen absque dubio inde proueniunt mala, si quis incautè, nec prout decet, eo vtatur; habita videlicet ratione tum ingenitæ, tum adscititiæ naturæ, partis affectæ, morbifici humoris, nec non, decurrentis tempestatis; adeò vt non improbabiliter Asclepiades eum penitùs reiecerit, Celsusque monuerit, ne quis, qui valere, & senescere volet, hoc quotidianum habeat. At quemadmodum priscis ijs temporibus familiarissimum fuit hoc præsidij genus; sic complura de eo documenta apud magnates Authores, Hippocratem præsertim, regiſtrata passim reperimus; ex quorum simul collatione auxilij huius vim, rectumque vsum exquirere operę pretium erit. Et primò de natura quidem ad euacuationē hanc magis opportuna; de humore pariter, atque tempore, satis videtur decreuisse Hippocrates aphorismis ijs. *Graciles, & facilè vomentes sursùm purgare oportet, vitantes hyemem. Difficulter vomentes, & moderatè carnosos deorsum, vitantes æstatem. Medicamentis purgare oportet, Æstate quidem, superiores magis; Hyeme verò inferiores*: ex quibus Medici ferè omnes post Galenum, gracilem habitum, biliosum humorem, æstiuum tempus, pro hac administranda euacuatione omnium maximè probarunt. Verùm vulgatæ huic opinioni aduersatur
nu. 5. in primis ipsemet Hipp. lib. 3. de diæt., vbi æstate vomitibus
nu. 5. vtendū non esse asseruit, nisi aliqua repletio contingat, ventriculi nimirùm, ob aliquod erratū in victu. Et lib. de salub. diæt. (quamuis Polipus libri huius Author à nonnullis peribeatur: fuit tamen hic Hippocratis discipulus; & à Præceptoris dogmatibus eum numquam discessisse testis est ipsemet Galenus in præfat. comment. in lib. de sal. diæt.) sic legitur. *Sex mensēs hybernos vomendum est: hoc enim tempus pituitosius est æstiuo, & morbi circa Caput fiunt, & regionem eam, quæ est supra septum transuersum. Cum verò Aestas & calor fuerit, infusis vtendum est: hora enim hæc æstiosa est, & corpus biliosius, & Lumbi & Genua grauantur, & calores oboriuntur, & in Ventre termina fiunt; quapropter corpus refrigerare oportet; & quæ in sublime eleuantur, infernè subducere ex his locis.* Vbi clarè patet Hippocratem velle biliosum humorem, æstiuo exuberantem tempore, cum à naturali leuitate nunquam non sursùm feratur,

Asclepiades Iulietis in opere de vniuersa medicina, ideò reprehendit vomentes; quoniam, vt asserit, eo ona tu lædatur oculi, & aluus cohibeatur apud Athenæ. Deipnosoph. li. 15. initio. Celsi cap. 3. lib. 1. vbi de Asclepiade. Qui senescere vult à quotidiano vomitu abstineat. Natura, seu corporis habitus ad vomendum aptior.

Polipus Hippocratis discipulus, ab eius præceptis nūquam discessit. Quo tēpore vomēdū sit.

©BIUM

tur, deorsùm esse trahendum, ne nobilibus vim inferat partibus: repentis etenim humoris propria medela reuulsio est, atque retractio. Pituitam è contrà, in Cerebro, Ventriculoque stagnantem, hyemali tempore, cum scilicet plurimùm abundat, sursùm esse eijciendam; breuiori videlicet via: neque reuulsionem præscribit humori stabili per se, atq. immoto; Vbi obiter notandũ est Annum in duas diuisisse partes; postremam Autumni, & primam Veris partem cum Hyeme coniungens; quemadmodum Veris postremam, primamque Autumni cum Aestate; quod aliàs eũ feciſſe certissimũ est. Et paulò inferiùs ibidem tum pinguibus, tum gracilibus peculiarem vomendi modum præscribit, nullo facto verbo de ineptitudine crassitiei, aut gracilitatis promptitudine ad supernam hanc euacuationem, quasi vterque hic habitus & aptus & ineptus esse possit ad hunc motum: quinimmò Celsus, qui ex Hippocratico fonte omnia feliciter delibauit, gracilibus inutilem dixit esse vomitum; cui neque ipsa deest ratio: gracilitas nãque, vndecunque ea proueniat, siue ex alimenti defectu, vel prauitate, quo membra nutriri auersantur, vnde propriè prouenit extenuatio; siue à calidiori natura, in qua plura resoluuntur, quàm nutritione restituantur, vt propriè est gracilium habitus, semper ex sui natura ineptissima est ad vomitum; cum perpetuò comitem habeat siccitatem, quæ non modò humores quoslibet, absumpta serosiori parte, incrassat, expulsionique minùs obsequentes plerumque reddit; verùm etiam Corpus obdurat, nexusque, qui thoracis compagem detinent, vt validiores reddit, ità minùs aptos, quò in vomitu laxentur, vt Ventriculo se se inuertenti locum præbeant: vnde vasa duriora cum sint in his naturis, facilius etiam dirumpuntur, sanguinisque profusiones exindè adueniunt, non minùs, quàm in Aquilonaribus constitutionibus, vbi siccitates hæ, atque durities vigent. Hinc est, quòd Hippocrates lib. de Veratri vsu, & 13. aph. sect. 4., & 6. epid. sect. 5. balneis, copiosisque potionibus & alimentis graciles præhumectando præparat ad vomitum. Neque latuit Galenum hæc textuum discrepantia; quinimmò eos conciliauit commentario in eundem librum de sal. diæt. tex. 15. inquiens in apho-

Anni diuisio ex Hipp.

Lib. 3. de diæt. Plin. itidem lib. 18. nat. hist. cap. 29.

Cels. lib. 1. cap. 3.

Gracilitatis causæ.

Graci litatis habitus ineptus ad vomitum.

nu. 5.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 344 sur 478

aphoriſmo Hippocratem loqui de vniuerſali totius corporis euacuatione facienda per vomitum; quæ æſtiuo, non hyemali tempore tentari debet; libro autem de ſalub. diæt., verba facere de peculiari ipſius Ventriculi euacuatione, in quo multæ hyemali tempore coacceruantur cruditates ob plurima alimenta, quæ tunc temporis abſumuntur; quæque per vomitum expeditè euacuari poſſunt. Verùm obſtat ratio ab ipſomet Hippocrate ad ſuam probandam intenſionem lib. de ſalub. diæt. adducta: vbi vult Hyeme eſſe vomendum, quòd hoc tempus pituitoſius ſit æſtiuo; & morbi circà caput fiant, & regionem ſuprà ſeptum tranſuerſum; Aeſtate verò inſuſis eſſe vtendum, quòd tunc temporis corpus bilioſius ſit: ergo eæ euacuationes, non pro ventriculo peculiariter expiãdo, ſed pro toto emundando corpore, præſeruationis gratia, proponuntur. Quid ergo dicemus in hac textuum contrarietate. Senſiendum putamus, neque graciles, ob allatas authoritates & rationes; neq. pingues nimium & obæſos, ob carnis molẽ qua grauatæ oppreſſæq; thoracis partes nequeũt expeditè eleuari, dilatarique, vt Ventriculo cedant, ex ſui natura aptos eſſe ad vomitiones; quamuis conſuetudo, à teneris præſertim vſque annis inita, habitum quendam his etiam naturis inducere poſſit, quo vomendi facilitatem, promptitudinemq; adipiſcantur. Sed mediocriter carnoſum præ cæteris eſſe ad vomitus aptiſſimum dicimus; quippè cui vt plurimum neque deſit partium amplitudo, neque muſculorum robur, neque moderata humiditas, quæ apprimè neceſſaria ſunt, vt Ventriculus commodè inuerti, mòx validè comprimi, & Thorax vi magna commoueri in violento hoc motu queant; Cùm his tamen, ſi longa adſit diſſuetudo, ità ſtabiliuntur hæ partes, vt etiam mediocriter carnoſi, qui alioquin ex natura ſua aptiſſimi ſunt ad vomendum, difficillimè tamen vomant; tantam vim habet conſuetudo in hoc motu ciendo. Tempus præterea neque præfrigidum, vt ſumma Hyems; neque præcalidum, vt ſumma Æſtas, opportunum eſt ad vomitum commouendum: huius namque exceſſus tum in frigore, tum in calore, ſemper ineptus eſt ad euacuationem; ac proindè tunc numquam prouocandus, niſi peculiaris aliqua Ventriculi re-

aph. 6. ſect. 4

Difficultatis ſolutio.

Cõſuetudo in vomentibus maximè cõſideranda.

Tempus vomendo opportunius.

ple-

©BIUM

pletio, ex erratis in victu nouiter comparata, ad id cogat; sed, vt iubet Hippoc. 2. de morb. in Erysipelate Pulmonum,

Vere & Autumno vomēdum est.

Vere & Autumno vomitus inducatur: à quo desumptum videtur Aristotelis problema 4. sect. 1., dum quærit, cur in mutationibus temporum vomitibus vti oportet? *An*, subdit, *ne fiat conturbatio varijs genitis excrementis in mutatione?* Sumpta ergo primùm indicatione à consuetudine, deinde ab humore. Si quis propensus sit ad vomitum; quinimmò hoc vno promptius, quam per secessum euacuetur, à totius corporis impuritatibus, (cuiusmodi non paucos priscis ijs temporibus extitisse in tanta Vomentium frequentia credendum est; graciles præsertim biliosos, quibus ob præcalidum hepar, infimus venter, & cum hoc, fœces assiduè torrentur, ex quo ad deijciendum maximè contumaces fiunt), si bilis quidem abundet, vt in gracilibus quibusdam feruidioribus; tunc vel in vltima Veris parte, & in prima æstate prouocandus est vomitus, nè veteri biliosо humori, alter in æstuante futura tempestate gignendus, addatur, augeaturque nimis; vel in vltima Æstate, & primo Autumno, ne copiosa bilis à præteritis feruoribus genita, à superueniente Autumni, aut Hyemis frigore mox coacta, exæstuet, & ardentes pariat affectiones. Si verò pituitæ ferax natura sit; ea aut postrema Autumni parte, & prima Hyeme; aut postrema Hyemis parte, & inchoata Vere ob easdem rationes vomitu eijcienda erit, ne scilicet immodicùm augeatur, duplicata ab Hyeme; aut fluat, & putrescat, liquata à vernis teporibus. Verùm hoc seruandum est in ijs, qui, vt dictum fuit, propensi adeo sunt ad vomitum, ob contractam diù consuetudinem, vt facilius quodammodò per os, quàm per aluum vniuerso corpore euacuentur: nam si æqualiter dispositi sint ad vtramque euacuationem; tunc aliter procedendum erit; seruandus scilicet institutus libri de salub. diæt., modo superius explicato: Pituita videlicet, quæ superioribus in partibus plerumq; detinetur, capite nimirum & ventriculo; ibiq: morbos parere consueuit, vomitu sex mensibus hyemalibus, quo tempore plurimùm abundat, vt docetur lib. de nat. human., euacuanda est: nam, vt infrà habe-

Bilioſis & gracilibus quando vomendū ſit.

Pituitoſis quando vomendū ſit.

nu. 33.

nu. 12.

©BIUM

habebitur, & aliàs ſuprà dictum eſt, *morbi ea parte, qua proximi ſunt, educendi ſunt; & qua parte ſingulis exitus quam proximus eſt, extrahendi. Et morbi ſuprà Septum tranſuerſum ſurſum verſùs purgatione indigere ſignificant*, iuxtà aph. 18. ſect. 4., & lib. de Verat. vſu. Bilis verò, quæ in Hepate gignitur, vigetque in inferiori regione & in fellea cyſti, morboſque òb ſuam leuitatem, ſuperioribus partibus inuehere conſueuit; deorsùm potiùs euacuanda eſt, tum quia proxima & expedita hæc via exiſtit, quà naturaliter ad inteſtinorum expultricem excitandam tranſmitti ſolet: tum quia, vt habetur lib. de nat. hom., *enitendum eſt ſectiones (*eademq; ratione euacuationes quaſcumque*) quàm longiſſimè à locis faciamus, vbi dolores fieri conſueuerunt; ſic enim mutatio minimè magna derepentè fiet. & conſuetudinem remouebit, vt non amplius in eundem locum colligatur.* Neque citati aphoriſmi, ſi attentè perpendantur, aliter decernunt; nam in 6. & 7. ſect. 4. Hippocrates, vt oſtendat quanti facienda ſit indicatio à cõſuetudine deſumpta, duos comparat habitus, quorum alter ineptus ad vomitũ ſit, vt eſt gracilis; peculiari tamen conſuetudinis beneficio, promptè, facilèque vomat; ità vt facilius ſurſùm verſùs, quàm deorsùm, vbi aliqua adſit præternaturalis repletio, euacuetur, non modò òb rationes iam ſuprà allatas, ſed etiam quia infimi ventris gracilitas, ex aph. 35. ſect. 2., inepta & periculoſa eſt ad infernas purgationes: atq. hos vocat graciles difficilè vomentes. Alter verò, diſpoſitus quidẽ ſit ex ſui natura ad vomitionem, vt eſt mediocriter carnoſus, modo ſuperius explicato; difficulter tamen euomat, eò quòd non aſſueuerit, vel òb aliam peculiarem, nobisq; ignotam cauſam, quẽ ibi appellat mediocriter craſſum difficulter vomentem, ac quomodò in naturis ij expurgandis gerere ſe debeat Medicus, decernunt aphoriſmi, dum inquiunt. Graciles facilè vomentes ſurſum purgare oportet, vitantes Hyemem, hoc eſt, non expectata Hyeme, à cuius algoribus bilioſi humores, qui in gracilium natura plurimùm abundare ſolent, intùs coarctati, putreſcunt, ex quo ardentes febres lethaliter accendi conſueuerunt. Difficulter vomentes moderatè carnoſos deorsùm, vitantes Aeſtatem; hoc eſt, non expectata Aeſtate, ne ab

ſupra tex. 35 lib. 2.

Bilis deorsũ euacuanda, Pituita ſurſum, & mur.

Eos, qui inter graciles òb cõſuetudinẽ facilè vomũt, ſurſùm purgare oportet. Eos autẽ, qui inter moderatè carnoſos

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 347 sur 478

©BIUM

difficulter vomunt, eò quia inaffue ti sunt, deorsum.

eius calore pituitosi humores, qui in carnosis plerumq; exuberant, cliquentur, indeq; varij à fluxionibus excitenturmorbi. Quæ aphorismorũ interpretatio, vt plana est, & textui maximè congrua; ità omnes soluit difficultates, quæ circa eos aphorismos moueri possent; omniaque Hippocratis conciliat locha, quæ simul pugnare videbantur. Aphorismus enim quartus eiusdem sectionis. *Purgare æstate quidem superiores magis, Hyeme verò inferiores.* certum est loqui de partibus, quæ Hyeme, aut Æstate euacuari debent; non autem de ijs, per quas facienda sit euacuatio; vt præclarè annotauit Auega commentario in eum aphorismum: loquitur enim plurali numero, non singulari. Humor denique, vomendus, qualis esse debeat, colligitur pariter ex eodem lib. de salub. diæt., num. 7. neque enim crassum nimis eum esse oportet; quique talis est, vt in crassis corporibus esse consueuit, cursibus, citisq; in meridie ambulationibus prius extenuare tentat: Hyssopi itidem decocto, Aceto, & Sale; Neque tenuiorem; quem proindè in gracilibus incrassat cibo & potu præassumpto. Mediocris ergò in tenuitate & crassitudine aptissimus erit. Atque hæc de Natura quo ad habitum corporis, de Humore, & Tẽpore magis pro vomitibus probato, satis erunt: supersest iam de Partibus agere, quibus malè affectis vomitus succurrere aptus est; quod ad propositi textus dilucidationem potissimũ facit. At quẽadmodũ reuellendo, à morbis omnibus præseruare potest, qui in infernis procreantur partibus; ità ijs euacuando medetur, qui humorales cum sint, superiora actu infestant locha; Patet id ex lib. de Insomnijs, vbi vomitu vtitur num. 3. Hippoc. ad reuellendum à cruribus, & aph. 15. sec. 6., & 1. de morb. *A profluuio alui correpto, vomitus superueniens bonum*; quẽadmodum aph. superius citato. *Dolores supra septũ transuersum, qui purgatione opus habent, sursùm versùs purgatione indigere significant.* Et lib. de verat. vsu, & aph. 17. sec. 4. sic legitur. *Purgatio sursum versùs commodat ei, in quo sine febre est cibi fastidiũ aut stomachi punctura, aut vertigo, aut os amarum; & in summa, doloribus supra Septũtransuersum, &c.* Capiti tamen vitiosis humoribus onusto peculiariter opitulatur; vnde 2. epid. sec. 6. *Si supernæ partes turgeant, quæ circa caput, vlcerum purgatio, vomitio,*

Humor vomitui oppor tunior.

Quæ partes Hyeme, quæ Æstate euacuãdæ sunt.

Vomitus quibus morbis succurat

Vomitus remellit à partibus infectionibus.

num. 3.

num. 3.

Vomitus cõmodus est doloribus supra Septũ trãsuersum.

vomitio, aqua. & lib. 2. de morb.; vomitum mouet vlceribus in capite erumpentibus, & 5. epid., capite grauatos sursum purgandos dixit. lib. 1. de diæt., stolidis vomitum consulit. lib. 2. de morb., cerebrum aqua repletum vomitu euacuat., & lib. 1. prorrhet. *Quibus in surditate & torpore parua est a naribus distillatio, & habet quid difficultatis, vomitus hic confert.* quæ sententia habetur etiam in Coacis: & lib. 5. epid. Phenicis affectioni vomitus succurrebat, auferendo, leniendoque dolores capitis, dextri temporis, & colli; qui casus recenetur etiam 7. epid. Hinc Aegineta lib. 1. cap. 42. *Vomitus pituitam expurgat, caput releuat &c.* Etenim aluus vtcunq; eximanita trahit à toto corpore, & præcipuè à capite; & vt docetur lib. 4. de morb., quemadmodum dum plenus est ventriculus dat omnibus partibus, ità dum vacuus est, ab vniuerso corpore repetit; & quod coctile est, in vtilem deducit substantiam; quod verò prauum omninò ejicit. Id ipsũ nobili methaphora nos docuit idem Hippocrat. lib. 1. de diæt., dũ innati caloris opera magniloque extollit, inquiens. *In summa, Ignis omnia, quæ in corpore sunt, secundum suum ipsius modum exornauit, ad vniuersi imitationem, parua ad magna, & magna ad parua: Ventrem quidem maximum sicco, & humido promptuarium, vt det omnibus, & accipiat ab omnibus, iuxtà Maris facultatem, quod est animalium in ipso nutritorum, ac nutriri solitorum alimentum, discordium verò pernicies:* Ergo vt Mare ingenita animantia familiaria conseruat, & nutrit, contraria verò extinguit; ita & Ventriculus ingenitos quidem, aut aduenientes cognatos humores, amplexatur & souet, vt ijs deindè partes omnes fruantur; prauos autem, & infestos aliundè aduenientes, vomitu ejicit, atq; exterminat. Sed cerebralibus fluxionibus peculiari quadam etiam ratione prodest hæc euacuatio, non modo quòd eà Vẽtriculus expurgetur, qui distillantis deorsùm humoris partem semper ferè excipit; indeque chilosis labefactantur; vnde fluuas cerebro redundantias suppeditat; verùm etiam quia in hac fluxione excrementitius humor ad subiectas partes totus excurrit, ità vt parùm aut nihil ad proximas, atque cospicuas vias Narium aut Oculorum transmittatur; præsertim si à frigore descensus hic

Vomitus caput expurgat.

Vomitus cerebralib⁹ fluxionibus cur prosit.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 349 sur 478

©BIUM

excitetur, à quo externis omnibus capitis partibus denſatis, intus omnia, ac deorsùm exprimuntur; ex quò exitus illos exſiccatos conſpicimus. In vomitu igitur, dum violento illo motu plurimi vapores, ſpiritus, tenuiorque ſanguis ſurſum affatim feruntur; vnde tunc temporis Caput repleri, Faciem rubore diffundi, Oculos proſilire obſeruamus, venæ omnes in capite quaque verſus intumeſcunt, & dilatantur; viæque, quæ occluſæ erant, aperiuntur, vt certo certius patet ex vomentium lacrymis, nec non ſtillantibus naribus: hinc fluxio in vomitu, non ſolum contrario motu ſurſum propellitur, ac vetus naturæ mos ad infera tranſmittendi quodam modo frangitur, vt aliò tranſmittere aſſueſcat; ſed ad proximas etiam partes deriuatur, & aptiores ei parantur viæ ad nares aut alias huiuſmodi partes, patentes, atque coſpicuas; quo pacto, vt vidimus tex. 35. lib. 2., in fluxione ad ſpinam, pituitoſiſſima, vel optimè nutrientia conſulit alimenta, quò auctis humoribus in cerebro, occluſáque poſticarum partium via ab vſtionibus, fluxionum meatus in anteriori capitis parte laxarentur. Quod quidem, non aliàs tentandum erit, quam cum ſenſoria benè diſpoſita fuerint, nulloque peculiari affectu laborarint; nefas namque eſſet per affectam tunc partem euacuationem moliri; vnde, vt ſuprà vidimus, laborantibus Oculis, aut Auribus vomitum Hippocrates interdixit. Quod ſi lib. de artic., in Auris fractione eum admiſit, præterquam quòd moderatè id facit; affectus ille ſatis externus eſt: hinc præſeruationis gratia oculi in vomitu obuelantur, & conſtringuntur. Quamuis autem in vomitionis actu caput repleri appareat; fugax tamen plerumque eſt ea repletio, vt quæ à vaporibus, ſpiritibuſque magna ex parte pendeat, qui breui diſſoluuntur. Ad hæc Pulmones & Thorax, qui à fluxionibus adeò infeſtari conſueuerunt, vomitu ità iuuari ſolent, vt Hippocrates pro Tabidis expurgandis, vix alia vlla euacuatione vſus ſit, vt patet decurrentibus lib. 2. de morb., & de inter. Affect., vnde aph. 8. ſect. 4., vbi vomitus Tabeſcentibus interdicitur, explicatione aliqua neceſſariò indigere apparet; ità vt vel de vomitibus tantùm, qui violenter fiunt, intelligendus ſit, à quibus Pulmonum venas frangi aſſeruit lib. de inter. affect. num. 2

Vomitus nō tentādus vbi proxima ſenſoria non benè diſpoſita fuerint.

num. 35.

Pulmones & Thorax vomitu iuuantur.

Vomitu Tabidos expurgat Hipp.

vel

©BIUM

vel de naturis ibi loquitur ad Tabem propenſis, quas, dum Pulmones ac Thoracis vaſa multis adhuc diſtenduntur ſuccis, parteſque illas flaccidas ex natura, imbecillimaſque obtinent, non ab re eſt, in concuſſionibus illis periclitari, ne quid abrumpatur; At qui de facto Tabidi ſunt, extenuatique, Pulmones graciles atq; exſuccos habent, ità vt poſt obitum diſſecti, aridi reperiantur, & coriacei, membranæ ſpeciem pergamenæ præ ſe ferentes. Horum itaque cauitates vomitorijs non admodum validis aptè expediteque purgantur in celeri illa vomentium Thoracis conſtrictione. Aptiſſimum eſt illud, quod
nu. 7. lib. de inter. affect. regiſtratum eſt, præter cætera, quæ alibi habentur, ex Melle, Lacte, Aceto, & Aqua; omnibus in olla tepefactis, capitatique Origani ramulo agitatis. Diximus quid de Natura ad vomendum aptiori, de Tempore, de Humore, deque morbis, quibus vomitus ſuccurrit, ſecundùm Hippocratem ex varijs hinc inde conquiſitis documentis ſentiendum videatur. Cæterùm apud pleroſque religio eſt, quid contrà hodiè practicantium opinionem pronunciare; vt quibus cordi magis ſit vulgatis quibuſdam inſiſtere opinionibus, quàm veritatem meditando, explorandoque venari.

XXX. Antiqui morbi difficilius curantur, quàm recentes. Verùm morbos antiquos primùm recentes facere oportet.

Antiquimorbi renouãdi, vt curentur.

MOrbi, ſiue ſimilares ſint, ſiue organici, ſiue communes, vbi conſenuerint, curat difficiliores ſemper euadunt. Neque obijcias Celſum, qui lib. 3. cap. 1. *Acutus quidem morbus*, inquit, *quo vetuſtior eſt; longus autem, quò recentior, eò facilius curatur*: ibi enim non de ea loquitur vetuſtate, quæ in habitum penè morbos vertit, redditque contumaciſſimos; ſed acutorum potius quandam declinationem ſignificauit; cùm ſcilicet ſedatis quoquo pacto grauioribus accidentibus, morbique tranſacto iam vigore, quo tempore à curatione omninò ceſſandum fuit, ex aphoriſmi decreto, *Vigentibus morbis quieſcere melius eſt*, & ex lib. 3. de morb. *cum impetu fertur morbus, & Aegrum, & Medicum a curationibus quieſcere*

Morbus quò vetuſtior, eò curatu difficillior eſt.

Aph. 29. ſect. 2.

©BIUM

In morborũ vigore haud curandũ eſt. Celſ. lib. 2. cap. 5.

quieſcere conuenit, ne quid mali inducatur, iam curationi opportunior morbus eſt redditus: qua etiam ratione aliàs dixerat. *Neque vlla maior ſpes in magnis malis eſt, quam vt impetum morbi trahendo aliquis effugiat, perigaturque in id tempus, quod curationi locum præſtet*. Hinc Hippocrates lib. 2. prorrhet. *Eius rei memor ſis*, inquit, *quod vetuſtiſſimi morbi, grauiſſimè obediunt; itemque hi, qui in vetuſtiſſimis ſunt partibus*. Cuius quidem rei complures adduci poſſunt rationes; quòd diuturnitate nimirùm temporis partium diſcraſia ſuum contrarium in mixto penitus euincens, ſtabilitur, in habitum ferè immutata. Ad hæc, noxius humor in dies magis craſſeſcit, tenax redditur, & in affecta particula ità conculcatur, vt inde poſtmodum auelli quàm difficillimè poſſit. Nũc pars laborans obduratur & calleſcit, ità vt neq; augeri, neq; imminui, neq; vllo fine magno labore poſſit. Huc accedit, quod Natura poſt quàm pluries incaſſùm tentauerit excutere morbum, defatigata demũ, otioſa languet, nec quicquã vlterius contra morbũ molitur, cùm tamen ipſa vera ſit morborũ curatrix; ſed affectam deſerit partem ſub affectionis imperio: ex quo non modo validè obfirmatur, ſed medicamenta aut parùm, aut nihil proficiunt, eò quòd naturam haud adminiculantem nanciſcantur. Hinc fit, quòd profit interdum in lentis longiſque morbis aliqualiter exacerbare, vt irritata natura, denuò ad pugnandum excitetur; aut commota morbifica materia, quæ prius coarctata, contumax latitans inhærebat, noua hac exacerbatione, in ampliorem locum, vnde facilius eijci poſſit, tranſfundatur; aut refrigeratæ partes, dum morbus recrudeſcit, duritiem, aut callum amittant, quo ſanitas, vt minus reſtitui poſſet, impediebatur; quod in vulneribus præſertim, vlceribuſque non rarò contingit. Ideòque Hippocrates lib. 6. epid., ſec. 7. *Vbi opus eſt*, inquit, *è lecto pellere, & torpentes, ad ea, quæ agunt ſerius, excitabis*. Quod latinus Hippocrates imitatus, ſic loquitur. *Circumſpecti quoque hominis eſt, & nouare interdum, & augere morbum, & febres accendere; quia curationem vbi id, quod eſt, non recipit, poteſt recipere id quod futurum eſt; ſic ferè quos ratio non reſtituit, temeritas quandoque adiuuat*. Circumſpecti tamen hominis id eſſe dixit, quod id, non temerè, ſed cautè admodum

Vetuſtiores morbi curdifficilè curentur.

Aph. 43.

Celſ. l. 3. c. 7.

dum præſtandum ſit; memor conſilij illius primi epid. *Exerceto circa morbos duo, vt iuues, aut non noceas.* Lib. 1. epid. ſect. 2.

XXXIV Vlcus calloſum factum, eiecta primùm duritie per putrefactorium medicamentum, conſtringere deinde oportet. Pharmaca, quæ tumefacere maximè ſolent, ea pura vlcera adſtringunt; Quæ verò attenuant, ea purgant. Si vero quis conſtringit vlcera non dum matura; corpus ægrotum nutrit, quod vlcus habuerit: & ſiquidem oporteat adſtringere vlcus, ac implere, tumefacere oportet; etiamſi in capite carnem velis: renutrita enim à cibis caro, propulſat eam, quæ à medicamento putrefacta eſt, & ſimul cum natura debellat. Verùm eleuatam, aut leuem carnem cibis gracilem reddere oportet. Vlcus calloſum quomodo curari debeat.

INueteratos affectus, ad hoc, vt curati poſſint, nouandos prius eſſe, iam ſuprà docuit. Id calloſi vlceris exemplo nunc comprobat, cuius curatiua methodus liquidò hic conſcripta eſt: Primaria namque vlceris indicatio, vnio exiſtit, quæ tamen nequicquam tentatur, niſi cauitas, regenerata carne, prius exæquata fuerit: neque illa poteſt reſtitui, niſi calloſa durities, quæ ex craſſiori materia intra poros infarcta, exſiccataque, coagmentata eſt, ante eximatur; quod vt nam præſtandum ſit, ſic diſſerit.

Vlcus calloſum factum. ob humores nimirùm craſſos, pituitoſos, vel melancholicos, (quod calli colore diſcernitur) in vlceris poroſitate infarctos; ibique temporis diuturnitate à naturali extraneoque calore, tenuiorem partem diſſoluente, exſiccatos; quod fiſtulari in vlcere contingere potiſſimùm conſueuit. Calloſum vlcus vnde fiat

Eiecta primùm duritie per putrefactorium medicamentum. quod ſcilicet, vim habeat, emolliendi, diſſoluendi, reſoluẽdiq;, de quo ſic loquitur li. 1. de morb. Mul. *Quæ* an. 34.

enim

©BIUM

enim tenuia, & feruida sunt, calli duritiem diffundunt; tenuia quidem, vt validè penetrent, incidant, & attenuent; feruida verò, vt compactos liquent humores, atque dissoluant; nam vt suprà docuit tex. 1. lib. 2., *Omnis humor calefactus, tenuior fit, & fluit*: quæ medicamenta, quoniam valde etiam desiccant; callique durities à siccitate primùm genita est; iccircò emollientibus acria illa iure optimo admiscentur; nam, vt legitur lib. de affect. *diffundunt cataplasmata, quæ, cum calida sint, humectant, & non in se ipsa trahunt*, hoc est, non omnem humiditatem absumunt, exsiccantque, vt faciunt calida ac tenuia simpliciter, quæ, vt tex. citato annotauimus, ex lib. de principijs, diffundunt primo; in multo verò tempore etiam desiccant; A nonnullis proindè, mirè pro hoc laudatur siculneus cinis, Anserino exceptus adipe; aut Diachylum magnum cum gummis, cæteraque huiusce modi, quæ exiguos callos, & in molli corpore, auferre valent. Cæterum si magni, plurimumque inueterati hi calli fuerint, causticis pariter medicamentis, ferro, atque igne indigent. num. 34. num. 4.

Calli quomodo curãdi sint.

Constringere deinde oportet. ad vnionem scilicet deducere.

Pharmaca, quæ tumefacere maxime solent. succiplenam nimirum, vtilique humore turgidam reddere, quæ solent, partem. Ea descripsit Hipp. lib. de affect., inquiens. *Vbi carnem producere voles, pinguia & calida magis conducunt; ab his enim caro pullulat*: moderato etenim calore copiosius hæc attrahunt alimentum; aereo autem humido laxant, emolliuntque, vt succus eò deduci, recensque caro tenerrimæ agglutinari possit; immuni enim reddito vlcere à callosa duritie, omnique alio præter naturali affectu; suffectaque idonea materia, natura postmodum necessariam carnem aggenerat. num. 37.

Carõ a quibus producatur in vlceribus.

Ea pura vlcera adstringunt. Nam vlcerum latera, cum neque fascijs, neque fibulis, neque futura adduci possint vt vniantur, quemadmodum fit in pluribus vulneribus; idque ob amplum, quod interiacet, spatium, amissa carnis parte; reliquum est, vt regenerata

nerata carne illud expleatur; sic enim, media hac substantia, vniri poterunt.

Quæ verò attenuant, ea purgant. Videtur Hippocrates verbis his respondere tacitæ cuidam interogationi; cur scilicet à callo consumpto statim ad vlceris vnionem accedat, nulla facta mentione de abstergentibus; quæ tamen necessariò præmittenda videntur, quò vlcus emundari, omnique à sorde expiatum reddi queat: nam aliàs non coalesceret. Respondet ergo medicamenta, quæ attenuant, ea etiam purgant; quasi dicat, eo ipso, quod ad callum atterendum attenuantibus vsi sumus, calidis scilicet, tenuibusque, vlcus etiam purum reddidimus: Hęc etenim medicamenta, excrementitias etiam humiditates, si quæ sint, exsiccando absumunt. Quòd si terrea etiam fuerint, ità vt eorum tenuitas in terreo attenuato consistat, vt sunt amara, nitrosa, & salsa; verè etiam, proprièque abstergent. Hinc refellitur Martiani annotatio, asserentis Hippocratem ideo ab abstergentibus abstinuisse; quòd hæc callosis in vlceribus suspecta sint ob siccitatem: feruida enim tenuia, qualia ad calli duritiem diffundendam adhibet, non possunt non etiam exsiccare. Asserit præterea hanc curandorum vlcerum methodum neminem olfeciſſe; quæ tamen neque Paulum præterijt, qui fistulas callum elidentibus, glutinatibusque curat; neque Celsum, qui ab exeso callo ad cicatricem super inducendam illicò accedit.

Attenuatia medicamenta quomodò purgant.

Abstersiua, propriè quæ sint.

Martianus refellitur in callosa vlcere curando.

Paul. lib. 4. cap. 40. Cels. lib. 5. cap. 27.

Si verò quis cõstringit vlcera non dũ matura &c. hoc est, si carnem gignere studeat, optimum trahens sanguinem ad ægram partem callo non dum emollito; hic quidem nil aliud facit, quàm quòd affectam partem copiosè nutrit, quæ debilis cum sit, excrementa adauget, lædítque; cum non pura corpora quò plus nutriuntur, eò magis lædantur ex aph. 10. sec. 2.

Et siquidẽ adstringere oporteat vlcus ac implere: Adstrictio etenim, ac adimplectio idem esse videtur in vlceribus; in quibus cum aliquid semper, aut carnis, aut cutis de-

Adstrictio, & carnis regeneratio idem est in vlceribus.

©BIUM

perditum ſit, nouæ ſubſtantiæ productione, dum quod ablatum eſt reſtituitur, ad vnionem pariter deducitur, vt dictum fuit; quod tumefaciendo fit ſeu turgidiorem reddendo partem, vberiori attracto alimento; etiam in ipſomet Capite, vbi cum pauciſſima ſit caro, attamen nõ niſi ex tumefactione, ſeu noui alimenti attractione regenerari poteſt, ſiue ad cauitatem explendam, ſiue vt quid, cutis vicẽ gerens, producatur.

Tumefactio ac noui alimenti attractio idem eſt apud Hipp.

Renutrita enim à cibis caro &c. Vlceris caro non modo calli, ſed affectus cuiuſque expers, dum à copioſo alimento, à ſarcoticis attracto, augetur, adiuta à naturali expulſiua facultate calloſam ſubſtantiam medicamenti vi putrefactam, atque emollitam, excutit, velut eſcaram & cruſtas, vbi ſubiecta pars in integrum reſtituta eſt.

Verùm eleuatam, aut leuem carnem &c. Medicina etenim addiectio eſt, & ablatio; hiſque ſuas omnes molitur operationes: ergo quemadmodum vberiori attracto alimento, quod vlceri præternaturaliter deerat, reſtituit; ſic vbi caro nimium ſuprà vlceris ſuperficiem excreuerit; aut genita caro leuis, hoc eſt inanis, ſpongioſaque fuerit; illam, detracto alimento, gracilem reddit, atque extenuat. Alimentum verò tunc etiam detrahitur, cum acribus exſiccantibus medicamentis abſumitur. Hæc ſeptica ſeu carnem minuentia, medicamenta, communiter nuncupamus.

XXXV.

Mandragora Maniam curat.

Triſtes, anxios, & ægrotos, ac ſe ſtrangulare volentes, Mandragoræ radice mane in potu data minore pondere, quàm quod inſanire facit, curabis.

Maniaci; cõſiderario.

MAniacis præſenti hoc textu conſulitur, qui animalibus ſpiritibus ab atra feruidaque adufti humoris vel melancholici, vel bilioſi caligine obtenebratis, commotiſque, mente percelluntur, imaginantur horrenda, à quibus mærent, timentque, anxij & inquieti efferantur, in obuium quemque immaniter irruunt, ſibiquemet ipſis veſani manus inijcere non verentur. Appoſuit autem vocem illam, *ægrotos*, vt eos excluderet, qui vlla abſque corporis affectione, ob animi tantummodò

modò curas, aliaque pathemata, breui tempore quandoque in furorem aguntur. His itaq; optimum præscribit præsidium Hippoc. ex Mandragoræ radice; quæ ipnotica cùm sit, narcoticaq;, (vnde refert Dioscor. & Plin. nonnullos eius decocto in vino ad cyathum vti in doloribus, & ante sectiones, vstionesque, ne sensiantur) non modo somnum conciliare, sed delirantibus omnibus summè proficua existit, dum infrigidando, incrassandoque, commotos feruidosque spiritus sedare, atque attemperate apta est: vt enim legitur lib. de nu. 35. affec. *Quæ somnum faciunt, ea quietem sanguini exhibere oportet.* Sed quoniam radix hęc immodica sui friggiditate, quam tertij esse ordinis testatur Gal. lib. 7. de simpl. med. fac., narcoticaque vi non modò stupefacere, reddereque amentem potest, animales spiritus immobiles efficiens; sed ab interitum vlque deducit, si copiosè nimis exhibeatur; quantitate enim solummodo deleteria est; *Deleteria tamen, & quæcunque nobis & substantia, & viribus aduersa, corpus perimere nata sunt,* (inquit Gal. 2. de vict. acut. t. 12.) *portione exigua assumentes, magnam percipimus commoditatem*: Quapropter noxia quantitas minuenda erit, atque intrà salutis cancellos detinenda. Ad obulum tutò dari posse author est Dioscorides loc. cit., eiusque vires impensius perscrutatus est Martianus annotat. ad hunc locum.

Mandragoræ vires.

Dioscor. lib. 4. c. 65. Plin. nat. hist. lib. 25. cap. 13.

Somnifera sanguini quietem affert.

Deleteria cō pra quantitate vsurpata magnam afferunt commoditatem.

XXXVI Conuulsioni sic mederi oportet. Ignis ab vtraque lecti parte succendatur, & Mandragoræ radix in potu præbeatur minori pondere, quam quod insaniam facit, & ad tendines posteriores sacculi calidi imponantur.

Cōuulsionis curatio.

COnuulsio, hoc est, musculi ad suum principium inuoluntaria contractio, cum ex Hippocrate 6. aph. 39., ab inanitione, aut repletione neruosarum partium fiat; certum est in præsenti textu eius institui curationem, quæ à crassi, glutinosique humoris repletione prouenit; cuius conuulsificam materiam dissoluere, tenuare, dissipareque studet, accenso primùm igne ab vtraque lecti parte, à quo non modò

Conuulsis ignis proximus sit.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 357 sur 478

©BIUM

Aer, qui intima subit corporis, incalescat, sed totum etiam corpus, vt ità inungi, fouerique vtilius possit. Sic & lib. de inter. affect. *Hunc, cum sic habuerit, fouere oportet, & pinguiter* nu. 54. *vnctum, ad ignem, non ità propè, calefacere; & tepefactoria illito corpori exhibere & Absynthium, aut Lauri folia, aut Hyosciami semen, & Thus terito, deinde vino albo diluto in ollam nouam infundito, & oleum pari cum vino mensura affundito, & cum his calefactis largè calidis corpus, ac caput illinito, posteà super pellicum indumentum reclinatum, mollibus, ac puris stragulis contegito, quo vehementer sudare possit.* Celsus itidem. *In eo conclaui*, inquit, Celf. lib. 4. c. 3. *in quo cubabit Aeger conuulsus, ignis continuus esse debebit, maximeque tempore antelucano, quo præcipuè frigus intenditur.* Tertio nu. 15. autem de morb. non modò proximam respicit materiam, pingues adhibens vnctiones & fotus, à quibus & noxius discutitur humor, & rigidum membrum laxatur, & leniuntur dolores; sed antecedentem etiam nigro veratro purgat inquiens in cura Tetani. *Huic catapotia ex Pipere, & Veratro nigro deuoranda dato, & iusculum volucrum pingue calidum. Inducendæ etiam sunt fortes & multæ sternutationes, & fomenta adhibenda. Cùm autem fomentis non vtitur, calefactoria humida & pinguia vndequaque in vesicis, & vtriculis apponantur; maxime tamen ad partes dolentes, & calido oleo multo, ac sæpè illinantur.* Hac pariter intensione sacculos non modò calentes actu, sed calefacientibus etiam exsiccantibusque repletos, vt torrefacto Milio, furfure, sale, Chamæmelo, Saluia, Bethonica, Origano, cæterisque huius census, posterioribus colli partibus imponit, Neruorum nimirùm exortui, Spinæque principio, vbi affectio hæc plurimùm viget, ob tendines complures & neruos ibidem latitantes. Sed cur Mandragoram exhibet, quam friggidissimam esse paulò antè diximus? friggidum verò conuulsiones mouet, & neruis inimicum est ex aph. 17. & 18. sec. 5. Quinimmò morbificam materiam augere, aut rebellem magis reddere apta existit. An illa dolores sedat, qui affectum hunc acerbissimi plerumque comitantur, ob distentos musculos, qui partes diuellunt, & ob friggidam neruorum intemperiem; indeque vigiliæ plurimùm augentur, vireisque dissipantur? Immò, vt habetur 4. acut., *in conuulsifico morbo* nu. 37. *cum*

Mandragora quomodo obuultis opituletur.

cum dolores acceſſerint, atræ bilis & atrium fluxionum affluxus fiunt. In vehementi etenim dolore, vigiliſque corrumpitur ſanguis, humores plurimùm aduruntur, fluxioneſque ad dolentem concitantur partem: hinc 5. epid. ſec. 1. *in nephriticis cum redundarint dolores, æruginoſa euomuntur:* vnde & lib. de num. 1. humid. vſu. *Somniferum & in caput, & in alia. Conuulſionum, tenſionum mitigatiuum; dolores ſtupefacit &c.* Præſtat igitur dolorem vtcunque quamcitius ſedare; ad quod narcoticis etiam haudacter antiquitas vſa eſt, quæ dexteritate & prudentia noxia etiam ſciuit ad hominis vſum reuocare; ſalutaria auxilia ab exitioſis non minus, quam à ſalubribus colligens. Præterquam quod non adeò certum pleriſque eſt num ſtupefacientia iſta intensè ſint friggida, eaque friggiditate operentur, dum ſenſum adimunt, aut mutuhunt ſomnum; an peculiari potius narcotica vi animalem ſpiritum figente, reddenteque immobilem; cum somniſera pleraque non parùm calida deprehendantur; vt Vinum, Styrax, Nux mytiſtica, atque Opium ipium amarore, acredine, faucium ardore, atque ſiti, quam aſſumptum excitat; inflammabilitate præterea, grauique odore, non leuem caliditatem præ ſe ferat, vt ex Doringio probat Sennertus pract. lib. 1. part. 2. cap. 1. q. 1.

In magnis dolorib⁹ atra bilis cumulatur.

A conuulſione ſi febris inuadat, ſedatur eadem die, aut ſequenti, aut omninò tertia. XXXVII.

CONuulſioni, repletionis conſectaneæ, vt nam ex atre mederi oporteat, iam ſuprà expoſitum eſt; etſi concisè admodum: Nunc verò ſpontaneum proponitur præſidium, Febris nimirùm, quæ ſiue à Natura intra Cordis latebras ſanguinem & ſpiritum reuocante, vt influentem calorem roboret, atque ad noxium deinde euincendum, quod functionibus impedimento eſt, per totum corpus tranſmittat, iuxtà doctrinam ſuprà allatam de febribus: ſiue ab humorum omnium, ſpirituumque commotione excitetur; nec non à magno bilioſi humoris prouentu, doloribus, atque vigiliis geniti, Conuulſis aduenire ſolet; cuius igneus calor conuulſificam materiam extenuare, atque diſcutere, friggidamque neruoſarum partium

Febris vt nã Conuulſis adueniat, iisq; profit.

©BIUM

tium discrasiam attemperare perbellè potest. Quod vtique auxilium, vt mirè proficuum est, vnde locis compluribus registratum reperitur, vt 1. de Morb., in Aphorismis, in Coacis, alibique, ità ad hoc vt affectio adeò humanæ naturæ exitiosa, cuiusmodi est febris, conuulsioni vtilis esse possit, non nulla requiruntur, quæ operæpretium erit nunc paulò accuratius inquirere. Necesse ergo est primò, vt febris conuulsionem sequatur, non autem præcedat, iuxtà aphorismum 26. sec. 2. *Febrem in Conuulsione fieri melius est, quàm Conuulsionem in febre.* Dixit, *melius est*, quia vt plurimum ità solet: contingit nihilominus interdùm, vt febrilis materia è venis ad neruosas partes, aut tota, aut maiori ex parte transposita, excitataque inde concussione, excutiatur dissipeturque; quapropter febris aut eodem die extinguetur, aut si quid residui est febrilis materiei in venis, postridie, aut die tertia; ab ipsamet natura penitùs excocta, resolutaque morbosa materia: vnde extat Coaca illa. *Conuulsio in febre mota, febrem soluit eadem die, aut altera, vel certè tertia; Quòd si tempus transgrediatur, quo ab initio tenebat, nec acquiescat, malum.* Fugax itaque conuulsio, intrà horam desinens, etsi pluries repetat, salutaris in febre esse poterit; Quòd si perseueret, materiæ contumaciam significabit, quæ iam obstirmata in neruis est, ac proinde in malis annumerari debet. Vt plurimum tamen, conuulsio magnarum febrium sequax, neruosarum partium exsiccationem denunciat, quæ neque priorem soluit morbum, neque ipsa sanabilis est; vnde pluribus nominibus exitiosa erit, vt constat ex sec. 4. aph. 49. & 66. & aph. 13. & 73. sec. 7. & alibi. At si febris præcesserit, neque ab huius exsiccatione, sed ab alia causa conuulsio superuenerit, tunc secundum requisitum erit, vt post conuulsionem febris, quæ præextiterat, exacerbetur, vt tum concussione, tum adaucto calore conuulsificam materiam resoluat; iuxtà Coacam illam. *Conuulsionem sanat exorta febris acuta, quæ prius non fuit; quòd si prius fuerit, exacerbata &c.* Tertium requisitum est, vt exorta febris magna sit & acuta; alioquin non resoluit, sed exagitat potius, magisque impingit, indeque lædit, vt liquet ex 1. prorrhet. *Subitaneæ Apoplexiæ solutè superfebrienti* (solutè, idest, interpolatè) *diutinè, perniciosæ, vt* nu. 10.

Febris vt Conuulsis prodesse possit, quæ nam requisita habere debeat.

Febris quandoque à cõuulsione sedatur.

Conuulsio in febre fiẽs, & eadem die desinẽs, bona est.

Nu-

Numenij filio, quam prorrheticam animaduersionem sic traduxit Duretus. *Sanabilis alioqui Apoplexia repentè cohorta, superueniente lenta febre, euadit mortifera, &c.* Tertium requisitum est, quòd cum Conuulsio tripliciter exolui possit, nimirum aut consumpto friggido ac glutinoso humore, vt fit exorta febre; aut eodem sensibiliter euacuato per Aluum, Veficam, aut Vterum, vt patet ex Coaca modò citata in 2. requisito: additur enim. *Quin etiam prodest vrinam fluere albumineam, aluum ferri, & somnos inire*; aut denique eodem conuulsifico humore ad coctionẽ redacto à natura; quod in cõuulsionibus ab inflammatione exortis præcipuè necessariũ est; exsoluendi modus morbificæ causæ proportionari debet; ità vt si ab inflammatione morbus excitatus sit, non per febrem dissipatio quæratur: nam tunc pernicioſa potius febris censenda est, iuxtà Coacam illam. *Conuulsionis finem afferunt muliebria, quæ primùm, aut statim apparent; atque id sine febre.* Ex qua coaca quincta colligitur, atque vltima conditio; nempè, quòd modi hi omnes sanandi conuulsionem, statim post ipsam exortam aduenire debent, ante quàm conuulsio obfirmetur: nam vt aliàs dictum fuit, morbus, qui in ficco est, vt sunt neruosæ partes, stabilitur, & non cedit; hinc dixit Senex *muliebria, quæ primùm, aut statim.* Sed quoniam febris, (quod maximè mirum videri posset) sæpè præsidio est in morbis; supereſt iam videndum, an illam liceat Medico, ad naturæ immitationem excitare in Conuulsis. Temeraria certè videtur hæc medicina, quam vix vmquam ità aptaueris morbo, quin aut vehementior fit, & Ægrum perimat, aut leuior quàm par esset; & noxium humorem irrito motu nequicquam exagitet, impingatque, non concoquat, aut resoluat: hinc Hippocratem eam numquam excitasse legimus, quasi præsidium hoc vni naturæ reliquerit. At quia sæpè temeritas adiuuat, quos ratio non restituit; ideò Celsus, & cum eo alij nonnulli, haudacter id consulunt, vbi magna adsit friggidiorum humorum vbertas, naturaq; segnior sit ad præternaturalem hunc calorem excitandum, neque aliæ euacuationes profuerint: cum hoc tamen, vt si id quandoq; tentare lubeat, quàm ocyus id efficiamus; videlicet prius quàm morbus

Febris Apoplexiæ quãdo noxia.

Conuulsio, quot modis soluatur.

Conuulsio ab inflãmatione exorta sanatur coctione.

text. 9. lib. 1.

An febris sit excitanda, in conuulsis vt curentur.

©BIUM

Febris quo artificio excitetur in conuulsis. Cardanus.

bus obfirmetur, reddaturq; incurabilis. Scribunt aliqui scarabeos tantę esse potentiæ, vt si in oleo decoquantur, illoq; bracchialis arteria inungatur, confestim febrem accendi. Hoc ipsum prestant alij exhibito Castoro, aut Sagapeno, aut opoponace cum melle ad auellanæ magnitudinem.

Celsus.

XXXVIII A ruptura febris non corripit amplius, quàm tres, aut quatuor dies; si verò corripiat, & quis putat se à ruptura habere; ab alia sanè quapiam causa corripitur; & non oportet ipsam velut à ruptura curare.

Ruptio aut ruptura, quid sit. Tractus in carnibus.

QVid sit ruptura, quam Græci, ῥῆξιν, appellant, docuit Hippocrates 1. de morb. inquiens. *Quibusdam cum debiles facti fuerint tractus in carnibus aut venis, non suppurantur, sed fiunt dolores diuturni, & vocantur ruptiones.* vbi dolorificę dispositionis nomen aptauit dolori, quemadmodum & 6. aph. 22. *Quæcunque ruptiones ex dorso ad cubitum descendunt, venæ sectio soluit.* Ruptum siquidem, & tractum descendere, vnum est impossibilium, inquit Galen. in com., vt qui affectę parti indiuisibiliter affixus est, sed tenuis potius aliquis humor flatuoso spiritu non rarò associatus, qui in ruptura collectus erat, alio defertur, ibiq; dolorem excitas, rupturæ quasi transmigrantis speciem præ se fert. Erit itaq. ruptura carnosę partis affectio; occulta scilicet vnitatis solutio, vtq. dicit Galen. 3. meth. cap. 1., citrà vulnus, eo prorsus modo, quo & conuulsio neruosi generis consimilis est affectio. *Fiunt*, vt eodem 1. de morb. legitur, *a laboribus, & à lapsibus, & à plaga, id est contusione & si quis omnis nimis leuet, & à cursibus & luctis, & ab huiusmodi omnibus*, quę videlicet vim carnosę substantię inferre queunt, eamq; distendendo, contrarias in partes illicò distrahendo, diuellere, atque ad talem deniq; raritatem deducere, vt insensibiliter dehiscat; indeq; tenuis aliquis resudet cruor, aut sanguinolentus ichor, qui in porositatibus postmodum latitans, atq. incandescens, varios excitet dolorosas affectiones, vt latè docuit Hippocr. loc. cit. Quin etiam si copiosior & crassior quandoque sit effusus

nu. 16.

nu. 17.

Ruptura, aut tractus in carnibus à quibus fiat

fusus sanguis, tuberculus etiam subcrescit, & suppuratur, atq. ex his febris non rarò accenditur. Quod tamen non priùs, quàm tribus, quatuorue transactis diebus fieri potest, pro temporis scilicet, ac naturę caliditate, quæ citius aut serius effusum humorem alterare, putredinemq; accersere apta est. Hinc docemur in præsenti textu, si rupturæ febris interdū superuenerit, vt nam conijciendum sit, an à ruptura ea pendeat, & accidentaliter adsit; proindeq; ad rupturę curationem & ipsam curatam iri; an potius ex alia causa excitata fuerit, ac per se curari postulet. Nam si ante tres, aut quatuor dies exarserit, certum est eā non à ruptione, sed ab alia causa originē duxisse ob allatas rationes. Quę planè animaduersio in omnibus etiam vulneribus, quibus febris associata sit, complurimi vsus esse poterit.

Ruptioni vn de dolor & febris superueniat, & quo tępore.

XXXIX Cùm homo manibus & pedibus distenctus, ac tortus fuerit, insaniam sibi ipsi facit.

Manibus, pedibusque distenctum esse, insaniæ signum est.

HOc loquendi genere, nil aliud, vt puto, sibi voluit Hippocrates, quam signum quodpiam proponere, quo Aegrotantes, absque eo, quod aliquid ineptè aut ratiocinentur, aut imaginentur, inchoatam iam insaniam detegunt, seque amentes iam manifestè propalant; atque ità insaniam quodammodò sibi ipsis faciunt; non vtique quicquam intrinsecùs mouendo, (id namque inrationabile penitùs videtur) sed in conceptu solummodò adstantium, qui eos prudentes priùs existimabant, vnoq; ex hoc signo captos iam mente intelligunt: nam quid aliud erit insaniam sibi ipsi facere in hoc casu? At cum manibus, pedibusq; distendi ac distorqueri plurisariam contingat: nam aut præter voluntatem id fit, velut in conuulsionibus; aut voluntariè quidem; præternaturali tamen causa aliqua ad id propensionē exhibente, vt in Oscitantibus plerumq; fit, vbi crassus ac flatulentus aliquis spiritus musculos complures occupauerit. Voluntariè præterea quis distorquetur aut obiter, aut temporis ferè momento, vt in iam dicta oscitatione; idq; non nisi crassum spiritum per musculos perceptantē denotat; aut diutiùs ità distenctus per-

©BIUM

manet; ac tunc mentem insuper alienari denunciat; ità vt, vel obliuiscatur ad naturalem situm se redigere; vel non aduertat quàm indecorum sit ità permanere: ac de postremo hoc casu agitur in proposito textu; quod claret ex verbis ijs, *distentus fuerit*, quæ permanentiam significant: non enim dicit, distenditur, quod actum in fieri significaret. Qui ergo voluntariè manibus pedibusque distentus est. Eoque in situ diutius persistit, signum dat, non modò morbosam causam latitare, quæ ad huiusmodi distentionem deducat, sed Cerebrum insuper iam occupasse, menteque turbari. Si quis sensum magis congruum textui huic aptauerit, lubentissimè ei acquiescemus.

XL. Venarum ræditatio.

Venam porrò sic vrere conuenit commodam ad morbum, ex quocunque tandem quis ægrotarit, Si vstus fuerit homo, & fluxerit sanguis, ità vt hoc non periculosum sit ipsi; ambo hæc facere licet: Si verò perusseris ipsam in dolore, cuius gratia vrebatur: non coalescit, verùm fluxui prodest: si enim perusta fuerit, non fluit: nam postquam perusta est, extremitas vtraque venæ recurrit, qua parte perusta est, & exarescit. Si verò quid relictum fuerit, præ relicto perfluente fluxu humectatur. At, si sanguis ex vena fluit, per transuersum perurito; Si verò non cesset, adhæc suprà & infrà dissecato vtrimq; quò sanguinis fluxus auertatur: diductum enim facilius est medicamento sedare, quàm coaceruatum.

Vstionum vsus multiplex.

QVam multiplex sit combustionum vsus in Medicina; & quàm sæpè ad generosum hoc præsidium grauioribus, contumacioribusq; in morbis debellandis confugerit antiquitas, satis patet cuiq; Hippocratis monumenta, cæterorumq; Priscorum decurrenti, qui fluxiones pleraſque, Ventriculi, aliarumq; partium imbecillitates, Hepatis Lieniſq; tumores, Empyemata, Hydropem, Ischiadem, Dolo-

Dolorores, alioſque morbos innumeros, magnitudinem & contumaciam præ ſe ferentes, ſingulari hoc præſidio curarunt: Ignis namque propria, innataque ſui vi intensè expediteque calefacit atque exſiccat, indeque friggidam illicò corrigit intemperiem, nimiaſque humiditates exſiccando euacuat & abſumit; Hinc putredinem compeſcit, & cicatricem inducendo, denſandoque, laxatas roborat partes, fluxionumque vias intercipit atque præcludit. *Vſtio*, inquit Galenus, *peximè affectis locis ob prauorum ſuccorum exuberantiam, vt quæ malignis vlceribus eueniſt, adhibetur.* & alibi. *Vſtio candentia ferramenta requirit propriè in ijs iam malis omnibus, quæ depaſcunt; & oculis rheumaticis; coxis, vel etiam interioribus. etenim in Tabidis candentia ferramenta aſſumuntur, & in lienoſis; tum in brachijs, quæ in ulam excidere conſueuerunt. Inſuper in Ægilope, in nigricantibus; vel in ijs, quæ reſecantur, propterea quod aperiantur vaſa. Poſtremò in alijs ſanguinis profuſionibus.* & Hippocrates de aq. aer. & loc. de Scytharum natura & moribus verba faciens. *Nomades reperias*, inquit, *exuſtos humeros, & brachia habentes, manuumque iuncturas, pectora, coxas & lumbos, nullam aliam ſanè ob cauſam, niſi ob humiditatem naturæ, & mollitiem &c. Cum autem vruntur, humor ipſe à iuncturis exoluitur, ſiuntque corpora ipſorum validiora, melius nutriuntur, & magis reddantur articulorum vſu potentia.* & Dioſcorides. *Contrà virulentos ictus vſtio expeditiſſimum eſt auxilium, vtpotè cum ignis cætera viribus præſtet, ſimul quòd virus domet, & ferri penitus non patiatur; ſimul quòd pars ignem experta, poſtea non vulgare fundamentum curationi futuræ præbeat, manente diutius exulceratione.* At neſcio quo fato contingerit, vt noſtro hoc Æuo preclarum illud auxilium, omnes, velut crudele nimis, expaueſcant, ſeu quod Corpora Animique deſidia atque luxu elanguerint; ſeu Medicorum indulgentia id factum ſit, quos ſæpius iuuat adulando placere, quam Ægris ſeueritate prodeſſe: ſic gliſcit in dies adulatio, antiquum totius Orbis malum, omniaque vitiat, atq; corrumpit. At propoſitus iam textus nos reuocat, in quo pro venarum vſtionibus documenta traduntur, cum venis etiam arterias intelligentes, vt aliàs dictum fuit. Hæc igitur vaſa dupliciter, duplicique de cauſa vruntur. Du-

Ignis facultates in Medicina.

Gal. 6. epid. ſec. 6. part. 5.

Lib. Medicus inſcriptus cap. 18.

Nomades igne articulos roborabant.

Dioſcor. lib. 6. c. 36.

Medicorum indulgentia, & adulatio.

Venæ & Arteriæ cur vruntur.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 365 sur 478

©BIUM

pliciter quidem, quia aut leuiter, & ſuperficie tenus; aut profundiùs, perfactèque peruruntur. Duplici autem de cauſa; quia aut ad fluxionem intercipiendam, quæ per illa vaſa, tanquam per tubos ferebatur ad aliquam infeſtãdam particulam; aut ad eadem vaſa obſeranda, vbi periculoſa aliqua hemorrhagia aut excitata eſt, aut timetur, proindeque eſchara & cicatrice obducenda. Vnde ſic loquitur,

Venam ſic vrere conuenit &c. Tali ſcilicet adhibita circumſpectione, vt ea eligatur, quæ commoda ſit ad morbum eum curandum, à quo Æger iam detinetur; ità vt non modò rectitudinem & conſenſum habeat cum affecta parte, ſed eadem propriè ſit, per quam infeſtus humor ad partem laborantem deducitur: idque conijci inde poterit, quòd aut rubentior, aut nigrior aut tumidior apparebit Vena illa; vel ſi Arteria ſit; plus ſolito pulſabit.

Vena eligẽda in vſtionibus.

Si vſtus fuerit homo, & fluxerit ſanguis &c. Quod ſignum eſt Venam haud funditùs deuſtam eſſe, ità vt tota eius cauitas obcœcata ſit, ſed leuiter, & ſuperficietenùs, ità ut venæ vnitas ſoluta ab igne tantummodo ſit, per quam diuiſionem ſanguis deindè effunditur; Quæ quidem effuſio, niſi obſit; quinimmò vtilis ſi cenſeatur eò quòd ſanguis copiosè ibi coaceruatus ſit, ad affectam partem confluxurus; quem præſtat proinde ſic euacuari, quàm, intercepta penitus via, ad aliam infeſtandam partem deferri; tunc, inquam, hæc ambo facere licet; ſanguinem videlicet effundere ob dictas rationes; & laxatam vrere venam, vt aliquantulum denſetur, & conſtringatur, vt eius cauitate ſemiobſtructa, neque adeò faciliter, neque tanta vbertate excurrant humores ad partem affectam; ſed is tantùm deferatur, qui ſatis ad alendum ſit: Quod ſi poſtea videbitur, poterit denuò perfectè vri, vt euacuata iam peculiari illa plenitudine, ſanguis penitùs ſupprimatur.

Si verò peruſſeris ipſam in dolore &c. Peruſſeris, ideſt, perfectè ad profundum vſque vſſeris ob ſedandum dolorem, qui à fluxione

xione excitabatur; tunc ità ſcinditur in duas partes vena, vt non amplius coaleſcat, ſeu reuniantur hæ partes; ſed obcœcata remanet, nullum poſt hac conſenſum habitura ſuperior pars cum parte inferiore atque ipſa affecta particula; ſed fluxui prodeſt, quoniam Vena tali pacto peruſta, non amplius permeabilis eſt, ſed vtraque extremitas in parte peruſta vtrimque recurrit, atque ab ignis vi exareſcit; vt fidium chorda obtruncata, cuius ſuperior pars ad ſuperiora, inferior ad inferiora retrahitur; quæ exareſcentia nequaquam ſequitur, ſi leuiter, imperfectèq; vena vſta ſit; nam fluente fluxu, ac recurrente per intactam ab igne partem, ſemper humeſcunt extremitates illæ, effunduntque ſanguinem. At

Si ſanguis ex vena fluit &c. eò videlicet, quòd malè imperfectèque vſta ſit; quid tunc erit agendum, vt ſedetur hemorrhagia? iterum admouendus ignis quouſq; perfectè vras; non in longitudinem, aut obliquè, ſed per tranſuerſum, vt tota venæ cauitas repentè, & tutò præcludatur: nam ſi in longum, venæ latera aperta remanerent; ſi obliquè, maior eſſet ſectio, ac proinde minus tuta eiûs per eſcharam obcœcatio.

Si verò non ceſſet &c. Ob ſanguinem, qui impetuosè nimis, & in magna copia eò influit, omnemque oppoſitam eſcharam deturbat, operæ pretium erit, ſanguinem prius reuellere, aut deriuare, diſſecta vena in inferna aut ſuperna parte, prout videbitur: facilius namque eſt hemorrhagiam, obſtructo medicamentis venæ hiatu, ſedare, ſi ſanguinem prius ad alias partes deduxeris; quàm ſi in diſſecta parte coaceruatus impetum faciat. Quo autem pacto fiant hæ vaſorum vſtiones, docuit Ægineta lib. 6, cap. 5. & Hip. 2. de morb. *Ferramentis verò*, inquiens, *cuneoli forma paratis obliquas venas perurito*. vbi dicit obliquas venas, quia de venis poſt aures loquitur, quæ obliquè feruntur. Cæterùm cuneoli forma inſtrumentum hoc perſimile videtur illi, quo ærarij fabri pro æramentis committendis vtuntur, ex amplo in anguſtum definens, vt cuneus; ſaldatore communiter appellant; aut ad huius ſimilitudinem aptandum erit.

rr. 12.

Vſtorij inſtrumenti forma.

Do-

©BIUM

XLI. Doloris in capite gratia, ſanguinem de venis detrahito: ſi vero non ſedetur, & diuturnus ſit; perure venas, & ſanus euadet. Si vero caput purgaueris, magis affliges.

Capitis dolor phlebotomia, & vſtionib. curatur.

EX ipſamet propoſita euacuatione ſatis clarè intelligitur de quo doloroſo capitis affectu loquatur Hippocrates; de cerebri nimirum repletione ab humoribus, vaporibuſque ſurſùm è reliquo corpore perreptatibus. Hinc primò ſanguinis miſſionem ſuadet; quæ quidem initio à bracchijs, vt alcẽdentes reuellantur humores, minuanturque, ſi quid plenitudinis ſubſit in toto corpore, adminiſtranda eſt; mox etiam in capite ad deriuandum, euacuandumque, vena videlicet in naribus, aut in fronte adaperta. Quod vtique auxilium, velut maximè generoſum, non, niſi vbi intenſior, ac moleſtior infeſtet dolor, adhibendum eſt: de eo namque ſic loquitur Celſus lib. 4. cap. 2. *Id doloris genus in capite, quod acutum; & id, quod ſupra conſuetudinem intenditur; idque, quod ex ſubita cauſa, etſi non peſtiferum, tamen vehemens eſt, primam curationem habet, qua ſanguis mittatur: ſed id, niſi intolerabilis eſt dolor, ſupervacuum eſt; ſatiuſque eſt abſtinere à cibo, ſi fieri poteſt, etiam à potione: Si non poteſt, aquam bibere &c.* Verùm ſi ſanguis non ſatis eſt, ſed contumax adhuc, & vehementior inſtet dolor; tunc, quoniam quod ferrum non ſanat, ignis ſanat, ad venarum in capite vſtionem deuenire oportebit, vt humorum, vaporumque aſcenſus intercipiatur, ſique intus in Cerebro collectum aliquid eſt, euocetur. Hæc omnia ſic expreſſit Hippocrates lib. etiam de affect. initio. *Dolores incidunt à pituita, cum in capite mota, cumulata fuerit. Si verò aliàs dolor, ac vertigo in caput inciderit, proſunt quidem & hæc adhibita; prodeſt etiam ſi ſanguis à naribus fuerit detractus, aut à vena in fronte. Si vero diuturnus & fortis in capite fiat morbus, & purgato capite non decedat; huic caput aut ſcarificare oportet, aut venas in circuitu inurere.* Atqui cur ſubdit in propoſito textu. *Si caput purgaueris, magis affliges;* cũ in cerebrali repletione huius purgatio potiſſimum quæratur, eamque ſemper laudauerit Hippoc.

In dolore, ni ſi vehemens ſit, ſãguis nõ mittendus.

Hippocrates vbicunque de affectionibus hiſce curandis egit, vt lib. de morb., de Affect., & alibi? An quia dolor hic à ſanguine pendet, vt liquet ex ipſomet, quod proponitur, remedio, hoc eſt, ſectione venarum: quapropter alij humores nequicquam purgantibus educerentur? Atqui propoſitus dolor diuturnus eſt; proindeque & à Pituita, & à Melancholia prouenire poteſt; quibus abſque dubio, purgatio conuenientior eſſet. An propoſitus morbus, vt iam dictum eſt, ab aſcendentibus ſurſum humoribus pendet; ideòque ſi Caput purgare ſtudeamus, quod calidis fit potiſſimum medicamentis, etiam electiuè trahentibus, perque nares immiſſis, Caput magis incaleſcet; ex quo non modo coaceruati ſunduntur humores, qui mebranas magis diſtendunt, augentque dolorem, vt in morbi principio, prius quam noxius humor aliqua ex parte euacuatus ſit, plerumque contingit; verum etiam maior fit humorum attractio: quapropter lib. 5. epid. Mulieri in Pheris, cui caput circum circà dolebat ab Vtero, capitis purgatio numquam profuit; ſed à menſibus tantùmodo prodeuntibus, & à ſubdititijs odoratis ſubleuabatur. Hinc tanquam certum colligamus, morbis ab inferis partibus prouenientibus, reuulſionibus, interceptionique potiſſimum, & pluſquam particularibus capitis euacuationibus eſſe incumbendum.

In capitis dolore ab inferioribus partibus prouenientes capitis purgatio obeſt, & cur.

num. 6.

XLII Medicinam citò diſcere non eſt poſſibile; propterea quod impoſſibile eſt ſtatam, ac certam doctrinam in ipſa fieri, velut, verbi gratia, Qui ſcribere didicit iuxtà vnum modum, quem omnes docent, nouit, & ſcientes omnes ſimiliter nouerunt, propterea quod idem, & ſimiliter factum & nunc, & non nunc, non poteſt fieri contrarium; ſed ſemper exacte ſimile eſt, & non opus habet occaſione. Medicina verò & nunc, & ſtatim non idem facit; & ad eumdem contraria facit, & hæc etiam contraria ſibi ipſis: Primùm aluum ſubducentia non ſemper hoc faciunt,

Medicina citò diſci non poteſt, & cur.

Medicina nunc, & ſtatim non idem facit.

©BIUM

faciunt, & aluum ſubducentia vtrumque faciunt: Fortaſſis autem neq; ſic ſe habent aluum ſubducentia, velut aluum ſiſtentibus contraria: reſtitante enim aluo, propter vehementem ſtabilitatem corpus intumeſcit, pituita in ventrem perueniente; ſic ſtabilitas receſſum facit: vbi enim pituita in ventrem ingreſſa fuerit, euacuatio contingit. Inſuper verò aluum ſubducentia ex natura, ſtabilitatem faciunt in ventre, ſiquidem non ſubducentia feceris; ſi autem exoluatur, & humectetur id, quod morbum facit, poſtquàm exolutum fuerit, ſanus euadit. Et ſic ventrem ſiſtentia ſubducentibus ſtabilitatem ventris faciunt; & viciſsim ſubducentia ventrem, ſiſtentibus.

Methodici ſex menſibus Medicinam docebant.

Empirica vna de dicta, & eius ratio.

Ars & Virtus circa difficilia verſantur

Dogmaticorum prærogatiuæ.

HVc accerſendi erant Methodicæ Medicinæ ſectatores, qui paucis quibuſdam, ac vniuerſalioribus poſitionibus contenti, quas Communitates appellabant; omniaque ad ſtrictum laxumque redigentes, medicam facultatem planam adeò, facilèque acquiſibilem conſtituebant, vt ſex tantumodo menſibus eam ſe edocturos gloriarentur. Huic & Empirica familia, ab experientia ſic nuncupata, quæ experimentis quibuſdam memoriæ concreditis, ſiue ea ab alijs acceperint, ſiue propria induſtria, vel fortutiò acquiſiuerint, indeque ſimilitudine quadam ad alia inviſa procedentes, à morbo ad conſimilem morbum, à parte ad conſimilem partem, à medicamento ad conſimile medicamentum, Medicinam vel rudibus peruiam efficiebant vllo abſque artificio, nulliuſque ferè momenti, cum difficile ſit quod egregium; vtq. ſcripſit Ariſtot. 2. moral. Nicomach., *Ars & Virtus circa id verſantur, quod eſt difficilius*. At Rationales, ijque, qui Dogmatici appellati ſunt, quorum princeps Hippocrates extitit; (floruerunt nihilominus etiam ante ipſum apud Gnidios, Rhodios, & Coos, vt narrat Plin. nat. hiſt. lib. 7. cap. 37. & lib. 26, cap. 3.) experientiam porrò non contemnentes, rationi potiſſimum innituntur, ac dum humani corporis naturam, vide-

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 370 sur 478

videlicet, admirabilem eius compositionem, multiplicesq; facultates physica speculatione contemplantur, vt ijs vitiatis aptè succurrere valeant, aut illæsa conseruare; dum causas omnes considerant, quæ eademmet aut lædere, aut tueri aptę sunt; dum morbos atque symptomata speculantur, & curatrices indicationes tum ab his, tum ab Ætate, Consuetudine, Sexu, ab Aere, anni Tempore, Regione, cæterisque huiusce modi eliciunt; dum denique ab omni elementato corpore, à Mineralibus, Stirpibus, Animantibusque opportuna parant remedia, quæ morbis ex contrarietate opponat; per hæc omnia ratiocinantur, Scientiarum orbem, Physicam, Astronomicam, & Rationatricem huic vni subfamulari cogunt, omnia ad hominis salutem deducentes. Quibus profecto disciplinis formatus, institutusque rationalis Medicinæ Artifex, num.4. Diuinus propè efficitur, vt legitur lib. de decent.orn.; Vnde, vt inquit Alcibiades in conuiuio Platonis, *Vir Medicus multis alijs æquabitur vnus*; quod ab Homero fortasse didicerat 4. odissex, vbi. *Medicus vnusquisque peritus super omnes alios homines*. aut lib. 2. Iliadis *Medicus enim vir multis anteponendus alijs*: quæ profectò ornamenta & disciplinas quis sibi persuadeat breui aliquem posse adipisci? Hippocrates nihilominus non hinc artis huius longitudinem probat; cum reperiri possit, cui, ob ingenij felicitatem, sedulitate inque laboris, egregios præterea nactus Præceptores, ad hæc omnia breui peruenire datum sit. Sed aliam affert rationem ex mutabilitate peritam, & ex accidentibus, quibus materiale eiusdem Medicinæ obiectum, seu materia, circà quam versatur, quæ corpus humanum est, præsertim dum morborum tempestatibus impellitur, obnoxia existit; quas quidem mutationes & accidentia non nisi ex signis, coniecturisque percipere potest; sensu namque minimè assequuntur. Atque ex ea mutabilitate fit vt varia subinde, atque varia exigat, & quę modò indicabantur remedia, paulo deindè velut noxia respuantur; præterquamquod accidentia, quæ circà obiectum contingunt, ità remediorum operationes quandoque impediunt, variantque, vt vel nihil, vel contraria, vel immodicè non ratò operentur, vt infrà videbimus: Ars etenim, quæ

Dogmaticus Medicus scientias omnes Medicinæ subfamulari cogit.

Medicinæ difficultas vnde proueniat.

Subiecti mutabilitas in Medicina.

Ars quid sit.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 371 sur 478

©BIUM

habitus eſt certa ratione factiuus, quantum eſt ex ſe, ea rectitudine operationem dirigit ad opus ab Artifice intentum, vt illud ſemper, infallibiliterque aſſequatur, niſi aliquid extrinſecùs accidat, impediens: quemadmodum Scriptor, ſi aptatum ritè calamum, atramentoque infectum tali pacto per papyrum deducat, vt recta ſcribendi ratio præcipit, ſemper indubitanter, atque infallibiliter ſcripturam producet; ità vt vno hoc certo ac determinato operandi modo, ſemper, & vbicunque ſuum opus aſſecuturus ſit: materia etiam, circa quam operatur, neque momentaneis mutationibus obnoxia eſt; ità vt ſubindè varianda ſint ſcribēdi præcepta, neq;, niſi perrarò, aliquid ſuperuenit impediens. Sic prorsus & Faber lignarius, qui dum iuxtà ſuæ artis leges circa lignum operetur, Cathedram, quam animo intendit, quandocunq; & infallibiliter producet. At ſi lignum eius eſſet naturæ, vt temporis momento variè atque variè immutaretur, ità, vt modò velut marmor obdureſceret, modò vt cæra emolliretur; eaſque mutationes inſtantaneas ferè, non niſi coniecturaliter ex aliquot ſignis intelligere poſſet; iuxtàq; illas varianda eſſent inſtrumenta, temperandique Aſciæ ictus, nè, ſi leuior ſuprà nimis obduratum caderet, nihil penitùs efficeret; vel ſi validior ſuprà tenerrimum, proſcinderet, non leuigaret. Si præterea aduenientes hæ qualitates adeò quandoq; intenderentur, vt minimè poſſent ab arte proprijs inſtrumentis ſuperari; tunc proculdubio Artifex requireretur ſuæ artis præceptionibus non modò quam optimè inſtitutus, ſed admodum etiam expertus, quique longo operandi vſu didiciſſet agendi opportunitatem, quam occaſionem dicunt, & cognoſcere, & arripere; iuxtàque materialis obiecti mutationes variè, varijſque inſtrumentis operari; qui, ſi quandò prætenſum finem, Cathedram nempè, non aſſequeretur; modò vt recta ſuæ artis ratio præſcribit, operatus fuerit, neque ipſe, neque eius ars culpanda atque improbanda eſſet; quandoquidem Artifex hic haberet tantùm in ſua poteſtate poſſe benè operari, non autem finem aſſequi, cum materia, circà quam operatur, poſſet talis euadere, vt introducendæ formæ incapax omninò redderetur. Huius profecto naturę verè, proprièque

priéque sunt Bellatrix, Nauigatoria, Agricultura, & cum his Medicina, & si quæ aliæ coniecturatrices existunt: Hæ siquidem omnes circà materiam agunt variabilem adeò, & accidentibus ità obnoxiam, videlicet circà Hostes pugnandi estu Ducis consilio, aut à superuenientibus Imbribus, Ventis, Solaribus radijs, numquam eodem in statu permanentes; circà Mare Ventorum impetu mirè agitatum; circà Terram alterationibus primarum qualitatum numquam non expositam; circà Humanum Corpus ægrotans, à furentibus, noxijsque humoribus variè indesinenter affectum, vt singulis ferè momentis variè operari cogantur; neque enim certum habent, ac definitum agendi modum; sed pro varijs materialis obiecti conditionibus, varijsque accidentibus, varie ex occasione, atque opportunitate operari coguntur. Quinimmò earum instrumenta, licet ad opus recta ratione directa sint; contingit tamen, aut finem quandoque non assequi, aut contrarios producere effectus, propter eadem varias materiei conditiones & accidentia, quæ neque euitari, neque certò præuideri ab artis prudentia queunt: Quapropter nec rudior militari disciplina, nec minoris fortitudinis censendus est Dux ille, qui, etsi Victoriam non adeptus fuerit, omnes tamen optimi Ducis partes expleuerit, ità vt ex artis instituto exercitum duxerit, aptiori loco benè dispoſuerit, pugnandi signa opportunè dederit. Sic Nauta, sic Agricola, sic Medicus; *qui si suorum instrumentorum successum non essequitur*, inquit Hip. lib. de arte; *vim affectionis accusare oportet, non ipsam artem.* possunt etenim hi omnes optima ratione consilioq; operari, neq; tamen prætensum opus attingere: vnde Aristot. 1. rhetor. ad Theodactem cap. 1., *Non est finis Medicinæ*, inquit, *sanitatem introducere, sed quousque possibile est, benè curare; quia rectè curamus etiam insanabiles; neque Rhetoris finis est suadere, sed aptè dicere ad persuadendum: neque Nautæ finis est Portus, sed inuenire modum, quo possimus Portū adipisci.* Hinc Ouid. epist. 1. Heroid.

Bellatrix, Nauigatoria Agricultura Medicinæ assimilantur Omnesque aliæ Coniecturatrices.

Artis coniecturalis instrumenta, contrarium interdū producunt effectum.

Medicinæ finis non est sanare, sed benè curare.

Medicina si assequatur finem, non culpanda.

. . . . . *careat successibus opto*
Quisquis ab euentu facta notanda putat.

©BIUM

Auerrhoes pariter 1. Colliget cap. 1. *Medicinæ finis non est ad sanandum omninò, sed ad faciendum illud, quod potest fieri, & in quantitate conuenienti, & tempore conuenienti; & posteà expectari debet finis, sicut est in arte Nautarum, & regimine Exercituum.* Hanc doctrinam præclarè docuit Gal. com. 1. in aph. 1. *Artem verò ipsam*, inquit, *hac ratione arbitror longam existimare, quoniam omnium fere operationum particularium occasionem habeat momentaneam, & ob id difficulter comprehensibilem, vt nemo eam possit agnoscere, nisi qui diù in hac fuerit exercitatus &c. Est igitur occasio præceps ob materiæ, circa quam versatur ars, fluxibilitatem, Corpus siquidem nostrum valde mutationibus obnoxium est: neque à causis externis tantùm, sed ab internis etiam facilè alteratur.* Certum igitur ratumque sit, coniecturales hosce Artifices longa experientia, longoque vsu indigere, vt è re nata consilium capere discant, operandi opportunitatem, quam occasionem dicimus, illicò agnoscant, atque arripiant; quandoquidem illa fugax ac præceps est, eâque transacta, aut irrita, aut noxia eorum cuadio operatio. Ex quo Hippoc. lib. de decent. orn. Medicum monet, vt frequenti vtatur ingressu ad infirmos, visitetque diligentius; instabilia enim sunt, quæ in humidis consistunt; quapropter etiam facile à natura, & à fortuna transmutantur. Et 1. de morb. *occasio est fermè in omnibus alijs morbis: semper enim in quocunque sanè quis opituletur tempore, ex occasione opitulatur*: vnde in epist. ad Crateuam, curationis animam, temporum opportunitates esse asseruit. Iurè itaque Aristot. 10. Nicomachiorum, *Medici*, inquit, *neque ex scriptis ad medendum idonei fieri videntur; cum tamen in his non solum curationes, sed quo modo etiam & sanari queant homines, & curatio adhibenda sit, vnicuiusque habitu distincto tradere conentur; quæ sanè sicut expertis conducunt, ità inscientibus inutilia sunt.* Ex quo Hipp. lib. de præception. hortatur Medicos, vt commodam habeant exercitationem, post dogmatum cognitionis penuriam: *Quis enim*, subdit, *multifidam dogmatum sectionem se verè cognoscere posse sperarit, citrà exercitationis constantiam? Quapropter hoc admoneo, vt dicentibus quidem attendant, facientibus autem incumbant.* Et latinæ eloquentiæ Pater lib. 1. de offic. *Medici, Imperatores, & Oratores, quamuis*

Operationū omniū medicarum occasio momētanea est.

Occasio cur præceps sit.

Occasio qd sit.

Curationis animae est opportunitas.

Medici non ex libris fiunt.

Praxis necessaria Medico.

nu. 10.

nu. 4.

nu. 9.

nu. 16.

quamuis artis præcepta perceperint, nihil magna laude dignum ſine vſu & exercitatione conſequi poſſunt: nam *exercitatio ſola*, cap. 1. inquit Galen. 1. de alim. facult., *& doctrina, quæ per diffuſam enarrationem traditur, nos artifices reddit*. Satis huc vſque claret cur Medicam facultatem breui nequaquam adipiſci fas ſit. Iam ſupereſt peculiariter videndum, vt nam ex medicamentorum incertitudine in operando, exemplis compluribus id probet Hippocrates.

Medicina verò & nunc, & ſtatim non idem facit.

Medica ſcilicet facultas ſingulis ferè momentis operandi modum variare cogitur, prout obiectiua eius materia variè immutatur, variamq; agendi opportunitatem oſtendit: *attendere igitur oportet*, inquit Hippoc. lib. de præception., *fortuitæ occaſioni, quæ plerumq; ſe offert. &c.* aph. 3.

Et ad eundem contraria facit. in eodem ſubiecto eodemq; in morbo curando contraria operatur: nam modò aluum mouet, & paulò poſt adſtringit; modò caleſacit, modò refrigerat, ſecundum quòd eadem ægritudo exigere videtur: quorum agendorum opportunitas ab experto artifice cognoſcēda eſt.

Et hæc etiam contraria ſibi ipſis. hæ etiam operationes, quas modò recenſuimus, tali pacto quandoq; efficiuntur à medicamētis, vt contrariæ ſint ſibimetipſis quo ad modum operandi, ſolutio videlicet ſolutioni, adſtrictio adſtrictioni, &c. Quod inde contingit, quòd medicamenta multa variaq; operantur per accidens, vt iam iam videbimus; idq; ob varias materiei diſpoſitiones. Probat id primo ex medicamentis purgantibus. Medicamēta complura per accidēs operantur.

Primùm aluum ſubducentia nō ſemper hoc faciūt. aph. 1.

ita & lib. de medic. purg., *Eodem*, inquit, *medicamento purgantur & non purgantur; quandoque verò alia purgat, quàm quæ purgare ſolet; aliquando nimium purgat; aliquando ea, quæ debet, facit*. Non purgat autem vel quòd debilius ſit, quàm vt poſſit copioſam, aut craſſiorem ducere materiam; vel quòd imbecillioris Ventriculi calor illud alterare, & ad actum deducere Purgantium medicamētorū contrarij effectus

©BIUM

Cathartica cur frustrantur suo fine.

ducere non valeat; vel quod ipsummet medicamentum durum nimis, atque inalterabile sit.

Et aluum subducentia vtrumq; faciunt, mouent videlicet interdū, & simul etiam adstringunt; idque multisariam, vel deducta ad infimam aluum copiosa, crassaq; Pituita, quam deindè, si extrudere nequeat, nisi in exigua admodū quantitate; quod ibi remanet, velut glutinum, fœces implicat, atque ità adstringit; vel eadem Pituita ibidem detenta, incalescit, vertiturq; in flatulentum spiritum, qui alui subductionem impedit: etenim, vt inferius habebitur, *aluum sistentia sunt, quæ flatum exhibent; humida autem resiccata flatum faciunt.* Eademmet pariter cathartica medicamenta, vbi aliqua ex causa non illicò extrà aluum emittantur, intestina & fœces calefaciunt, exsiccantque: *Adstringunt siquidem*, vt eodem loco inferius dicit Hippoc., *quæ à calore compacta sunt, frabilia & sicca.* Neque desunt medicamenta, quæ adstringendo euacuant, vt Mirobalani, Tamarindi, Cydonia, aliaq; huius generis. Aliqua sūt rursùs, quæ vna cum cathartica vi, quam tenuioribus in partibus possident, stipticam etiam, & adstrictoriam habent in terrestriori parte, vt Rhabarbarum, quod post euacuationem intestina roborat, atque adstringit; vnde eximium in dysenteticis præstat auxilium: verùm de prioribus dumtaxat hìc loquitur Hippocrates: agit namq; de effectibus, qui per accidens, citràq; operantis spem eueniunt, vt inde ostendat quanta solertia, prudētiaq; opus sit in medicina administrāda.

Fortasse autem neque sic se habent aluum subducentia, velut aluum sistentibus contraria, &c. hæc etenim aluum interdum subducunt, eò quia adstringunt; quapropter subductio tunc haud erit contratia adstrictioni: probat id exemplo; nam si aluus sistatur ab aliquo subducente medicamento, nequaquam tamen suam operationem explente ob aliquam ex iam allatis causis, tunc venter intumescit ob pituitosa excrementa eò deducta, quæ exitum non habent; Hæc ergo pituita si incalescat, ità vt colliquetur, aut acredinem acquirat, aluum exturbat, atque sic medicamentum

tum tunc aluum mouet, quia adſtringit. Qui ſanè caſus, non modò impoſſibilis non eſt, ſed non rarò etiam accidere exiſtimandum: etenim, vt docuit Celſ. lib. 2. c. 7., *vbi pluribus diebus non deſcendit aluus, docet aut ſubitam deiectionem, aut febriculã inſtare*; quod fortaſſe ab ipſomet didicerat Hippoc. 2. prædic. *Si tertio quoq; die, aut quarto, aut ex lõgiori interuallo alui egeſtiones nõ prodierint, periculũ eſt febre, aut alui profluuio corripiendos eſſe.*

Inſuper aluum ſubducentia ex natura ſtabilitatem faciunt, ſiquidem non ſubducentia feceris. fiunt autẽ ſubducẽtia, hoc eſt, naturalem vim exſerent, ſi non exoluta ſint, inq; debita exhibueris quantitate, habita ratione naturæ ipſius Ægrotantis. Quòd ſi interdum nihil ea mouere contingat, ſuppoſitorijs, atq. enematibus aluus tunc ſollicitanda erit, & diſſoluenda, humectandaq; materia illa, quæ craſſioribus in inteſtinis hæret; ſic enim ventris tumeſcentia euaneſcet & ſanus fiet. Curandum itaq. eſt, vt omninò ſequatur euacuatio; alioqui vel medicamentum in familiarem ſibi humorem tranſmutabitur, morbumq; augebit; aut aluum, modo hactenus explicato, adſtringet, lædetque, vt patet ex 6. epid. ſect. 7. tex. 28., vbi Valleſius. Sed de hac re videndus etiam Galen. 3. de ſimpl. med. facul. cap. 24.

Et ſic ventrem ſiſtentia &c. Ità appellat ea, quæ ex ſui quidem natura ſoluentia ſunt; fiunt tamen ſiſtentia per accidens, vt dictum fuit; aut quia exoluta, aut quia non in ea doſi, quæ in tali corpore requiritur, exhibentur; aut quia multa & craſſa adeſt pituita. Hæc igitur ſiſtentia, ſubducentibus, hoc eſt, ſubducenti vi, qua multam pituitam ad inteſtina deduxit, ventris ſtabilitatem efficit: pituita ſiquidem, glutinis inſtar implicat fœces, detinetque ne exeant.

Et viciſſim ſubducentia ventrem &c. Eadem ſcilicet medicamenta, quæ ſiſtentia modò appellauit, eò quia pituitam ad inteſtina deducendo, adſtringunt; illamet, inquam, ſubducentia dici poſſunt, quatenus ſiſtendo aluum per pituitam, in cauſa ſunt vt eadem pituita incaleſcat, ac nitroſitatem acquirat,

©BIUM

quirat, aut eliquetur atque ſic aluum moueat: talique pacto veriſſimum erit, Ventrem ſiſtentia ſubducendo, ideſt, deorsùm trahendo pituitam, aluum ſiſtere; vt vice verſa, Aluum mouentia ſiſtendo aluum mouere: mouent enim aluum, quia pituitam coarctant in inteſtinis, quæ deindè incaleſcit, & eliquatur: Patet præterea quo pacto ſubducentia interdum operentur, non vt contraria ſiſtentibus; vtq; agant quandoque velut contraria ſibi ipſis, ſubductione nimirùm contraria ſubductioni, & adſtrictione contraria adſtrictioni, eò quia adſtrictione ſubducunt, ſubductione adſtringunt, vt explicatum eſt.

XLIII. Eodem modo res ſe habet circà rubicundos & pallidos: nam & pituitoſa & tumefacientia & pallidos faciunt, & boni coloris; itemque attenuantia: vtriuſque autem medicamentum ſunt contraria contrario. Verbi cauſa. Cum intumuerit pallidum exiſtens, exoluitur ſane, ſi quod medicamentum attenuans adhibitum fuerit; atque hic tumenti attenuans opitulatur. Rursùs autem, quod aliquando vtilitatem cepit, nunc hìc opitulanti opitulatur, cum ſane præ gracilitate decolor & pallidus factus fuerit: Si quis enim pituitoſum, ac tumefaciens medicamentum exhibuerit, pallor ſedatur.

EAndem medicamentorum incertitudinem in operando, quam hactenus in aluum ſubducentibus contemplatus eſt, in rubicundis, & pallidis, ſeu, in medicamentis ijs, quæ tales habitus gignere apta ſunt, iam nobis proponit. Vocat verò rubicundos eos, qui ſuccipleni ſunt, habituſque pænè athletici, bonique coloris; quemadmodum pallidos dicit, qui bilioſi ſunt, & graciles χλωρο'ς. etenim, idem, quod ὠχρον. hoc eſt, pallido, bilioſoque colore infectum quandoq; ſignificari, ſatis docuit Foeſ. in Oeconom. Rursùs medicamenta φλεγματο'δεα (pituitoſa vertit Interpres, & verius tumefacientia)

tia) appellat ea, quæ corporis habitum ſuccoſum, optimiſq; humoribus turgidum reddere valent; ſiue hæc alimenta ſint euchima, optimi, multique humoris; ſiue medicamenta, quæ extrinſecus adhibita, copioſum humorem ad corporis habitum trahere apta ſunt: Quemadmodum attenuantia dicuntur illa, quæ diſcutiendo, exſiccandoque, gracilem habitum, atque exſuccum reddunt, qualis præcipuè eſt bilioſus. Poſſunt itaque tam pituitoſa & tumefacientia medicamenta, quàm attenuantia, pallidos non minùs atque graciles, quàm athleticos bonique coloris efficere; & tamen adeò contrarij ſunt inter ſe duo hi habitus, vt vtriuſque medicamentum contraria ſint contrario, tumefacientia ſcilicet attenuato; attenuantia verò rubicundo, eique, qui boni ſit coloris; & è contrà; quod explicat planis verbis in textu exemplo tumidi & ſuccipleni, qui ab attenuantibus diſſoluitur, & gracileſcit; & pallidi atque extenuati, qui pituitoſo, tumefaccatique medicamento à pallore vindicatur. At non explicat quò pacto tumefacientia extenuare interdum; & attenuantia tumefacere & cuſarcon habitum quandoque producere valeant: Supponendum proinde eſt per accidens id fieri ob peculiarem obiectiuæ materiæ conditionem: vt ſi habitus aliquis adeò humidus ſit, atque ità exuberans humiditas, vt natiuus eius calor penè obruatur; atque ità, labefactata nutritione, carnoſa ſubſtantia attenuetur; tunc ſi attenuantia adhibeantur, quæ ſuperuacaneum abſumant humorem, quique ſatis ſit ad optimè & copioſè alendum relinquatur; vtique in tali caſu attenuantia optimum corporis habitum producere valebunt: vti re ipſa videmus nonnullos à Chinarum radicis decocto, quod tamen attenuans & exſiccans eſt, bonum habitum acquirere, atque impinguari; quemadmodũ, è contra, gracilis tenuiſque gignitur à tumefacientibus, ſi alimentitij humores vſq; adeò quandoq; augeantur, vt obruto penè calore, nutritio impediatur, vt dictum fuit.

Tumefaciẽtium atque attenuantiũ medicamẽtorum contrarij effectus.

XLIV. Inſuper verò etiam dolor & propter friggiditatem fit, & propter caliditatem, & propter valde eſuperans, & propter imminutum. Et in Perfrigera-

Dolor vnde fiat.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 379 sur 478

©BIUM

tis quidem natura extrà corpus ad cutem calfaciens valdè dolor fit. In calidis verò natura propter frigidum; Et in ſiccis natura ſi humectentur; & in humidis natura ſi reſiccentur: In ſingulis enim, quorum natura permutatur & corrumpitur, dolores fiunt; ſananturque dolores contrarijs; idque etiam vnicuique morbo proprium eſt; nam in calidis natura propter friggiditatem ægrotantibus, dolores calefiunt, & reliqua iuxtà hanc rationem fiunt.

Dolor fit vbi natura alteratur & corrumpitur.

PErgit adhuc exemplis oſtendere Medicæ artis difficultatem & longitudinem, ob varium, multiplicemq; agendi modum in ipſa, etiam pro eodem obtinendo fine, aut curando affectu: Etenim dolor vt mulceatur, aut ſedetur, non vnã habet ſtatam certamq; curationem, qua perpetuò aboleri poſſit; ſed multiplicem, iuxtà varias cauſas, à quibus procreari potuit, nam vt docuit Galen. de opt. ſect. ad Traſyb. cap. 23. *Si ijdem affectus ſint, cauſæ verò differant, non eandem curationem admittimus*. Ipſe igitur & propter frigiditatem fit, & propter caliditatem, & propter valdè exuperans, & propter imminutum; propter humiditatem ſcilicet, vel ſiccitatem; & per horum contraria ſanatur, vt in vnoquoq; morbo fieri ſolet: quod docuit etiam Galen. 2. medic. local. cap. 1., vtque habetur lib. de nat. hum. *Si vnum eſſet, quod dolori mederetur, vnum etiam eſſet homo; nam vni vnum opponitur; nunc verò plura ſint*. vbi pro dolore dolorificum intelligit affectum, vt ſæpè aliàs, tum in præſenti textu, dum propter frigiditatem ægrotantibus dolores calefieri aſſeruit; tum alibi, vt 6. epid. ſect. 1. In Cranone antiqui dolores friggidi; recentes autem calidi; dolor ſiquidem neque frigidus eſt, neque curatur; ſed affectio, à qua pendet. Cæterùm Hippocrates occaſione hac auream protulit ſententiam, quà dolorificæ cuiuslibet cauſæ rationem præclarè expreſſit; inſignis proinde hic contextus eſt, pluries à Galeno ad ſuas firmandas poſitiones citatus, vt 7. de placit. cap. 6., 1. de ſympt. cauſ. cap. 6. & alibi. Inquit itaque *In ſingulis quorum natura, permutatur & con-*

Idem affect. non eadem curatione ſanatur ſi diuerſa ſit cauſa.

nn. 1.

vt 2. de cauſ. ſympt. c. 4.

& corrumpitur, dolores fiunt. quasi proxima doloris causa quodcunq; sensibile obiectum sit, quod tali, tantaq; vi in sensum agit, vt illius naturam dissoluat, atq; corrumpat: illud enim, *corrumpitur*, vt notat Gal. lib. 1. de caus. symptom. cap. 6., magnitudinem mutationis indicat, & celeritatem: quam pariter sententiam mutuatus videtur etiam Plato in Phylebo seu de summo Bono; Harmoniâ solutâ in animalibus, vnà naturæ solutionem, generationemq; dolorum in eo tempore fieri asserens: In Timæo autem, seu de Natura, dum conditiones explicat, quibus dolorificam insigniri actionem necesse est. *Passio*, inquit, *violenter præterq; naturam abundè simulque nobis illata molesta fit, &c.* Atqui sensorij cuiusliber, cæterarumq; partium Naturam, ex congruo primarum qualitatum mixtione, & substantiæ vnitate constitui certum est: ex quo Galen. de inæq. intem. cap. 3. *Alteratur*, inquit, *& corrumpitur cuiusque natura cum vel calefit, vel frigefit, vel siccescit, vel humescit, vel eius vnitas dissoluitur*: quę alterationes cum insignes sanè, ac violentę admodum esse debeant ad hoc vt dolorem producere possint; earum excessus quousque intendi debeat, indicauit idem Galen. tum 4. de simpl. med. fac. cap. 2., tum lib. de inæq. intemp. cap. 6., dum ità locutus est. *Immodicus verò calor ac frigus proximè accedunt, vt vnitatem soluant; plurimus quidem calor dum segregat, atq. incidit substantiæ continuitatem; summum verò frigus tum stipando, tum introrsùs pariter trudendo, quædam exprimit, quædam quassat: atq; hunc quisquam immodici caloris ac frigoris terminum statuens, fortassè non incommodè sentiet.* Ex quibus patet eò vsq; primas has qualitates intendi debere in doloribus, vt vnitatē soluant: tunc enim insignes erunt, violentæque, quales ad dolorem procreandum requiruntur. Sed cur dixit, *proximè accedant, vt vnitatem soluant?* An quia vnitatis solutio, alia latens est, soliq; cognita rationi; alia verò euidens & manifesta; quarum primam tantummodò satis est, vt hæ alterationes in excessu attingant, non autem secundam, ad quam proximè tantùm accedunt: Galenus verò, cum vt Medicus loquatur, qui sensatus est Artifex, euidentem tantummodò, sensibusq; conspicuam continuitatis solutionem vt veram agno-

de inæqual. intemp. c. de trem. & palpit. c. 6.

Dolorificæ causæ cõditio ex Platone.

Partiũ natura in quo consistat.

Dolorificæ causæ quousq; intendi debeant.

Quæ vnitatis solutio sit necessaria ad dolorem.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 381 sur 478

©BIUM

agnoſcit, talique nomine dignatur; occultam verò, quaſi ſolutio non ſit, plerumq; alterationis eam cauſantis nomine deſignat. Quæ pariter ratio eſt, cur Galenus pluriès in ſuis operibus, alterationem non minùs quàm cõtinui ſolutionem vt proximam doloris cauſam agnoſcat: ſenſum enim ſequitur, qui videt non modò à ſecundis qualitatibus, duro, graui, acuto, cæteriſq; huiuſmodi diſſectas manifeſtè particulas, ſed à primis etiam qualitatibus intensè alteratas, vlla abſque euidenti continuitatis ſolutione, dolere; ijſque ſolummodò alterationibus occurrere debet, vt dolorem adimat, ſi continui ſolutio occulta ſit: quapropter Medici, quibus ſanitatem parere tantummodò cordi eſt, nulla habita ratione occultæ huius ſolutionis, manifeſtas tantùm, & dolorificas alterationes conſiderant, & velut proximas dolorum cauſas agnoſcũt. Ratum itaque ſit in quouis ſenſorio, (quando in exteriori vnoquoq; ſenſu triſtis ſenſatio, quæ dolor eſt, à proprijs ſenſibilibus, ſi excellentia fuerint, accidere poteſt, vt Oculis à ſplendore, Auribus ab horribili ſono, Olfactui à prauis alitibus, Guſtatui demùm ab Acidis, Acerbis, Amaris, Acribus ſuccis; quæ omnia obiecta ſenſorij continuitatem lædunt, vt docuit Gal. cap. 6. lib. 1. de ſympt. cauſ., etſi Tactus, vtpotè craſſior, magiſq; pati natus, præter ſenſus cæteros egregium hoc ſymptoma patiatur, proindeq: dolor anthonomaſticè & potiſſimũt dicitur ea, quæ in Tactu contingit, moleſta ſenſatio; vt doceur lib. de differ. ſympt. c. 3.) Ratum, inquam, ſit in ſenſorio quouis tunc partium naturam dolorificè corrũpi, cum ſenſibilia obiecta (tactiles præſertim qualitates) tanta vi affatim, atque repentè in ſenſum agunt, vt ea inde ſequatur vnitatis ſolutio, cui adeò refragatur Natura, vt acerbo hoc ſymptomate ſuam moleſtiam detegat atque denunciet: gaudent ſiquidem partes mutuo contactu, in eaque vnione, & harmonia perſiſtere quamplurimùm expetũt, in qua pulcherrimum non modò conſtituunt compoſitum, ad quod naturaliter directæ ſunt, ſed tuentur ſe ſe inuicem, atque ſeruantur: quapropter ſi violenta aliqua vi conſeſtim ſe diuidi ſe ntiant, anguntur, & dolent: Quinimmò ſenſus Tactus ideò potiſſimum datus eſt Animantibus, vel potius, ideò datum ijs eſt lætari

Cur Galen⁹ modò alterationẽ modo continui ſolutionem vt propriã doloris cauſam agnoſcat.

Dolor exſiſtit in quolibet ſẽſorio, vbi à proprio obiecto exceſſiuè alteretur.

Dolor anthonomaſticè de ſenſu vni⁹ Tactus.

Partes gaudẽt mutuo contacta, & cur, ſiq; diſtinguantur, dolent ac moleſtè ferunt.

Sẽſus Tactus cur datus Animãtib⁹

lætari atque triſtari, vt quæ lædunt diſſoluuntque auſugiant; ſequantur verò quæ delectabilia, ac proinde amica intellexerint; licet hanc obiecti conuenientiam vel contrarietatem non niſi ope alterius interioris potentiæ, quam communem ſenſum appellant, cognoſcere poſſint, Attentiuam facultatem appellant nonnulli, eò quia hæc vna aduertit, iudicatque ſenſibilis proportionem, & habitudinem cum ſenſu; ità quòd ſenſatio, quæ fit in particulari ſenſu, non niſi in Communi Senſu manifeſtetur, ac iudicetur qualis ſit; perceptum verò obiectum mòx ſenſitiuo appetitui vel vt delectabile, vel vt noxium proponitur, qui inde aut ad appetendum, aut ad fugiendam excitatur. Hinc Philoſophus probl. 33. ſec. 2. *Mens videt*, inquit, *Mens audit*. Et lib. de ſom. & vig. *Eſt quædam potentia communis, qua eſt quod videt, & audit & ſentit*: omniumq; primus id ſignificauit Hipp. ſec. 2. aph. 6. *Quicunq; aliqua parte corporis dolentes, dolorem non ſenſiunt, his Mens ægrotat*. In ſomno autem atque ſopore communi hoc ſenſu à craſſis vaporibus occupato, externi Senſus propria obiecta non percipiunt, etiamſi offerantur. Verùm ſi triſtari naturaliter contingit inſenſibus, cùm ſentire debeant quod naturæ contrarium eſt & lædit, vt illud euitari poſſit, cur moleſta hæc ſenſatio ſymptomaticum quid, ac præter naturam dici debeat? Pleraque enim Medicorum pars ſic ſentit, dolorem ſymptoma eſſe, deprauatam videlicet ſenſus actionem. An ſic debet ſenſus moleſtum obiectum ſentire, vt illud ſtatim auſugere, atque euitare poſſit? & tunc propriè non erit ſymptoma, cum non ſequatur morbum, ſed ſimplex potius quædam paſſio, vt dum ab exterius occurſantibus tum primis, tunc ſecundis qualitatibus dolemus? Quod ſi ſtabilis ſit dolorifica corporis diſpoſitio; tunc dolor verè morbum ſequitur, ac proindè ſymptoma erit; deprauataque tunc dicenda eſt animalis actio, quòd ſenſatio non fiat ea conditione, qua naturaliter inſtituta fuit, cum debeat ità noxia percipere, vt ſi libuerit, ab ijs ſtatim deflectere poſſit; proindeque tunc tantum vires lædit, aliaque inuehit mala. Ità & guſtus amarorem percipit, eoque cibum naturæ incongruum teſtatur; idque naturaliſſimum ei eſt. At ſi continuam ſentit amaritudinem, ità vt ab ea ſe ſe expedire non

Attentiua facultas neceſſaria ad dolorem.

Mens vidit, Mens audit.

Dolor, cum ex naturę inſtituto ſit, cur ſymptomaticum quid, ac prę ter naturam dicatur?

©BIUM

non valeat; præternaturalem, morboſamque tunc ſequi corporis diſpoſitionem indicium eſt; ex quo appetentiam deſtruit, lædítque coctionem. Cum verò in ſubita violentaque mutatione dolorificæ cauſæ ratio conſiſtat; mutatio autem inter contraria fiat; hinc eſt, quod maximas contrarietates, quæ humano in corpore eſſe poſſint, extremas nimirùm, in exemplum adducit Hippocrates, vt doloris generationem oſtendat: vndè dicit in ijs, qui externam cutem friggidiorem à natura habent, propter calefaciens valdè dolor exoritur; ſcilicet, quòd in his ſubita fiat, ingenſque mutatio àb extremo in extremum, à frigido ad calidum. Eodem pacto in ijs, qui calidius obtinuere temperamentum, ob ſubitum vehemenſq; frigus dolor potiſſimùm excitatur; & ſic in reliquis contrarietatibus: quaſi ij, qui eucraton corpus à natura nacti ſunt, intenſis doloribus minùs obnoxij exiſtant, cum non adeò ingens à naturali ſtatu receſſus in ijs fieri poſſit. Ad hæc Galenus 12. meth. cap. 6., corpora non modò cum extrà naturam confertim aguntur, dolore cruciari aſſeruit, ſed in ipſomet ad naturalem ſtatum reditu, niſi eum paulatim accipiant: eoſque in exemplum adducit, qui in vehementi frigore iter fecerunt: ij enim à moleſta qualitate quàmprimum ſe ſe vindicare cupientes, non ſenſim, paulatimq; ſed affatim atq; ſemel calefacere ſe properant, ac dolore circa Vnguium radices adeò vehementi afficiuntur, vt ferre non poſſint; de quibus locutus eſt etiam Hipp. in lib. de vet. med. Cui opinioni refragatur Diuinus Plato, qui contrarium clarè decreuit tum in Philebo, tum in Timæo, locis ſuprà citatis, vbi harmonia contemperata, & in ſui naturam protinùs reſtituta, voluptatem fieri aſſerit; paſſionemque, quæ in naturam abundè ſimulque reuertitur, dulcem: Quinimmò ipſemet Galenus ſententiæ huic ſe ſubſcribit cap. 6. lib. 1. de ſympt. cauſ., & reditum ad naturam ſimul & celeriter factum, voluptuoſum eſſe manifeſtè aſſeruit; ac proinde ſibimet palàm aduerſatur. At ſi impenſius inſpeciamur, nequaquam pugnantia locutus eſt ſummus hic Vir, nec à Platone, quem plurimi ſemper fecerat, diſſentit: etenim lib. meth. non abſolutè dixit, corpora in ipſo ad naturalem ſtatum ſuum reditu, niſi eum paulatim accipiant, cruciari; ſed addidit

Dolorificæ cauſæ ratio in ſubita mutatione conſiſtit.

Eucraton ac temperatũ corpus doloribꝰ magnis minùs expoſitum eſt.

Dolor etiam in ſubito reditu ad naturalem ſtatum excitatur, & cur.

Platonis & Galeni conciliatio de reditu partium ad naturalem ſta-

III. 29.

addidit verbum, *videntur*; quasi appareat ità esse, etsi verè proprièque non ità res se habeat: nam subitus ad naturalem statum reditus, licet ex se non nisi voluptuosus esse possit, cum ad terminum connaturalem fiat, sensuique conuenientem, ac plurimè expetitum, ad quem natura quàm ocyus peruenire gestit; quemadmodum videre licet in ipsis etiam inanimatis, vi aliqua extrà proprium locum sepositis, vt grauia, & leuia, quæ, extrinsero summoto impedimento, quàm celerrimè ad naturalem feruntur locum, in quo quiescant: per accidens tamen subitam adeò mutationem in animantibus complura sæpè comitantur, quæ dolorem queunt, aliosue non paucos morbosos affectus procreare; velut in proposito casu, quis ambigat frigentes præternaturaliter digitos, quam primùm calefieri exoptare; eaque in calefactione, quantum est ex se, voluptuosè admodum eos affici; At pugnam inter maximè actiuas, contrariasque has qualitates exoriri, quarum altera cogat, altera fundat; complures præterea eleuari, agitarique spiritus, qui hùc illùc confestim excurrentes, feriant partes, dilanientque; id per accidens omninò est: Sic & quæ præternaturaliter repleta sunt, quam citius exinaniri; quæ nimiùm sunt exhausta, vt sitientes, esurientesque, quàm primum repleri exoptant, in eoque exhilaratur natura; res tamen plena periculi est ne quid innouetur in corpore ab ea permutatione; ex quo Hipp. aph. 51. sec. 2. *Plurimùm ac repentè euacuare, vel replere, calefacere, vel refrigerare, siue quouis alio modo corpus mouere; periculosum, quoniam omne nimium est naturæ inimicum. Sed quod paulatim fit, tutum est, tum aliàs, tum cum ab altero ad aliud transitus fit.* Sed superest adhùc videre, num ab humiditate fieri possit dolor, vt in proposito textu affirmat Hippocrates; Iners enim cum sit ea qualitas, ità vt inter passiuas potius enumeretur à Peripateticis, haud tanta poterit celeritate agere, quanta opus est ad excitandum dolorem: Quocirca Galenus ab ea nullum excitari docuit 1. de caus. sympt. cap. 6., & 2. de compos. med. loc. cap. 1. Dixit tamen non raro etiam ab humido procreari, vt 2. de vict. acut. t. 1., ità vt varius atque incostans hac in re videatur. Ignaua porrò qualitas humiditas est; & quantum est ex se, dolores

tum, num scilicet doloriosus, an voluptuosus fit.

Dolor num ab humiditate fiat.

nunquam

©BIUM

nunquam producere nata; quippe paulatim agit, vnitatisque solutionem tantum abest, quòd efficere possit, vt ab ea potius præseruet, ac dissecta vniat: nihilominus cùm altero perpetuò sociatur, quod distendendo continuum soluit: vt enim habetur lib. 2. de An. t. 113. *Humidum non est sine corpore, neque vdum; sed necesse est aquam esse, aut habere aquam.* Humiditas itaque vnà cum subiecti corpulentia ingreditur, partiumque porositates subit, atque penetrat, quas distendens, diuidit, dilaniatque. Hippocrati autem, qui vt Medicus, non vt Philosophus loquitur, id satis est, cum eatenus præternaturalium affectuum causas inquirat, quatenus ijs occurrere possit: Ità & Galenus, modò Philosophi personam agit, humiditatique proprie ac per se dolorificam vim denegat; modo Medici, & ab eademmet excitari posse fatetur; sensu etenim palam est, vtque docetur lib. de nat. hum. *Cum humorum aliquis ab alijs secretus fuerit, & per se steterit; non solum eum locum, vnde secessit, morbidum fieri; sed etiam eum, in quo stat & in quem propter nimiam copiam diffusum est, dolore, & morbo vexari necesse est.* Itaque omnia in vnum colligentes, dicemus Dolorem esse exteriorum omnium sensuum, Tactus præsertim præcipuèq; tristem molestamq; sensationem, à sensu communi perceptã, ob sensibile confestim intensequeadeò agens, vt illorum naturam alteret, ità vt corrumpat vnitatem soluendo. Fit dum sensorij natura alteratur & corrumpitur, non postquam corrupta est: nam ab illius fieri pendet, & ab alterantis vehementer obiecti motu dissecante; Est deprauata actio, si morbum sequatur, est simplex tantummodo passio, ad obiecti inconuenientiam indicandam, à natura institutus, si ab amouibili statim obiecto dependeat. Fit non modo à secundis qualitatibus, vt duro, graui, acuto, quæ manifestè continuum soluunt; Sed etiam à primis, caliditate, frigiditate, siccitate & humiditate: illas tamen subticuit Hippocrates tanquam nimis manifestè dolorificas; has enumerauit, quia occultè diuidunt, neque, nisi cum intensissimè agunt, pariunt dolorem. Præterquam quòd id satis erat Hippocrati, qui non ex professo de dolore hìc agit, sed per accidens, vt ostendens per quot contrarias inter se curationes, aliàs atque aliàs curari exposcat

Humidum non est sine corpore.

Dolor natura epilogus.

num. 5.

poſcat dolor Medicæ facultatis longitudinem doloris etiam exemplo patefaciat &c.

XLV. Alius porrò modus hic eſt. Per ſimilia morbus fit, & per ſimilia adhibita ex morbo ſanatur. Velut vrinæ ſtillicidum idem facit, ſi non ſit; & ſi ſit; idem ſedat. Et tuſſis eodem modo velut vrinæ ſtillicidium; ab iiſdem fit, & ſedatur. Alius rursùs modus hic eſt, Febris, quæ per tumefactionem ex pituita fit; aliquando quidem ab iiſdem fit, & ſedatur, aliquando autem à contrariis: Aliquando enim ſi quis vult aqua calida lauare, & multum potum exhibere, ſanus Aeger fit, & febris, quæ propter tumefactionem facta eſt, pituitoſis, ac tumefactionem facientibus oblatis & adhibitis, ſanescit; & ſi quis vult medicamentum bibendum dare aluum ſubducens. Et vomitorium eodem modo, & à facientibus ſedatur & à ſedantibus fit: nam ſi quis homini vomenti aquam multam bibendam dare velit, eluentur ea, propter quæ vomit vnà cum vomitu; & ſic quidem per vomitum vomitus ſedatur. Rursùs autem propterea quòd ſedatur, quia inferne procedere ipſi fecit; ex illo id, quod intùs eſt, vomitum facit, & ambabus contrariis modis homo ſanus fit. Et ſi quidem ſic in omnibus haberet, ſtata ſane, ac certa Medicina eſſet. Ità alia quidem contrariis curari oportet, qualia tandem ſint, & à qua cauſa fiant; alia verò ſimilibus, qualia tandem, & à qua cauſa fiant.

Medicinæ difficultas ex vario curandi modo, nunc per ſimilia, nunc per cõtraria, nunc pervtrãque.

EIdem inſiſtit argumento Hippocrates, Medicamq; ſcientiam breui tempore inacquiſibilem cum ſuperius probaſſet, primò ex remediorum inſtabilitate in operando propter obiecti, circà quod agit, incoſtantiam; mox ex morbo-

©BIUM

rum, vel ſymptomatum varia, quam expoſcunt, curatione, vt deleantur, cum dolor modò à refrigerantibus, modò à calefacientibus, nunc ab exſiccantibus, nunc ab humectantibus, per contraria aboleri natus ſit; iam denique eò inſtabilitatis facultatem hanc interdùm procedere oſtendit, vt, cum omnium conſenſu ſtatutum ſit, curationem per contraria fieri (curare enim nil aliud eſt, quàm morbum deſtruere ac demoliri; deſtructio verò à contrarijs fit, quemadmodum conſeruatio & productio à ſimilibus) nihilominus à ſimilibus etiam morbos quandoque, & ſymptomata ſuperari poſſe, varijs iam exemplis demonſtrat; interdum verò tum à ſimilibus, tum à contrarijs: ſiquidem, Vrinæ ſtillicidium, cum videlicet guttatim vrina excernitur, quem affectum Stranguriam Græci appellant, eiuſque modos multos, & omnigenos eſſe dixit lib. de affect., cum fieri poſſit tum ratione veſicæ, proximarumque partium inflammatione affectarum; tum ratione aliorum humorum, qui lotio commiſcentur, eique irritandi vim iugiter impertiuntur. Poteſt itaque à diuretico ac colliquatiuo medicamento interdùm procreari, ſi non adſit, vt de Naſturtio, & Sinapi peribetur lib. 2. de diæt., quòd calidum cum illud ſit, carnem liquat, albam pituitam curat, & vrinæ ſtillicidium inducit. Quæ pariter medicamenta ſtillicidium, ſi adſit, curant, dum craſſam, morboſamque materiam extenuant, ac per vrinam copioſius euacuant, penituſq; abſumunt. Tuſſis itidem à Pulmonum expulſiuam irritantibus, vt Oximelite, excitari poteſt; & ab ijſdem irritantibus medicamentis poteſt etiam ſedari; nimirùm promota per tuſſim anacatharſi, penituſque expurgata vitalium partium excrementitia materia. Alia adhuc curandi ratio eſt, quæ interdum fit à ſimilibus, interdum à contrarijs: vt febris, quæ à tumefactione, prauorumque humorum repletione accenditur, quandoq; à tumefacientibus (ita enim vocare quęcunq; humores in corpore vberius ad augent, pluries annotauimus) ſubcreſcit, & curatur quandoque verò curatur à contrarijs: Ab ijſdem quidem curatur ſi quis multa calente aqua febricitantem hunc lauet, vel copioſùm exhibeat potum: hæc etenim medicamenta ex tumefacientibus ſunt,

Curare quid ſit.

Stranguria ab eodemet curatur & fit.

nn. 29.

nn. 14.

Tuſſis ab ijſdem excitari & ſedari poteſt.

cum

tum multas ſuperuacaneas humiditates in corpore ex ſui natura augere apta ſint: & tamen copioſa hæc lotio humores digerere, habitumque corporis aperire poteſt: quemadmodum & potio vberior vel vomitum, vel alui fluxum, vel copioſum ſudorem commouere. Etſic febricitans per tumefactionem, à tumefacientibus per ſe, extenuantibus verò, atque euacuantibus per accidens ſanari poterit. Sanabitur per contraria pariter hæc febris, ſi quis ſubducens medicamentum propinare velit; ita namque, quæ à repletione pendebat, ab euacuatione curabitur. Idem prorsus accidit in vomitorio pharmaco, à quo vomitus, ſi non adſit, commouetur; ſi verò adſit, ſedatur euacuatis, per vomitum prauis humoribus, qui eum excitauerant: Rursùs à vomitum ſupprimentibus idem hic ſanari poteſt affectus, ſi ipſum ſedantia medicamenta morbificam materiam, quæ in ventriculi cauitate ſtagnabat, deorsùm ad infimam aluum detruſerint, & expurgauerint: vt enim habetur lib. 2. de diæt. nu. 22. *Ventrem compactum vomitus ſoluit, & egerentem magis, quàm oportet, ſiſtit*; atq. ſic per ſimilia, & per contraria à vomitu quis vindicari poterit. Subdit demum. Si morbus quiuis & per ſimilia, & per contraria curari poſſet: vtiq; Medicina ſtatum, certumq; agendi modum haberet; proindeq; facilius eius cognitio parari poſſet: verùm non ità ſe res habet: alia etenim à ſimilibus curari expoſtulant; alia à contrarijs, à quacunq; tandem cauſa excitata fuerint: quæ omnia ab occaſione, & opportunitate abſque dubio pendent, quam non niſi expertus Artifex agnoſcere poteſt: *Natura namque à morbo ſtimulata & impulſa, artis peritis quæ agenda ſunt, demoſtrat*. Cæterùm etſi à ſimilibus morbos interdum curari appareat, non inde tamen minus inconcuſſum remanet catholicum illud Theorema in lib. de flatib. regiſtratum. nu. 3. *Contraria contrariorum ſunt remedia*. nam vt latè docet Galen. 6. epid. com. 2. part. 9. in illa verba. *Facere ſimile, vt dolor dolorem ſedat*. ſimilia à ſimilibus non primariò per ſe, ſed ſecundariò & per accidens curantur, quatenus hæc operationem aliquam adnexam habent, quæ affectui illi primariò aduerſatur; omnis enim effectus per accidens, reducitur ad cauſam per ſe. Sic neuti-

Vomitus ijſdē cōmouetur & ſedatur.

Vomitus vētrē cōpactū ſoluit, & ſolutum ſiſtit. lib. de arte.

Dolor dolorem ſedat. Curatio per ſimilia ad contrarium reducitur. Effectus per accidens reducitur ad cauſam per ſe.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 389 sur 478

©BIUM

quam dolor dolorem curat; ſed remedium, quod cum dolore affectum doloris authorem' delet. Sic neruorum diſtenſio, quæ friggidus eſt affectus, à frigidæ affuſione in Iuuene carnoſo, mediaq; æſtate curatur, eò quòd aqua frigida calefactionem per accidens tunc adnexam habet. Et vomitus vomitum, & fluxus fluxum amouent, quia vterq; euacuando, præter naturali repletioni contrarii ſunt; cauſiſq; ſymptomata hæc generantibus aduerſantur.

ex aph. 2. ſect. 5.

XLVI. Huius autem rei cauſa corporis debilitas exiſtit; Corpus enim à cibis æqualibus, æqualiter nutritur, à corpore verò cibi ſuperantur. Poſt quam verò plus aut minus in ipſum ingeſtum eſt, aut alia quæpiam tranſmutatio facta eſt, ſuperatur, ſuperant autem cibi. Et cum ſanè ſuperatur corpus ab his, quæ ipſi offeruntur, florere hæc ipſa facit, & ſuperant hæc ſimul corpus, & contraria ipſi facitunt. Et calida lauari, donec quidem corpus ſuperat eius exhibitionem, florere corpus facit; cum vero ſuperatum fuit, gracile corpus facit. Et continuari ſimiliter vt lauari facit. Hæc enim donec ſuperantur, florere corpus faciunt; vbi verò ſuperauerint, & alui receſſus, & varia vitia inducunt. Cùm autem id, quod offertur, tranſmutatur; neceſſe eſt & id, cui offertur, tranſmutare: Etenim corpus tranſmutatum, parum efficax ac potens eſt, & à quouis moleſtias, nouas, & recrudeſcentes ſuſcipit. Hoc autem faciunt & aluum ſubducentia, & florere ipſum facientia, gracile corpus faciunt; & reliqua omnia contraria his facientia.

Corporis imbecillitas cauſa eſt cõtrariorũ affectuum, qui

COntrariorum effectuum, qui ab iiſdem tum alimentis, tum medicamentis in humano corpore conſpiciuntur, cauſam dicit Hippocrates ipſiusmet corporis, ſeu humanæ naturæ

ræ imbecillitatem: tum ſcilicet in iis reſiſtendo, quę ipſam alterant; tum in agendo circa ea, quę alterare atque immutare debet; vnde eſt, qnòd valde fluxilis ſit, atque alterabilis. Etenim cùm ex quadam contrariorum mixtura hęc conſtituta ſit, in qua calidum prędualet & humidum; ab humido quidem habet, vt à quouis non naturalium rerum exceſſu facilè immutetur, reſoluaturque; cum humidum pauciſſimè reſiſtat, velut è contra plurimum quod ſiccum eſt: à calido verò, vt iugiter innata eius humiditas reſoluatur, atque attenuetur. ab alimẽtis & à medicamẽtis producuntur.

Humani corporis imbecillitas vnde proueniat.

nu.25. *Per animæ caliditatem*, inquit lib. 2. de diet. *humiditas ex ventre & carne conſumitur*. Eam propterea reparare opus habet, ne citius, quàm par eſt, exſiccetur abſumaturque: quapropter alimentis indiget, quę in deperditam ſui ſubſtantiam trãſmutet, ad quod perficiendum imbecillis planè eſt humana natura: propterea, vt habetur lib. de vet. med., *Homines hac* nu.7.8. *neceſſitate compulſi, alimenta omnia effinxerunt iuxta hominis naturam, & vires; quæ quidem fortiora eſſent, ab ipſa natura non poſſe ſuperari ſi ingeſta eſſent, exiſtimantes: ab his ipſis quoque dolores & morbos, ac mortes viri iudicantes; contrà, ab his, quæ natura domare poſſet, alimentum, & augmentum, & ſanitatem.* Ac quemadmodum non omnium eędem ſunt vires; ſic non omnibus eadem victus ratio conuenit, ſed *ad Ætatem, ad Tempus anni; ad Corporis ſpecies & habitus conſtituenda eſt, ita vt cõ-* nu.2. *ſiſtentibus caloribus, aut frigoribus nos opponamus*, ex lib. de ſal. diet.; eiuſque menſura coniectanda eſt, non ex pondere, aut numero, *ſed certitudinem exactam non reperies aliam*, inquit lib. nu.16. de vet. med., *quam corporis ſenſum: quapropter operoſum eſt ità exactè condiſcere, vt parum in alterutram partem delinquas.* Ad corporis igitur vires tum alimenta, tum medicamenta aptanda temperandaq; ſunt, vt illa facilè immutentur; hęc verò, non plus quam ſatis eſt, corpus alterent, atq. immutent. Hinc fit quòd

Victus ratio Ætati, Tẽpori, & Tẽperamento cõueniens ſit, quod non niſi à ſenſu iudicatur.

Corpus à cibis æqualibus, &c. hoc eſt, humanæ naturæ proportionatis, proportionatè etiam, & prout decet nutritur; ſuperantur ſiquidem tunc cibi à naturali calore, inq; innutriti corporis ſubſtantiam cedunt.

Poſt

©BIUM

Post quam verò plus, aut minus, aut alia quæpiam mutatio facta est. vbi scilicet quid erroris perpetratum fuerit in cibo, aut circà quantitatem, aut qualitatem, ordinem, & tempus; tunc vtique ipsum corpus superatur; atque alteratur à cibis; ijque florent & debaccantur pristinam naturam retinentes, omnemque naturæ œconomiam euertunt, pro nutritione augmentoque, dolorem, & morbum exhibentes: vt enim legitur lib. 6. epid. sect. 7., *Victus rationem non posse, multarum calamitatum est causa.*

Et calida lauari, donec quidem corpus superet, florere corpus facit; vbi verò superauerit &c. nam eadem cautio, & fortassè maior adhibenda est in Medicamentis, quam in Alimentis necessariam diximus, cum Alimenta immutari debeant, superarique à corpore; Medicamenta è contra ipsum corpus immutare nata sint: itaque & in his aliqua quærenda est proportio & mensura ad hoc, vt quod satis est immutent; non autem dissoluant, ac penitus euincant. *Aquæ copiam*, inquit Hippocr. lib. de offic. med., *vbi relaxandum, extenuandumque est; esse conuenit maximam; vbi caro producenda est, aut molliendum, modica.* Ibiq; Galenus sic commentatur. *Aquæ calidæ, & ob corporis modum, & ob diuturniorem, & breuiorem vsum contrarij esse effectus videntur: quoniam toto corpore inanito, digerit magis, quàm euocet; contrà repleto, magis euocat: quam digerit; Tum paruo tempore admota, implet magis, quam detrahat; sed si longior mora in perfusione sit, digerendo plus potest, quam implendo: iurè igitur dixit &c.* & lib. 2. de sanit. tuend. cap. 7. *Si calidam infundas; primùm quidem corpus intumescit; Si largius infundas, decumbit.* Aqua igitur calida primò humectat, calefaciendoque humores attrahit, atque ità corpus turgidum reddit, & florere facit; mòx humiditates, quæ in vasis, alijsque inanibus spatijs sunt, attenuat & digerit. Verùm de hoc videndus etiam Hipp. lib. 2. de diæt. nu. 2.

nu. 9.

Fotus cõtrarij effectus, prout diuturnior, aut breuior extiterit.

Aquæ calentis contrarij effectus.

Et conuiuari similitet, vt lauari facit. Conuiuari, hoc est, cibis liberaliter

raliter vti: Alimenta igitur, vt dictum est, eò vsque nutrimentum, & augmẽtum afferunt, quousque talia, ac tanta fuerint, vt superari queant; aliàs naturalem potius omnem oeconomiã euertunt, omnia su peruacaneis replendo; ex quo alui fecessus, aliaque vitia contingunt; impeditaque inde nutritione, corpus attenuari necesse est: etenim. *Non quod ingeritur, sed quod concoquitur, & digeritur, id nutrit*, vt docuit Galen. 11. meth. cap. 15. nam quod paulatim, & frequenter exhibetur, id totum apponitur, atque ità corpus reficitur, atque humectatur; quod verò affatim, & vnica vice, diffluit facilius, & euanescit. Sicut terra, quæ à longa tenuique pluuia magis, madescit, quàm à largo imbre, qui præterfluit magis, quàm se in terræ poros insinuet, vt annotauit Aristot. problem. 56. sect. primę.

Non quod igeritur, sed quod cequitur, & digeritur nutrit.

Cum autem quod offertur transmutatur &c. si alimentum; quod alicui offertur, transmutatur; necesse est humanum corpus, cui offertur, esse id, quod superat & transmutat; absque eo scilicet, quod ipsum immutetur, ne à propria natura discedens, imbecille reddatur & morbosum. Quod de corpore intrà sanitatis latitudinẽ existente intelligendum est: nam aliàs si morbosum sit corpus, quod nutritur; licet vbique tale exhibere alimentum, quod dum immutatur, mutua reactione ipsum corpus alteret, contrario videlicet morbo, causisque eius, vt docetur infra ijs verbis. *Licet transmutare alimento & cibo.* Et lib. de alim. *In alimento medicina optimum.* Tale igitur alimentum propinandum est, quod à natura innoxiè superari queat.

Alimento mederi bonum est.

Etenim corpus transmutatum. Si etenim corpus in sanitate constitutum, à cibarijs alteretur, quæ superare nequiuit, imbecillimum redditur, & à contrarijs pati aptum: vnde morbis quibusque obnoxium fit. *Naturas*, inquit Hipp. lib. de vet. med., *quæ citò & fortiter à Prandij & Cœnæ delictis offenduntur, imbecilliores alijs esse censeo: proximus est autem imbecillus languenti.*

Hoc autem faciunt, & aluum subducentia &c. non modò cibaria, sed quæuis etiam medicamenta, siue euacuatiua

©BIUM

cuatiua sint, siue replentia, siue attenuantia, vel quomodolibet corporis immutatiua, imbecille reddere possunt corpus, ab omnique contrario offendi paratum, nisi ea mensura illa administrentur, vt huius vires nequaquam superent, aut deijciant. Omnia igitur, quæcunque circà humanum corpus fiunt, maxima indigent cautione & consilio, cum imbecillis adeò sit humana natura, vt neque contrarijs resistere, neque ea, quæ familiaria sunt, immutare valdè possit: ex quo fit vt mutationibus sit plerumque obnoxia.

LXII. Medicinæ breuis est occasio, in eaq; noscenda, tota Medici prudẽtia cõsistit.

At verò Medicina breuem occasionem habet: & qui hoc nouit, illa stata, & certa habet, & scit, quæ consueta sint, & quæ non consueta; ad quæ cognoscenda non est occasio in Medicina; & quòd aluum subducentia non subducentia fiunt, & reliqua, quæ contraria sunt, & contrariissima non contrariissima.

HÆc verborum synthaxis suboscura est, & aliquid fortasse sub ea latet mendi, vt conijci potest ex varia interpretum lectione: alij enim aliter legunt: hic tamen sensus videtur iis aptari posse; quòd cum Hippocrates particularium operationum incertitudinem in medicina variis hucusque exemplis ostendisset; iam vniuersaliter concludit medicam facultatem momentaneam omninò habere occasionem, & opportunitatem operandi; quique veritatem hanc nouit. nouit id, quod certum & definitum est in hac disciplina, sciens ea, quæ accidere, vel non accidere consueuerunt: quasi hoc vnum in Medicina certò sciatur, quod nihil certum ac determinatum sit circa particulares operationes: Quæ sane cognitio, non, vt operatio ab occasione pendet, sed certa est, & infallibilis, cum ipsismet sensibus pateat, quòd aluum subducentia euadunt aluum non subducentia; & reliqua, quæ contraria sunt, vt adstringentia, euadunt non adstringentia, tumefacientia non tumefacientia &c. Quinimmò contrariissima, vt calor & frigus, euadunt non contrariissima, sed vt similia,

ſimilia, cum à frigore calorem, & frigus à calore produci interdum conſpiciamus. Fortaſsè etiam non alia mens eſt Hippocratis in hoc textu, quàm quòd cum Medicina breuem habeat, & momentaneam operandi occaſionem & opportunitatem, & propterea indefinitam & incertam; Medicus, qui illam nouit, quique artis legibus, longaque experientia inſtructus eam cognoſcere atque arripere didicerit, ille certã, determinatam, & penè infallibilem medendi rationem obtinet, noſcens quæ accidere conſueuerunt, & quæ non, in medicina facienda. Ad quod vtique cognoſcendum non eſt occaſio, hoc eſt, talis cognitio non pendet ab occaſione, & momentaneo tempore, ſicut operatio; ſed ab exacta vniuerſalium præceptorum notione, & à longa experientia, in qua ſenſibus ipſis pluries didicerit, quòd aluum ſubducentia fiunt quandoque non aluum ſubducentia &c. Qui ſecundus ſenſus magis iis congruit, quæ tex. 53. paulò deindè dicentur.

Occaſio autem hæc eſt, vt cibos offeramus ea copia, quam corpus, cui offeruntur, ſuperare valeat: nam ſi quis ſic fecerit, omnino neceſſe eſt cibum aluum ſubducentem oblatum, ſubducentem eſſe, & pituitoſum pituitoſum. Si igitur ſuperauerit corpus ipſos cibos, neque morbus, neque contrarietas fit ex his, quæ offeruntur; & hæc eſt occaſio, quam Medicum noſſe oportet: Cum vero occaſionem ſupergreſſus fuerit, contrarium fit; & ante quam ei exceſſum factum eſſe putant, conſequens eſt, vt caleſcat: donec enim corpus id, quod oblatum eſt, ſuperauerit, corpus nutritur; vbi vero hanc occaſionem tranſmiſerit, contrarium fit, nam attenuatur, & gracileſcit. Sed & alia omnia, & quæ tumefaciunt, donec quidem ſuperauerit corpus, ampliuſque pro occaſione offeruntur, etiam iuxtà naturam ſuam ſingula faciunt, & pituitoſa, ſiue tumefacientia, XLVIII

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 395 sur 478

©BIUM

tumefaciunt, vbi vero occasionem transmiserint, contraria faciunt.

OCcasionem tanti fecit Hippocrates in medicina facienda, vt naturalis breuiloquentiæ ferè oblitus, eandem pluries, pluribusque insinuare non desistat, tum hic, tum 1. de morb. de vict. acut.; & alibi sepius, sub vocibus ijs. προφασις Καιρὸς. Ἀκμὴ. quæ omnes occasionē denotant. Etsi autem ea præcipue dicatur de tempore ad agēdum opportuniore, vt liquet ex lib. de Præcept.; vbi *Tempus est*, inquit, *in quo occasio est, occasio verò in qua tempus non multum*. & lib. 1. de morb. mulier. *Occasio optima est*. (loquitur de variis remediis in affecto vtero vsurpandis) *cum opus his fuerit*. *Est siquidem temporis quædam pars habens in se alicuius rei idoneam faciendi, aut non faciendi opportunitatem*, inquit Cicer. de inuent.; *idque ob peculiares quasdam circumstantias, quæ in ea temporis parte incidunt, ad vtiliter agendum necessarias*. Latius tamen non rarò Occasionis nomen extenditur, causas quascunque primitiuas atque euidentes non modò complectens, quæ alicui rei initium dederint, vt notat Galen. lib. 6. epid. com. 3. partic. 18.; inquiens. *Occasionem Hippocrates dicere consuevit, & omnes antiqui Medici, omnem rei materiam, ex qua initium motus ad sequentes actiones prodit*. sed peculiarius occasionis nomine designatur ab Hippocrate, (vt scribit idem Gal. lib. 3. epid. com. 1. t. 15.) paruæ quædam atque euidentes morborum causæ: *Quædam siquidem sunt, quæ committere per se ipsæ morbum nequeunt, quæ ad corpus si accesserint morbo opportunum, totius causam morbi existimantur sustinere*: quo sensu dixit lib. 6. Epid. sec. 3.; *Occasiones, vnde aliquis ægrotare inceperit, obseruare oportet; siue Capitis fuerit dolor, siue Auris*. Et 2. de morb. mul. *Omnis occasio uteros propellere potest, si quid malè habeat*. Et lib. de Medico. *Omnis occasio sufficiens est ad debiles Oculos conturbandos*. Et sepè alibi, vt notauit Galenus 2. etiam progn. text. 66. Significat demum occasio medicarum omnium operationum conuenientem, idoneum, atque opportunum vsum, siue cibi exhibendi, siue medicamenti cuiusuis administrandi; qui cum quatuor circumscribatur conditionibus, quantitate nimirum, quali-

nu. 4. nu. 63. nu. 1. nu. 66. nu. 34. nu. 3.

Occasio qd propriè sit.

occasio quot modis accipiat ab Hippocrate.

Occasio significat causas primitiuas.

Occasio significat medicarum operationum opportunum vsum.

qualitate, tempore, & modo; de cibi quantitate in præsenti textu potissimum agitur, à Diætetica peculiare hoc exemplum desumens ad docendum in quo etiam consistat operandi occasio, hoc est, rectus vsus, idoneus, conueniens, atq. opportunus in Medicina: cibi etenim occasio, seu congruus vsus, in eo potissimum consistere asseritur, si ea offeratur quantitate, quæ commodè à natura superari possit; cum ipsa quantitate, tempus pariter, ordinem, atq. modum subintelligens: nam sic ritè administratus, quoties inter alimentum, vel medicamentum, ipsamq; naturam debita intercedit proportio, omnia prout decet, eueniunt, & vnumquodq; iuxtà propriam naturam operatur, debitum producens effectum; subducentia subducent plerumque; pituitosa, seu potius, succosum floridumque corpus reddentia, succosum reddent: alias, vt exemplis pluries suprà patefactum est, contrarium eueniet, si congruam videlicet aut quantitatem, aut qualitatem, tempus, & modum prætergrediantur: neq. prius quis, sensiet se quantitate excedisse, vel ciborum suauitate, vel alia causa illectus, quàm cum Ventriculus illorum onere grauatus laborat & ingemiscit: ac dum eosdem superare contendit, omniq; ex parte accurrunt spiritus suppetias laturi; dum itidem dissimiles cibi seditionem inter se mouent, exæstuet necesse est, Sitiq; prematur, licet posteà ab ingestorum cruditate victus ventriculus, frigeat, madeatque. Quin etiam si adeò excedant, vt nullatenus aut immutari, aut expelli à natura queant, putrescunt, ac febribus non leuem præbent occasionem, vt lib. de vet. med. à nu. 18. & deinceps luculenter expressum reperitur: Sic magnasæpè molestia torquent, quæ iucunda effrænataq; voluptate fuerunt assumpta, vt iure dixerit ille. *Supplicia luxuriæ morbi*. At hæc proportio cum ab exacta naturæ corporis cognitione dependeat, quæ ab Ætate, ab anni Tépore, à Regione, à Consuetudine, à morbi Temporibus variè immutatur; hinc difficillimum, ac penè impossibile est, eam exactè callere: vnde Gal. 3. meth. cap. 7. *Si cuiusque priuatim naturam explorare ad vnguem scirem, vtiq; qualem fuisse Aesculapium mente concipio, talem me esse putarem.* & Hippo. de vet. med. *Operosum est ita exactè condiscere, vt pa-*

Cibi si nimia quantitate assumantur, quid eueniat.

Supplicia luxuriæ morbi. Senec. l. 15. epist. 1.

nu. 16.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 397 sur 478

©BIUM

rùm in alterutram partem delinquas; quamquam ego etiam eum Medicum vehementer laudarim, qui parùm delinquat; certitudinem autem exactam nanò videre contingit. Prudenter itaque, quousque liceat, inquirenda est, vt non modò opportunum exhibendi tempus atque modum, sed debitam etiam ciborum quantitatem præcognoscamus, ne plus ingeratur, quàm quod à natura superari possit; quandò vel vtilibus satiari malum est, teste Aræteo.

Vtilibus etiã satiari malũ est.

XLIX. Medicamenta sunt omnia, quæ præsentem statum transmouent: omnia autem fortiora transmouent: licet autem, si velis, medicamento transmouere; & rursùs, si velis, alimento & cibo. Omnia autem ex præsenti statu transmouere, Aegrotanti opitulatur: Si enim id, quod morbum facit, non transmoueris, augescit.

Medicamẽta sunt quæ præsentem statum immutant.

CVm ciborum occasionem rectumq; vsum esse dixisset, vt ea copia offerantur, qua immutari possint à natura, cui assimilari debent, vt ea conseruetur; indeq; obiter alimenti rationem in eo consistere docuisset, vt immutari, assimilariq; posit; De medicamentis pariter id modò explicat, quorum formalem rationẽ in eo positam asserit, vt corpus nostrũ immutare valeant; contraria siquidem duo hæc sunt, nec quemadmodum nutrimentum est quicquid potest substantiam augere. in eam transmutatum, ità medicamentũ omne id dicimus, quod naturam nostram alterare potest. Nec vnimoda hæc alteratio est, sed, vt docetur 5. simpl. med. c. 1., *Medicamentũ alterare natum est, aut vna quapiam qualitate, nempè aut calefaciendo, aut refrigerando, aut humectando, aut siccando, aut dictorum coniugatione quapiam, aut tota sua substantia, sicuti complura deleteriorum, seu lethalium medicamentorum, nec pauca alexiteriorum, seu amuletorum; tum purgantia omnia, & pleraque eorum, quæ epispastica, hoc est, attrahentia nuncupant.* Hæc Galenus, qui 3. etiam de temper. cap. 2. hæc peculiarius distinxit, inquiens. *Quæ quidem assimilantur, omnia nutrimenta vocan-*

Alimenti & Medicamẽti differentia.

vocantur; reliqua omnia medicamenta: eſt porrò & horum natura duplex; quippè vel cuiuſmodi ſunt aſſumpta, eiuſmodi etiam permanentia, vincunt, mutantque corpus ad eum modum, quo id cibos; atque hæc prorſus tum venenoſa, tum naturæ animalis corruptricia pharmaca ſunt; vel mutationis initium ab animalis corpore conſecuta, deinceps iam putreſcunt, ac corrumpuntur; deinde corpus quoque vnà corrumpunt, ac putrefaciunt; ſunt autem hæc quoque venenoſa. Eſt his etiam amplius tertia medicamentorum ſpecies; eorum nimirum, quæ corpus recalfaciunt quidem, mali tamen nihil afferunt. Eſt & quarta eorum ſpecies, quæ & agunt, & patiuntur aliquid; ſed tandem vincuntur, planeque aſſimilantur: accidit porrò his, vt tam medicamenta ſint, quàm nutrimenta. Generaliſſimè itaque acceptum Medicamenti nomen omnia comprehendit, quæcunque vel aſſumpta, vel admota, humanum corpus immutare poſſunt, ſiue in ſubſtantia, ſiue in temperamento, vel quomodolibet aliter, ità vt etiam Venena complectatur; Hippocrates tamen de eo tantum loqui cenſendus eſt, quod in ægrotantis corporis vtilitatem cedit: medicamenta enim, vt habetur ij. meth. cap. 1., eatenus auxilia dicuntur, quatenus proſunt. De hoc igitur plura perpaucis verbis docentur in præſenti textu. Primo videlicet in quo medicamenti ratio conſiſtat prout diſtinguitur ab alimento. Secundo quam proportionem habere debeat ſuprà humanum corpus, vt illud immutet. Tertio quòd tranſmutatio fieri poſſit non modò à puro medicamento, verùm etiam à cibo, quod medicamentoſum ſit, vel medicamento admixtum. Quarto quòd medicamentorum operatio Ægris tantummodo profi-cua ſit, quippè cum hi præternaturaliter ſe habeant, à præternaturali ſtatu ad naturalem immutari exoptant; ſecùs quam ſani, qui ſeruari, non immutari cupiunt. Quinto denique quid ſequatur, niſi morbificas cauſas alterando, aut euacuando demoliamur. Ac de primo quidem iam ſatis dictum eſt cum Galeno locis citatis. De Secundo plura diximus tex. 12. & 29. libri huius: debet ſiquidem Agens viribus præſtare ſuprà Paſſum, vt illud immutet; haud tamen ſemper neceſſe eſt tale eſſe à propria virtute; ſed quandoque adiutum à natura; quandoque etiam diuturnitate temporis eadem præſtat,

Medicamẽta quotuplex.

Medicamẽti ratio generaliſſima.

©BIUM

præſtat, quæ ſi per ſe admodum validum eſſet, vt citato textu 12. fuit latè explicatum. Quoad tertium. *In alimento medicina optimum*, inquit Hippoc. lib. de alim., *In alimento medicina malum*, ſubdit ibidem: *Malum enim & optimum ad aliquid*. Hæc Hippocrates: Operę pretium propterea eſt inueſtigare quando bonum ſit, & quando malum, medicamentum cum alimento miſcere; ſupponendumque Primo pluriſariam id effici poſſe, ſimplici nimirùm aliquo alimento exhibito, quod ex ſui natura aſſimiletur quidem, ac conuertatur in aliti ſubſtantiam; ſed illam aliquo etiam pacto immutet; quod paſſim fieri, longo exemplorum apparatu de Plantis, & Animalibus, quæ Solo atque alimento immutato, ipſa pariter omninò immutantur, docuit Gal. lib. 3. de ſymptom. cauſ. cap. 2. Quinimmò, cum Agens quodlibet in Agendo repatiatur, vt docet Philoſophus 4. de gen. an. cap. 3., impoſſibile eſt naturam vllum immutare alimentum, quin & ipſa quoquo pacto immutetur: minimùm tamen id cum ſit, nulla eius habetur ratio; quapropter pura ea dicuntur alimenta: ſunt tamen alia, quæ, cum manifeſtè immutent, cuiuſmodi ſunt Lens, Braſſica, Lactuca, cæteraq; huius generis, medicamentoſa alimenta iurè appellantur; vel compoſito aliquo ex nutrimento & medicamento, vt Tipſana, cui Scamonij parùm immixtum ſit; vel deniq; exhibito alimento vnà cum medicamento, vel paulò poſt medicamentum, de quibus omnibus definiendum exiſtimamus, ratione habita aut corporis, aut medicamenti; Corpus ſiquidem, vel intrà ſanitatis latitudinem conſtitutum eſt; vel ægrotat: Si ſanitate fruitur; vel integra penituſq; inculpata, ita vt medium obtineat temperamentum; vel ad aliquam vergit intemperiem. Quod igitur optimo conſtat temperamento; puro etiam alimento indiget, cuius ſubſtantia optimè aſſimiletur, nullo pacto alterans, vt eodem in ſtatu illud ſeruari poſſit. Quòd ſi ad aliquam vergat intemperiem; tunc cibus exhibendus eſt, qui in ſubſtantia quidem aſſimiletur corpori; in qualitate autem intemperiei aduerſetur: quæ animaduerſio vt præclara, ita luculenter explicata reperitur apud Gal. 1. de alim. facul. cap. 1. Eademque ratione procedendum eſt in corpore ægrotante, vt docuit Hippoc. verbis ijs. *Contrarij vitijs*

num. 4.

Alimentum medicamẽto quando, & quot modis immiſcantur.

in

in morbis, in 6. epid. ſec. 8., primo autem aph. 16. *Victus humidi febricitantibus omnibus conferunt &c.* Si namque corpus ægrotat, dum viribus conſtat, purum requirit medicamentum, ne à cibi admixtione refractum, minùs, quam opus eſt, agat. Verùm, ſi debile fuerit, tunc bonum eſt medicamento alimentum admiſcere; vel paulo poſt medicamentum cibum etiam propinare, vt hinc roborata natura, medicamentum citius meliuſque actuare valeat; ex quo fit vt imbecilliores nonnulli ægrotantes, à prandio melius, quàm ante prandium purgentur, ſi catharthicum hauſerint. At ratione medicamenti, ſic determinandum videtur: vel medicamentum leue eſt, ac tunc malè ei admiſcetur cibus, à quo medicamenti vis hebetatur, ac ferè euaneſcit, aut in alimentum cedit; vel eſt validum, intenſam aliquam obtinens qualitatem calidam, vel ſiccam, vel deleteriam vim, venenolamque; vel inſuauiſſimum eſt; & in his caſibus alimentum medicamento admiſcere optimum, ad medicamenti vim hebetandam, aut ad corrigendam intemperiem; aut ad deleteriam facultatem retundendam (ſiquidem. *Purgantium omnium medicamentorum natura, corporum, quæ purgantur, naturis contraria eſt ac, vt quiſpiam dixerit, lethalis & deleteria*, inquit Gal. in Hip. de vict. acut. com. 2. t. 12.) aut ad prauum obuelandum ſaporem; vnde inſuauiora quamplurima, Saccaro, ac Melle, quæ alimenta ſunt, condiuntur, vt eorum iniocunditas horum dulcedine obumbretur: neque ab re erit Hippocratis præceptum hùc adducere ex lib. de vict. acut. *Vbi quis medicamentum bibit, ptiſanam protinus bibendam dato, neque inſigniter mincre, quam conſuetum eſt, quantitate: nam & rationi conſentaneum eſt in media purgatione ſorbendum non dare.* Nam quemadmodum ab accepto pharmaco ſtatim aliquid ſorbendum præbere, rationabile eſt, proficuumque, vt id videlicet abſtergatur, aut corrigatur, quod à pharmaco in ſuperiore ventriculi orificio relictum fuit, vellicans, nauſeamq; commouens; ità ſi in media exhibeatur purgatione, (vt complures paſſim, nullis ſubnixi rationibus, conſueuerunt, vnicuique indifferenter ius propinantes poſtquam euacuatio inceperit), non modò id non conducit, niſi vbi catharticum debiliter ob naturæ imbecil-

Cur aliqui à prandio melius, quàm antè prandiũ purgentur ſi catharticum aſſumant.

num. 13.

Ab aſſumpto catharticō quando aliquod alimentitium propinandũ.

©BIUM

becillitatem operatur, ſed noxium etiam eſt, cum medicamenti operatio impediatur à mixtione hac, eius vi hebetata; & natura à nouo cibo illecta, dum hunc amplexatur & retinet, expulſioni eam vacare impoſſibile eſt. De quarto ſatis dictum fuit textu libri huius 30. ſuper verbis ijs. *Sano enim non auxiliatur tranſmutatio, verùm ægroto.* Neque de quinto atque poſtremo plura ſuperſunt dicenda, quippè quòd in t. 18. non pauca nobis in illud argumentum dicta ſint.

L. Debilibus fortia medicamenta nõ exhibenda, neq; in exigua quantitate.

Medicamenta fortia à natura in debilibus morbis dare non oportet; neque paucitate medicamenti debilitas ipſius facienda eſt, ſed fortibus natura fortibus pharmacis vtendum eſt; debilibus verò, pharmacis non fortibus. Neque partiendum eſt medicamentum, ſed ſingulis ſecundum naturam; debilibus quidem debilia à natura, fortibus verò morbis, fortis naturæ pharmaca exhibenda ſunt.

QVoniam quæ fortiora ſunt, tranſmouent, medicamentique rationem explent, vt ſuperiori contextu aſſertum eſt; ne indifferenter quibuſcunque in morbis, fortibus quibuſcunque medicamentis vteremur (quod non abſque magno naturæ diſcrimine fieri poſſet) iam normam tradit, quam in medendo regulariter ſeruare debemus: ità vt quæ in hoc contextu circà pharmaca in debilibus aut fortibus morbis exhibēda mandat Hippocrates, ſint prout ratio dictat, non prout ſæpè cogit neceſſitas, pronunciata: nam licet veriſſimum ſit, iuxtà aph. 6. ſec. 1. decretum, magnis morbis magna conuenire remedia, quemadmodum paruis parua, mediocribus mediocria; obſtant nihilominus non rarò vires; obſtat circumfitus aër plus nimio æſtuans, vt tex. 12. latè explicatum fuit: Itaque ſi nihil repugnet, fortibus quidem morbis fortia medicamenta opponemus, non multorum mixtione refracta; non ex imminuta doſi imbecillia reddita, aut, eàdem integra, in plures vices diſpertita, ſed quæ integris viribus agant, proportioneq; reſpondeant morborum magnitudini; quemadmodum

modum è contra, leuioribus morbis, non nisi leuiora medicamenta adhibemus, neque statim ad mineralia & metallica medicamenta cõfugiendũ, vt plerumq; Chymicis in more esse notum est, etsi illa ad omnimodam benignitatem artificiosa operatione redacta prædicent; rarò tamen id verũ experimur: nam quamuis fortia, cuiusmodi apud Hippocratem sunt Veratrum, Elaterium, Peplus, aliaq; id genus, quæ ex innata vi à longinquis partibus electiuè valideq; trahunt; si in minima exhibeantur quantitate, imbecillia prorsùs euadere queãt: quid enim vnum, aut alterum Scamonij granum efficiat? Imbecillia rursùs, vt est Mercurialis, Lac, & Serum, Thimũ, aliaq; Hippocrati vsitata, ingenti quantitate exhibita, fortia euadere possint; nihilominus, illorum natura ignea cum sit, venenosa, humanæq; naturæ admodùm contraria, numquàm adeò remitti poterunt, quin aliquid deleteria sua vi offendãt; proindeq; ijs, nisi necesse valde sit, vt contumacioribus in morbis à lenta friggidaq; pituita prouenientibus, aut à melãcholico humore crasso terreoq;, nõ vtendum; sed tùnc solùm debita eorum dosis minuenda, aut plures in vices partienda erit, vbi forti cum morbo virium imbecillitas coniungatur, vt tex. 18. explicuimus: Vndè Hippoc. lib. acut. in magnò morbo, cum ingenti humorum cuiusq; generis repletione, in quo de longitudine ad minus timendum erat, propterèaque viribus iure erat consulendum, Scamonio mediocriter purgare præcipit. Imbecillia verò, si eò vsque augeri debeant, vt fortium vim in fortibus expugnandis morbis exæquent, in monstruosam profectò excrescent quantitatem, quam Aegri iurè fastidiant, atq. aduersentur. Verùm tam multis hodiè tum simplicibus, tum compositis medicamentis, quæ, quod mediocria sint, minimùmq; deleteria vi polleant, humanæque naturæ haud multùm aduersentur, benedicta nuncupari consueuerunt, nostri huius Æui pharmacia ditata est, vt innoxiè admodum in ijs diuagari possimus, augendo, minuendoque, prout magis opus esse videatur, vt præteream innumera à laborioso Chymicorum artificio summa industria hactenus inuenta, quibus iccircò Medicam facultatem tam mirè ab ijs exornatam plurimum debere, ingenuè fatendum est.

Valide medicamenta, siue chymico artificio, siue aliter elaborata, non nisi in magnis morbis vsurpãda

Pharmaciaà Chymicis plurimũ ditata est.

Ccc Cæte-

©BIUM

LI. Morbi per proximiorem partem euacuandi.

Cæterùm morbi ea parte, qua proximi sunt, educendi sunt, & qua parte singulis exitus proximus est, extrahendi.

SEntentia hæc iam explicata habetur tex. 35, lib. 2., vbi consimilis alia continetur, quemadmodum etiam tex. 11. libri tertij. Inde igitur resumenda, ne eadem frustrà pluriès repetamus. Illud obiter annotantes, non sine causa præceptum hoc toties insinuasse Hippocratem, cum aliàs pressus admodum sit, magni siquidem momenti est, vt alibi dictum.

LII. Aluum subducentia quot sint apud Hipp.

Aluum sistentia quæ sint.

Humida reficcata flatũ faciunt.

Aluum autem subducentia talia sunt, quæcunque lubrica, & incisiua sunt, & quæcunque in calidis attenuantur; (Venter enim calidus est) & reliqua, quæ salsuginosa sunt; & quæcunque ex talibus plurimùm participant. Contrà, aluum non subducentia, sed sistentia sunt, quæ flatum exhibent: (humida enim reficcata flatum faciunt), & quæ adstringunt, & quæ calore compacta sunt, & friabilia & sicca. Omnia autem, quæ foris extenuant, intrà corpus assumpta, tumefactionem inducunt; eadem autem, & ventrem sistentia, & pituitosa, & tumefacientia existunt. Et quæ aluum subducunt, atque extenuant, cum calefacientibus eadem sunt. Insuper autem etiam acida pituitosa sunt. Omnia vero, quæ frigefaciunt ea, quæ in ventre sunt, talia aluum subducunt. Item quæ friggida sunt, & quæ humida. Cùm autem non aluum subducentia fuerint, calfaciunt. Frigefaciunt autem & calida in ventrem assumpta, & citò fecessum faciunt. Si vero fecessum non faciunt, calida in ventre existunt. Ex his quæcunque repletionem faciunt maximè pituitosa sunt;

ſunt: quæ verò plurima aſſumpta repletionem non faciunt, aluum ſubducunt.

CVm nuper ad Medicinæ amplitudinem, difficultatemq; oſtendendam, de varijs medicamentorum facultatibus, euacuantibus, adſtringentibus, tumefacientibus, atq. extenuantibus mentionem habuiſſet; nunc earundem facultatum naturam peculiarius explicat, alioſque accidentales effectus eàdem cauſa exponit, à ſubducentibus initium ducens; in quorum ſerie enumerat, quæ ab innata, lentaq; humiditate alui vias lubricant, fœceſque, quas attingunt, tenaciter trahunt; & quæ partium tenuitate craſſos & lentos diſſecant humores, qui deorſum poſteà à natura pelluntur: Hinc 2. de diæt.,
nu.14. Raphanus humectat pituitam diffundens ſua acrimonia. Item quæ calidis in locis, Ventriculo nimirùm, molliuntur, atque eliquantur, quæq; demum ſalſuginoſa cum ſint, expultricem inteſtinorum vim irritant. Circa quæ non prætereundum eſt, quod notat Alexan. Petron. lib. de alu. ſine medic. moll. cap. 1., quod leniunt videlicet, quæ inter cibos, non inter potus ſalſuginoſa ſunt, & quæcunque ex talibus plurimùm participant: *Salſi namque potus propter ſuam tenuitatem in venas; cibi verò propter ſuam corpulentiam in inteſtina potiſſimùm recipiuntur: quamobrem illi, cum aliò ferantur, & ſiccandi vi polleant, fœcem arefacientia, ventrem adſtringunt. ij, quoniam; in inteſtina magis repunt, ſua ſalſedine ſtimulantes, aluum citat.*

Salſa eſculenta, non potulenta, aluum ſubducunt.

nu.16. Hinc Hipp. lib. de aq. aer. & loc., *Mentiuntur*, inquit, *homines de ſalſis aquis propter imperitiam in eo, quòd per aluum ſecedere, eamque ſoluere putantur: maximè enim contrariæ ſunt ad alui egeſtionem, ac ſeceſſum: ſunt enim crudæ, & coqui non poſſunt;*
nu.22. *quarè venter magis ab ipſis adſtringitur, quàm eliquatur. At* 2. de diæt., *Salſamenta ſiccant, & attenuant; pleraq; etiam aluum*
nu.16. *leniter mouent.* ac paulò poſt. *Carnes ſale ſeruatæ minus quidem alunt, humido per ſalem priuatæ; attenuant etiam, & ſic-*
nu.49. *cant, ac ſufficienter aluum mouent.* Et libello de affect. *Salſa ſecedunt, & vrinam cient, &c. ex quibus perſpicuum eſt ſalſas potiones aluum adſtringere, ſalſos verò cibos citare.* Hæc Petronius. Collocatè contrà in ſiſtentium numero flatulenta, pituitoſa

©BIUM

Flatulenta aluũ sistunt.

tuitosa videlicet, crassam lentamq; habentia humiditatem, quæ, dum exsiccatur, hoc est, discutitur atq. resoluitur ab imbecilliori præsertim calore, in spirituosum quendam alitum vertitur, crassum atque impurum, qui postmodum, si copiosior sit, vel intestina conuoluit, vel intercipit fœces, vel exsiccat. Ea pariter, quæ ex sui natura adstringentem habent facultatem, vt austera, & acerba, quæque terreæ existunt,

Friabilia, aluũ sistunt.

frigidæq; substantiæ. *Acerba exsiccant*, inquit Hippoc. lib. de affect., *& contrahunt corpus; habent & vim sistendi*. Quæ itidem calore obdurnerunt, & sicca sunt, & friabilia: talia namque terrea cum sint, & aquea, nullam aut pinguedinem, aut lentam humiditatem participant: quapropter nequaquam à calore eliquantur, sed duriora potius euadunt, vlterius resoluta aquea humiditate, vt in Iocinore euenit, quod commestũ, aluum sistit, quoniam quo magis coquitur, eo magis durescit, non eliquatur. Docuit id Arist. lib. 2. de part. cap. 7. inquiens. *Cerebrum autem esse commune aquæ & terræ constat ex eo, quod ei accidit: cum enim coquitur, indurescit, atque siccescit, vt humore exacto à calore, terrena portio relinquatur, quemadmodum in leguminum, reliquorumque fructuum decoctione: quòd enim ex terra magna ex parte constant, hinc exacto humore, quem exiguum sibi admixtum continent, dura, terrenaque admodum ea quoque relinquuntur*. Et Hippoc. lib. de affect. *Stabiles*, inquit, *& aluum sistentes cibi, & calescunt, & calefacti citò resiccantur, ac compinguntur: & propterea obduri facti, non secedunt. Quæ per aluũ secedunt, succosa sunt & natura calida*. Idem accidere asserit Hipp. 2. de diæt. eitcà assata, *quæ aluũ magis sistunt, quàm cruda, propterea quod humiditas, itemq; pinguedo per ignem ablata sunt: cùm itaq. in ventrẽ inciderunt, humiditatem ex ventre trahunt, & oscula venarũ concludunt, siccantq; & calefaciunt, quarè transitus humiditatis sistunt*. Hæc Hipp. Quid autem sit friabile, docuit Gal. lib. 3. de alim. facult. cap. 27., *Idem enim significat*, inquit, *ac si dicas nihil in eo esse lętoris aut pinguedinis*. quę certè causalis definitio est; eius tamen formalitatem explicauit Arist. 4. meteor. trac. 3. c. 2. *Quæcunque*, inquit, *ità concrenere, vt multis scateant foraminibus, quæ directim posita non sint, friabilia sunt*. Hæc igitur malè cohærent ob lentæ & pinguis humiditatis indi-

nu. 49.

Quæ à calore nõ liquãtur, nõ secedunt per aluum.

nu. 50.

nu. 17.

Assa cur aluũ sistunt.

Friabile quid sit.

gentiam

gentiam; vnde in minimas comminui partes apta sunt, exsiccantque, ac proindè cum cibis lentore præditis talia alimenta commiscere proficuum est. Sistunt pariter omnia, quæ exterius admota extenuant; intùs tamen sumpta replent: Hæc etenim calida cum sint & ficca, exteriores quidem partes, resoluta exsiccataque humiditate, comminuunt; intùs autem, exsiccatis fœcibus, aluoque obdurata, repletionis causa deindè exsistunt, dum, quæ postmodum assumuntur alimenta, secedere nequeunt, cum præpeditas offendant alui vias. Subdit. *Quæ aluum subducunt, extenuantque euacuando, calida sunt, non autem sicca*: Quod ad eorum discrimen dictum est, quæ exterius extenuant, intùs autem replent; & non modo calida, sed etiam sicca exsistunt. Id clarius expressit lib. de Affect. *Calidi cibi, sicci quidem, sistunt; humorem enim in ventre siccant: si verò humidi sunt, humectantes per caliditatem, aluũ subducunt.* Et paulò inferius. *Quæ per aluum secedunt, succosa sunt, & natura calida.*

Calida & ficca foràs adhibita, extenuant, intùs replent.

Calida & humida, aluum lubricant.

Insuper etiam acida pituitosa sunt. Adstringunt siquidem acida, proindeque, & ipsa pituitosa, hoc est, replentia exsistunt. At ex 2. de diæt. *Acida non replent*. afferturque ratio, propterea scilicet, quòd oscula venarum aperiunt, & expurgant. An, vt docuit Gal. 2. de alim. facul. c. 21., acida cum crassum succum in ventre inuenerint, ipsum incidunt, ac seorsum deducunt, indeque deiectiones humectant? Quòd si ventrem purum inuenerint, ipsum magis sistunt: frigida enim & ficca sunt, tenuisque substantiæ: ex quo non modò adstringunt, sed etiam dissecant; vndè varios producunt effectus, pro materiei, circà quam agunt, varietate.

Acida quomodo replent.

Acida pituitosum ventrem lubricant, purum adstringunt.

Omnia verò, quæ frigefaciunt ea, quæ in ventre sunt, talia aluum subducunt. Huic contrarium est, quod habetur lib. 6. epid. sec. 5. *Refrigeratio, quæ in ventre sunt, durat*: Quod de exteriorum refrigeratione intelligendum esse vult Galenus; extimis enim refrigeratis ventres incalescunt, dum internus calor frigore circumseptus, ad intimiora refugit, vniturque; optima proinde fit ciborum concoctio, & distributio; quapropter

Frigida exterius quidẽ aluũ durant, intus verò subducunt.

©BIUM

propter deiectiones ſiccari conſequens eſt, & dureſcere, vt ſpirante Aquilone, hyemalique tempore contingere aſſeritur ſec. 1. aph. 15., & ſec. 3. aph. 10. Interiorum autem refrigeratio humectat; quinimmo celiacos interdum affectus, ſeu ventris profluuia concitat, cibis neque probe excoctis, neque ritè diſtributis. Sed obſtat adhuc lib. 2. de diæt., vbi ità legitur. nu. 15.

Excellenter friggida quomodo congelando aluũ ſiſtãt.

Spiritus, cibus, & potus humiditatem in corpore congelant, ſi excellenter friggida ſunt, & per congelationem, atque humiditatem aluos ſiſtunt; nam animæ humiditatem ſuperant. Neque locum hunc Galeni authoritate refellas loco citato, impoſſibile id eſſe aſſerentis, cum partes ventris adeò rigere nequeant, vt cibi, potuſque congelati obdurentur, velut alia extrà noſtrum corpus hyeme à frigore concreta dureſcunt: prius enim, quàm ita frigeret, homo interiret: nam de vera congelatione haud Hippocratem loqui, certo certius patet ex eodem 2. de diæt., nu. 15. vbi ita pergit. *Rursùs etiam caliditatis exceſſus eandem congelant; & in tantum, vt diffundi neqeant.* Loquitur itaque de congelatione ea, quæ ab exceſſu pariter caloris prouenire poteſt, quæ haud vera eſt congelatio, ſed quædã potius incraſſatio, ab excellenti namq; tum frigore, tum calore, tenuis humorũ humiditas abſumitur; ab hoc quidem exſiccãdo, ab illo autem tum exſiccando, tum exprimendo, atq; ità craſſiores redduntur, ac minùs fluxiles: ex quo humores hyeme haud benè purgari cõmuniter aſſeritur, eò quòd craſſiores cũ ſint, catharticis minùs cedunt. Omitto, quòd ex Galeni ſententia friggidæ potio calidis naturis ventriculum corroborat; vnde 7. meth. cap. 4., laborantibus ventriculi imbecillitate à nimio calore, aquas, fructuſque niue gelidos exhibuit; quapropter Seneca niuem æſtuantis ventriculi ſolatium nuncupauit. Friggida ergo, niſi eouſque intenſa ſit, vt ventriculi facultates deijciat, certum eſt, quantum eſt ex ſe, indurare & cogere; vnde ex 6. epid. ſec. 3. *friggidum valdè venas frangit, & tuſſim citat, vt nix, glacies, & contrahit.* At Hippocrates præſenti textu varia etiam refert, quæ per accidens contingunt, qualis eſt ſubductio à refrigerantibus, modo hactenus explicato. Patet itaque vt nam ea, quæ ventrem, ſiue ea, quæ in ventre ſunt, frigefaciunt; aut quæ ex ſui natura friggida ſunt, proindeque coqui inepta,

Quid ſit cõgelatio apud Hippocratẽ.

Gal. 3 meth. c. 3.

Friggidus potus imbecillum à caliditate ventriculum roborat.

Sen. epiſt. 95.

Nix æſtuantis ventriculi ſolatium.

aluum

aluum ſubducant: quatenus videlicet læſa coctione, alimenta tenuia, ſemicrudaque deorſum feruntur, quemadmodum, quæ nimis humida ſunt, abluendo eandem aluum humectant. Quòd ſi friggida non vſque adeò potentia ſint, vt læſo calore ſubducant; tunc calefaciant neceſſe eſt: nam calor, vt contrario reſiſtat, vnitur in ſe; indeque aut ſuperatur; & tunc vitiatur coctio; aut à contrarij circumobſiſtentia augetur. Nimia pariter humiditas, niſi aluo commota deijcitur, putreſcit in ventre, indeque calor præternaturaliter augetur.

Calor à frigore augetur.

Frigefaciunt etiam & calida in ventrem aſſumpta.

Si nimirum adeò intenſa ſint, vt naturalem humiditatem, innati caloris pabulum, validè abſumant: tunc enim naturalem calorem per accidens imminui, ablato alimento, neceſſe eſt; vt patet in potentiori vino, copioſè nimis hauſto, quòd imminuti caloris accidentia parere conſueuit. Calida igitur, ſi talia ſint, ipſa etiam ſeceſſum faciunt læſa coctione: Quod ſi naturalem calorem modo explicato non lædant; tunc quod calefaciant neceſſe eſt: id namque per ſe, & ex ſui natura efficere apta exiſtunt.

Calida intus aſſumpta, quomodo calefaciunt.

Vinũ potentius calorẽ naturalem imminuit, ſi copioſè hauriatur.

Ex his quæcunque repletionem faciunt &c.

Ex alimentis nimirum, quæcunque plurimùm nutriunt, pauca verò gignunt excrementa, hæc pituitoſa, ſeu potius, repletiua maximè ſunt, minimèque aluum ſubducunt: velut è contra, quæ minimùm nutriunt, plurimaque gignunt excrementa, ab horum pondere, aut acrimonia, aut humiditate aluum citam ferri neceſſe eſt.

Nimis calida naturalem calorem imminuũt.

Alimenta plurimum nutriẽtia ſiſtũt aluum, excremẽtoſa autem ſoluunt.

LIII. Medicina itaque mihi iam tota inuenta eſſe videtur, quæ ſic habet, & quæ docet ſingulas & conſuetudines & occaſiones: Qui enim ſic Medicinam nouit, minime fortunam reſpicit, aut expectat; ſed & citrà fortunam, & cum fortuna recte faciet: Conſtans enim, & firma eſt tota Medicina, & doctrinæ optimæ in ipſa compoſitæ, minime fortuna egere

Medicina tota inuẽta eſt.

ap-

©BIUM

apparent: nam fortuna ſui iuris eſt, & nullius imperio ſubeſt; neque optantis eſt ad ipſam peruenire: ſcientia verò imperata facere cogitur, & facile eſt ipſam feliciter aſſequi, ſi quis ſciens vti velit.

TExtus hic Hippocratem vt ſibi pugnantem, variumque damnare videtur: quomodo enim Medicina tota inuẽta eſt, ſi lib. de vet. med. complura deinceps inuenta iri à ſufficienti viro, & inuentorum inſtructo affirmauit? Quinimmò epiſtola vigeſima ad Democritum; ſe, quamuis ſenem, ad finem Medicinæ non peruenisse fatetur. Ad hæc, vt nam conſtans firmaque tota medicina aſſeritur, cum tex. 42. huius libri impoſſibile eſſe affirmauerit, ſtatam certamque doctrinam in ipſa fieri? Verùm haud fallitur Magnus hic Senex, nam à primo vſque mundi exordio Medicinam extitiſſe rationabile eſt, non modo quod primum illum humani generis Progenitorem nihil latuerit; quapropter eum quibuſque rebus expreſſiuas proprietatum nomenclaturas impoſuiſſe, teſtis eſt Moſes 1. Geneſ. cap. 2., Verùm etiam quòd poſt illud nunquam ſatis deplorandum Diuinæ læſæ Maieſtatis crimen, infauſto nimis conſilio, deteſtandoque patratum, omne ærumnarum genus humanitatem inceſſere cæpit; ipſaq; adeò neceſſitas varia perquirere, obſeruareque coegit, quò languoribus ſuccurreretur. Tamen empirica prorsùs medicina illa fuit, obſeruationi tantummodò innixa, nullis ſuffulta rationibus; diuq; eam ita permanſiſſe credẽdum eſt, tum apud Chaldæos; tum apud Ægyptios; cum nullius ad nos memoria peruenerit, qui Apolline prius illam accuratius excoluerit. Hic itaq; herbarum complurium virtutes adeptus, quòd eas in Mortalium vtilitatem contulerit, inter Numina relatus eſt: nam tunc temporis *Nil aliud Deus erat Mortali*, inquit Plinius, *quàm iuuare Mortalem; atque hæc ad æternam gloriam via*. Secutus illum eſt Æſculapius filius, qui experimenta rationibus exornare aggreſſus eſt, primaque artis fundamenta iacere, atque ampliare: vndè & ipſe inter Numina adſcriptus; eidemque viæ inſiſtère Aſclepiadei complures, vtiliſſimam mortalibus artem experimentis, documentiſque perficere non deſinentes, donec

num. 31.

Medicina à Mũdi exordio extitit.

Moſes expreſſiuas proprietatũ nomẽclaturas rebus omnibus impoſuit.

Gal. in introd. ſeu Medico cap. 1. & 2.

Apollo primus Medicinæ excultor.

Lib. 1. nat. hiſt. cap. 7.

Æſculapius Apollinis filius experimẽta rationibus exornare primò aggreſſus eſt

nec magnus ille Hippocr. Couus exortus est, singulari præditus ingenio in humani generis bonum; qui facultatem hanc præclare adeò ditauit, vt inexhaustum propè doctrinæ thesaurum reliquerit. *Sic nascentes omnes artes rudes sunt*, inquit Seneca, *harumque in processu subtilitas creuit*. Iurè ergo asserit Hippocrates totam Medicinam iam sibi inuentam videri, non quod vlterius perfici, ampliarique non possit, contrarium enim, vt dictum est, sentit lib. de vet. med., reque ipsa id clarum fecit alterũ Medicinæ lumen Galenus; qui omnia adeò illustrauit, auxitque, vt perfectissimæ artis maiestatem & esse ei tribuerit; neq; posthac deerunt, qui in vberrimo hoc agro non infeliciter insudaturi sint, nisi adeò effœta iam est Natura, vt nil boni nunc producere possit: sed quod vult Hippocrates est, quod Medica ars, idest, salubrium illa præceptionum, sententiarumq. concordium & connexarum collectio, ratione experientiaq; inuentarum, iam tota à suo vsq; tempore reperta extabat, suis omnibus integrata partibus, siue ad Physiologiam, siue ad Pathologiam, Prophylacticam, Simioticam, & Therapeuticam spectantibus; ità vt nihil tunc deesset ex ijs, quæ ad veram perfectamque rationalem disciplinam constituendam necessario requiruntur; ea, inquam, Medicina, quæ singulas docet consuetudines & occasiones, consuetos nimirùm effectus, agendiq; opportunitates ob varios videlicet repentium humorum impetus; Naturæ, morbo aduersantis varios ad varias partes conatus, humani Corporis fluxibilitatem, Medicamentorum varios itidem, atque inopinatos effectus, qui emergere passim consueuerunt; inque tanta rerum incertitudine & variabilitate, rationabiliter omnibus se se opponere docet; ità vt qui animum præceptionibus ijs ritè institutum habet, vsuque habitum recta ratione factiuum acquisiuerit, numquam temerè atque inconsultò operetur, fortunæ se se committens, sed è re nata consilium in arena, vt dicitur, capere didicit, temporum occasiones, opportunitatesq; ad agendum noscens atq; arripiens; idque, vt dictum est, generalium præceptorũ ope, quas leges appellat Plato, per quę symptomatibus inregulariter ac turbatè emergentibus, regulariter occurrere docetur, cuiusmodi illud est. *Contrariorum*

Hippocrates Couus inexhaustum doctrinę thesaurũ reliquit.

Artes omnes nascẽtes rudes sunt.

Gal. Medicinã maximè illustrauit.

Medica ars quid sit.

Præcepta artis leges sunt secundum Platonem.

©BIUM

contrariæ ſunt medelæ. Quò maximè Natura vergit per conferentia loca, eò ducere oportet. Quæ iudicantur, vel iudicata ſunt integrè, non mouenda. Concocta medicari; cruda non mouere, neque in principijs, niſi turgeant. Repentium humorum medela declinatio, deriuatio, reuulſio, ſiccatio &c. aliaque huiuſcemodi, quibus aphoriſtici Hippocratis libri, Galenique methodus, refertiſſimi ſunt. Quod quam verum ſit, hanc nimirùm Medicinam totam ab Hippocratis vſque temporibus fuiſſe repertam, luce clarius apparet eius monumenta perluſtrantibus: Non inde tamen fit, quin ſingulæ hæ partes vlterius adhuc perfici, ampliarique queãt ab ijs, qui ijſdem innixi fundamentis, eademq; via inueſtigantes progrediuntur; vt enim aſſeruit citato lib. de vet. med., *Medicina ab antiquo exiſtit, & principium, & via inuenta, & multa, & probè habentia comperta ſunt, per multum adeò tempus, & reliqua deinceps inuenientur, ſi quis ſufficiens ſit, & iam inuentorum gnarus, ex his ad perquirendum procedat.* Vt autem doceret aliam omnẽ ab hac Medicinam falſam eſſe, eoſq; reprobaret, qui de nouis conſtituendis ſectis aſsiduè laborant, inter quos non immeritò fortaſſe è Spagyricis nonnulli adnumerandi veniunt, qui nuſquã rationales in Medicos conuicia effutire deſinunt, etſi aliàs non inutiles prorsùs fateamur medicamentorum quorundam præparatione, quæ, ſi iuxtà Aſclepiadum dogmata, rationalique methodo in vſum reuocentur, perſæpè ſalutaria admodum abſque dubio eſſe poterunt; alioqui pernicioſa plerumque experiemur. Sic pergit. *Quicunque verò his reiectis, ac omnibus reprobatis, alia via, aliaq; forma inquirere conatur, & quid inueniſſe gloriatur, falſus eſt, & fallitur.* Sperandum itaque, & in poſterum præclariſſimam hanc artem, præque cæteris omnibus proficuam acceſſiones habituram, etſi iam eam non multùm promoueri conſpiciamus, eò quòd Medicorum multitudo, quorum plerique ſolo nomine tales ſunt, viliorem aliquanto reddiderint; ita vt homines eam haud multi nunc facere videantur, iuſtis fraudantes honoribus; indeq; ille extinguitur amor, qui ex Platonis ſententia, artium omnium gubernator & inuentor eſt. *Honos ſiquidem alit artes, omneſq; incendimur ad ſtudia gloriæ,* inquit Cicero, *iacentque ea ſemper, quæ apud quoſque improbantur.* Qui ergo meden-

Medicina in dies magis perfici poteſt.

Qui nouam Medicinam nouis ſuffulti fundamẽtis inueniſſe gloriãtur, fallunt.

Chymica medicamenta, vtilia ſunt, ſi dogmaticorum præceptis obſeruatis vſurpentur.

Medicina exiguo in honore nũc habetur & cur.

Plato in cõu.

Cic. lib. 1. Tuſcul.

©BIUM

medendi artem præceptis legibusque ità instructam nouit, fortunam haudquaquam in agendo respicit; huius namque actio non à fortuna pendet, quæ accidentalis causa est, non ratione, sed temeritate effectiua, cui prudens Artifex minimè se committet; Sed ab arte, quæ habitus est operationes recta ad opus ratione dirigens, legesque præscribens, quibus benè seruatis, infallibiliter benè operatur; dummodoque nihil impediat, certissimè etiam operis finem obtinebit; vnde & citrà fortunam, & cum fortuna benè agit: cum fortuna quidem, si nihil circa materiale obiectum accidat, operationem impediens; quinimmò aliquid accidentaliter faueat, proindeque finem feliciter assequatur: citrà fortunam verò si quid superueniat impediens: *Nam ars propter fortunæ casum*, inquit Hipp. epist. 16. ad Crateuam, *à rectè faciendi proposito aberrat*. tunc enim, etsi intentum non obtineat finem, inde tamen non fit, quin minus rectè operatus fuerit, dummodò iuxtà suæ artis præcepta egerit, vt latius dictum est tex. 42. Atque talis profectò Medicina, quæ præceptionibus optimis, legibusque ratione atque experientia comprobatis, coagmentata est, constans, atque inuariabilis existit, inque operando quantum est ex se nulla indiget fortuna, quæ inconstanter vlla absque ratione semper operatur, cum nullis arctari possit legibus vt hoc vel illud producat; nemini morem gerit, sed sui semper iuris est, indifferens ad quæcunque, nullam habens cum suo effectu connexionem, neque in vllius arbitrio est illa potiri. At Scientia, seu Ars è contra determinatum in opus ex sui natura directa est, & in ordine ad illud acquirendum necessariò operatur, facilè & vt plurimum etiam acquirit, si prudens benèque institutus Artifex scienter, vtque decet, ea vti velit, precepta ex arte in vsum reuocando: *Peritia enim efficit*, inquit Plato, *vt via nostra per artem incedat; imperitia verò vt per fortunam temere circum vagetur*. Ex dictis iam satis patet cur dixerit Hippocrates t. 42. impossibile esse statam certamque doctrinam in Medicina fieri, contrà ac in presenti textu decreuit: non habet etenim certam statamque doctrinam particularis vnius certæ atque inuariabilis operationis, vt Scriptoria, Fabrilignaria, cæteræque huius generis, sed cum innu-

Honos alit artes.

Fortuna qd sit.

Ars quid sit.

Medicina fortuna non indiget.

Quid differat inter Artem in fortunam.

Plato in Gorgia.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 413 sur 478

©BIUM

meræ penè sint in ea operandi varietates, etiam ad eundem finem obtinendum, certa tamen, stabilique scientia per vniuersales quasdam præceptiones & leges ita regulatur, vt exclusa quamuis temeritate, nihil inconsultò agat.

LIV. Deinde verò quid opus est Medicinæ fortuna? si enim morborum medicamenta clara sunt & manifesta, velut equidem arbitror, non expectat sane fortunam ad sanandos morbos, siquidem sunt medicamenta. Si verò cum fortuna exhibere ipsa prodest, non magis medicamenta, quàm ea, quæ non sunt medicamenta, vnà cum fortuna adhibita, sanos faciunt.

Medicina tutò operatur, neque à fortuna pendet.

PErgit vlterius ostendere, quòd Medicina firma, & certa sit in suis operationibus; quique eam possidet, non accidentaliter, & ex fortunæ arbitratu, sed semper, atque infallibiliter benè operatur. Probauit id superiori textu ratione à medicinę essentia desumpta; cum Medicina vera ars sit, optimis documentis præceptisque instituta, artificis effectiones recta ratione ad opus dirigens; proindeq; quantum ex se est, nulla accidentaria causa indiget, vt suo potiatur fine: vtque dicebat ille.

Iun. sat. 10.

Nullum Numen abest, si sit Prudentia, sed Te
Nos facimus Fortuna Deam, Coeloque locamus.

Id ipsum iam probat ratione alia à medicamentis petita; Hæc enim si vera sunt, ac certũ est, quod ex sui natura ad taliter vel taliter agendum, alterandumq; determinata existant; quid fortunam expectabunt vt alterent? Omne enim Agens benè applicatum, semper, & infallibiliter agit. Quòd si ad agendum non satis sit talia ex sui natura ea esse, connexionemque cum tali effectu habere, sed adhuc fortuna opus sit; vtique non magis medicamenta, quàm cætera quæcumque indifferenter, modò cum fortuna adhibeantur, sanitatem restituent: Fortunæ siquidem est effectum producere, cum quo nullam essentialiter connexionem habet.

Qui-

LV. Quicumquè verò fortunam ex Medicina, aut ex alia quapiam arte expellit, dicitque eos, qui probe rem aliquam ſciunt, fortuna non vti; is contrarium mihi iudicare videtur. Mihi enim ſoli hi fortunate aſſequi, itemque infortunate non aſſequi videntur, qui recte quid, & male facere ſciunt: fortunate enim aſſequi, eſt recte facere; hoc autem hi, qui ſciunt, faciunt. Non aſſequi autem, hoc eſt, ſi quis non ſciat, hoc non recte faciat. Indoctus autem qui eſt, quomodò fortunate aſſequi poſſit? Si quid enim etiam aſſequatur, non memorabilem ſane ſucceſſum habebit; Qui enim non recte quid facit, non fortunate aſſequi poterit, cum reliqua, quæ æquum eſt facere, non faciat.

Fortunatè agere quid ſit apud Hippocratem.

VArius eſt Fortunæ ſignificatus apud Hippocratem: ſignificat etenim quandoque, vt dictum eſt, contingentem cauſam, quæ effectum producit, cum quo nullam ex ſe habet connexionem, neque ad illum directa eſt; vnde temerè & præter rationem agens, raro eundem attingit; Hinc Tragicus ille.

Fortuna varios habet ſignificatus apud Hippoc.

Res humanas ordine nullo
Fortuna regit, ſpargitque manu
Munera cœca, peiora fouens.

Senec. in Hippolyt.

Sola ratio eorum eſt, quæ ſemper, aut frequenter fiunt, inquit, Philoſophus 2. phyſ. t. 55., *Fortuna autem eſt de ijs, quæ raro.* Eſt inſuper ſui iuris, nulliſque parit legibus, neque in vllius arbitrio eſt eam quandocunque acquirere; vtque dicebat Plato in Menone. *Rectè ducunt duo hæc ſola, vera Opinio, atque Scientia; quibus homo præditus, dux eſſe alijs vere poteſt: quæ enim fortuna contingunt, imperio hominis nequaquam ſiunt; Quibus verò homo ad rectum dux eſt, duo hæc ſunt, Opinio, atque Scientia.* Tali pacto accepit etiam Ariſtoteles 2. phyſ. t. 52. dum aſſeruit Fortunam eſſe cauſam ſecundum accidens in ijs, quæ ſecundum electionem fiunt ob aliquem finem: quemadmodum Caſus

eſt

©BIUM

est in ijs, quæ præter electionem, vel cum electione efficiuntur: Atque ita accepta Fortuna, contraria adeò est cuiuis artis prudentiæ, vt se se inuicem excludant, vt patet ex eodem Aristotele cap. 9. li. 2. mag. moral. *Vbi mens plurima ac ratio*, inquit, *ibi fortuna minima. Vbi plurima fortuna, ibi mens perexigua:* nam recta ratio ordinatè, semperque eodem modo agit; non ita fortuna: Quapropter nequaquam hac indiget Medicina ad benè agendum, vt nuper dictum est: sufficit namq; vt iuxta suas leges agat ad hoc, vt benè agat; ex vsu tamen esse potest ad feliciter agendum, & cum plena facilique finis consecutione: etenim plura circa obiectum accidere queunt, quæ medicamenti operationem felicitent, aut irritam faciant, vt luculenter docuit Hipp. lib. 1. de morb., ita vt recte dixerit Plato 4. de leg. *Qui artem habet, precari potest, vt aliquid à fortuna sibi feliciter adsit, nec alia ré, præter quam artificio, opus est.* Significat 2. Hippocrati Fortuna rectam actionem, quæ prætensum assequitur finem; quo pacto, cum Felicitate quodammodo confunditur, quæ bona est actio, vt docetur 2. phys. t. 58. Tali significatu accepit Hippocrates lib. de arte, inquiens *Ego verò non priuabo quidem ipse fortunam tanquam nihil operæpretij faciat: puto enim morbis, qui malè curantur, vt plurimum infortunium accidere; qui verò benè, eos bonam fortunam nanciscì.* Atque ità accepisse præsenti etiam textu censendum est, dum eos improbat, qui fortunam à Medicina, aut alia quauis arte, penitus excludunt; quemadmodum in priori sensu accepta videtur maiori ex parte excludenda: nam qui sciunt quid rectum, quidue malum sit in arte; is scit benè, & malè agere, & consequenter fortunatè, & infortunatè: nam benè agens plerumque finem assequitur, ac proindè fortunatè agit; qui verò malè agit, suo vt plurimum frustratur fine, proindeque infortunatè agens est. Cæterùm textus satis per se clarus existit; ad reliqua iccircò properandum.

Vbi mẽs plurima, ibi fortuna minima, & è contrà.

Fortuna qd præstet Medicinæ.

num. 6. & 7.

Felicitas qd sit.

num. 5.

Fortuna ab artibus non escludenda.

In nullo morbo minus fortuna sibi vindicare quàm ars potest. arg. Coss. cap. 1. l. 3.

LVI. Morbi Muliebres. Vteri omnium morborum causæ sunt: hi enim vbi ex natura transmoti fuerint; morbos exhibent, siue ascenderint, siue descenderint: Et cum quidem vteri osculum sulum non demittentes,

Vteri omnium morborum causa sunt.

Vteri distorsiones.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 416 sur 478

tes, & pudendi eminentias non contingentes, tranſmoti fuerint foràs, leuiſſimus morbus eſt; cum vero in anteriorem partem promoti fuerint, & oſculum in pudendi eminentias, ac labra immiſerint; primùm quidem ipſo contactu dolorem Vterus percipit, ac exhibet: deindè obturatus, & velut operculo contectus, ex eo, quod pudendi eminentiis incumbit, fluxus non contingit, qui menſium nomine venit. Hic verò fluxus congregatus, tumorem, ac dolorem exhibet: & ſiquidem infrà deſcendens, & auerſus in inguen ſe immiſerit, dolorem exhibebit; Si vero ſurſum aſcendens, auerſus, & obturatus fuerit; etiam ſic propter raritatem, ac coarctationem dolorem exhibet. Cum vero propter hoc ægrotarit, Coxendicum, ac Capitis dolorem facit. Vbi vero Vteri impleti intumuerint, nihil fluit, & pleni fiunt: cum autem pleni facti fuerint, Coxendiceſque contingunt, dolores exhibent, & in Coxendices, & in Inguen, & velut pilæ in ventre diſcurrunt, & Caput dolore affligunt, modo altera ipſius parte; modo totum, prout contingit ipſi morbus.

Menſiũ ſuppreſſionis damna.

Vterus vt pila in ventrẽ diſcurrit.

VIx abſolutum Medicinæ compendium dici poſſet liber hic, niſi aliqua in eo de muliebribus etiam morbis haberentur, cum hi non minimam Theraupeticæ partem ſibi abſumant. Mulieres itaque cum præter eos, quos cum hominibus communes habent morbos, alijs non paucis peculiariter obnoxiæ ſint ob Vterum, quem peculiariter ipſæ poſſident; hinc eſt, quòd illum morborum omniũ cauſam aſſerat Hippocrates; morborum videlicet muliebrium; niſi dicere velimus cæterorum etiam cauſam dici poſſe, quandò nullum morbi genus eſt, cui Vterus occaſionem præbere non valeat dum varia cuiuſque ſortis excrementa partibus quibuſque imper-

Vterus quomodo morborum omnium cauſa ſit.

©BIUM

impertiri poteſt, & quaſcunq; in conſenſum trahere aptus eſt, cum Cerebro per ſpinam, Cordi per arterias, Hepati per venas, proximis circumſitis partibus per ligamenta & villos adnectatur: vndè Democritus lib. de nat. hum., *Vterus*, inquit, *puerorum mater, vehemens malum, infinitarum ærumnarum in Muliere cauſa eſt*: Et Aretæus lib. 2. diut. paſſ. cap. 2., *Mulieribus vterus ad purgationem & partum bonus eſt, ſed morborum infinitorum, malorumq; acerbum congerit.* Inter veſicam rectumq; inteſtinum in Hypogaſtrio reconditur, proximis oſſibus, proprijs quatuor ligamentis obfirmatus; duplici quidem propè fundum ab oſſe ſacro ſuſpenſus eſt; duplici oſſibus pubis per inguina iuxtà ſua latera alligatur, quæ tamen ligamenta ità laxa apparent, vt in ampla coxendicum capacitate multiplici motu quàque versùs commodè vagari poſſit, vt de facto non rarò oberrat; in ijs præſertim Mulieribus, quibus laxiora ſunt hæc ligamenta, aut quòd à grandioris fœtus pondere elongata ſint, aut in ipſomet partu vim aliquam paſſa; vt iam præteream naturalem ad motiones has, & diſtorſiones depoſitionem, quam nonnullæ habent Mulieres, vt docuit Hipp. lib. 1. de morb. mul.; nimirum ob vteri paruitatem, qui maius procul dubio relinquit circa ſe ſpatium, in quo dimoueri poſſit; nam non adeò à proximis partibus coarctatur: & ob longiorem pariter ceruicem, ex qua habet vterus, vt in partes quaslibet facilius diſtorqueri queat; Quam vteri paruitatē præternaturaliter etiā interdum accidere docuit Hip. 1. de morb. mul. his verbis. *Si ſuffocatio derepentè acceſſerit, fit autem maximè his, quæ cum Viris non coeunt, & ſenioribus magis quam iunioribus, læuiores enim vteri ipſarum ſunt; fit autē potiſſimum tunc, vbi mulieri vaſa euacuata fuerint, aut plus ſolito laborarint, reſiccati à labore vteri conuertuntur, vt qui vacui ſunt, ac læues, ac proinde magis lubrici; eſt enim ipſis locus ſpatioſus vt conuertantur, vt potè ventre vacuo exiſtente.* Hæc Hipp. Omnis autem occaſio vteros propellere poteſt, ſi quid mali habeant; nam & à frigore pedum & lumborum; & à ſaltatione, terrore, lignorum ſectione & curſu ad accliuem & procliuem locum, & ab alijs multis propelluntur, ex Hippocrate lib. 2. de morb. mul. Hinc Plato in dial. de nat. *Vnum animal generandi cupidum,* inquit,

Vterus infinitarum ærumnarum cauſa.

Vteri ſitus.

Vterus in quibus Mulieribus facilius diuagetur.

num. 5.

num. 16.

Vterum omnis occaſio facilè propellit.

In fine Timæi.

num. 14 & 23.

inquit, *quandò procul à fœtu in flore ætatis, aut vltra diutius detinetur; ægrè fert moram, & plurimum indignatur, passimque per corpus errans, meatus spiritus intercludit, respirare non sinit, extremis vexat angustijs, morbis denique omnibus premit.* Cui subscribit Aretæus 2. Acut. c. 11. inquiens. *In medijs Ilibus Mulierum Vulua posita est, muliebre viscus, animalis fermè naturam adeptum: siquidem per se hùc, atque illùc versus ilia mouetur; quin etiam ad superiora è regione pectoris cartilaginem subit; in latera quoque, in dextram videlicet, aut læuam partem, aut ad Ieeur, aliaue intestina mouetur, & ad inferiora natura procliuior est, vtque paucis absoluam, penitus errabunda est, & iucundis odoribus delectatur, ad ipsosque se recipit; contra fœdè olentibus contristatur, & ab ipsis longius se proripit, ac prorsus est in homine vulua perinde ac in animali quoddam animal.* Hęc Aretæus; vbi notandum dixisse *hoc viscus animalis fermè naturam adeptum, & esse in homine perinde ac animal in animali*, vt ostenderet se nequaquam censuisse verè & realiter vterum esse animal per se distinctum à Muliere, in qua est; sed tales habere motiones perinde ac si animal esset: Quo pacto intelligendus etiam est Plato; ita vt Gal. 6. de loc. aff. cap. 5. iniuria insurgat in illum, velut quid ridiculũ protulerit, cum & ipse lib. de sem. cap. 4. sic loquatur. *Vterus cum qualitatem seminis affectat, totus obuiam se se offert, atque accurrit ad cunnum; suoque collo ac gula tanquam manu vtitur, qua semen intrò compellat.* Quod docuerat etiam Aristot. lib. 7. de hist. an. cap. 2., inquiens. *Multis etiam desiderio coitus, (quo vel iuuenilis ætatis ratione, vel quia longo tempore abstinuerint, tenentur,) descendunt vteri & mestruæ sæpe ter in mense citantur, donec concipiant; quo facto ascendunt & suo situ constituuntur.* Quod si, dum semen appetit, totus ad cunnum se offert, atque accurrit; cur dum nimium exsiccatus est, adeò absurdum erit ad Hepar, seu, versùs Hepar deferri, fontem tam grati humoris, & ad Diaphragma, vt primus omnium docuit magnus Hippoc. lib. 1. de morb. mul.? *Si aliquid Vteri ascendere videatur, id perexiguum est*, inquit Gal., *neque sufficit ad hoc vt totum ipsius spatium, ne ad ventriculum quidem ascendisse ostendat; tantum abest, vt hunc præterendo, ad Septum transuersum pertingere possit, quia nimirum*

Vterus animal generãdi auidũ ex Platonis sententia, vbi à Galeni nota defenditur.

Vterus tanquam belua ad præsepe alligatus detinetur.

©BIUM

ligamentis, tanquam belua ad præſepe alligatus, detinetur: At cur interdum iiſdem ligaminibus indiſſolutis, ad medias vſque coxas prolabitur? Inſtat adhuc Galenus inquiens. *Id autem, quod dicunt, exſiccatos vteros humoris deſiderio ad viſcera aſcendere, nemini non abſurdum videri poteſt; ſi enim inutilem aliquando Vterus requirat humorem, veſicam, atque craſſi inteſtini partem inferiorem totam ſibi proximam habet; ſi verò non ſimpliciter humorem, ſed ſanguineum humorem deſiderat, ad hepar potius, quàm ad ſeptum tranſuerſum, ipſum moueri oportebat, &c.* Verùm Vterus à nimia euacuatione, vel à labore, inediaque nimiùm exſiccatus, vel ab aliquo irritatus humorum, vaporumue praua qualitate, quæ à ſemine, vel à retentis menſtruis eleuantur, præ moleſtia ſuccenſens, aliàs ad aliam partem defertur, ita vt ad Veſicam etiam, & ad lumbos, vbi magna adeſt vena, interdum conuertatur, vt ibidem docet Hippocrates ijs verbis. *Quandoq; verò, vbi Mulier vaſa euacuata habuerit, & inſuper laborarit, Vteri conuerſi, ad Veſicæ ſtomachum allabuntur, & vrinæ ſtillicidium inducunt, aliud autem nihil mali habet, & curata, citò ſaneſcit, & quandoq; etiam ſponte. Quibuſdam verò ex labore aut inædia ad lumbos, aut ad coxas allapſi, dolores exhibent.* Fernelius igitur hac in re audiendus eſt, lib. 6. de part. morb. & ſimpthom. cap. 16., dum ità loquitur. *Galeni motus authoritate nonnumquam putaui vterum nihil, aut perexiguum è ſua ſede dimoueri: At ægrotarum mulierum modò querimonia, modò precibus adductus, hunc ſæpè taſtu deprehendi, inſtar globi cuiuſdam in ventriculum eſſerri, eumque grauiter opprimere: Hinc & ſæpè manu depreſſus eſt, manifeſtoq; in propriam ſedem propulſus: Neque id ſanè alienum magis videri debet, quàm eiuſdem prolapſus, quo totus ferè procidit, &c.* Et inſrà. *Quibus itaque habenæ laxiores ſunt, his Vterus quoties irritatur, ſurſum, deorſumque, aut in alterutrum latus ſe contorquet: Irritatur autem aut rei præternaturam; quam in ſe continet; aut externæ, eiuſque aduerſæ moleſtia. Tum quippè laceſſitus, & quaſi ſuccenſens, de proprio loco decedit, aliàs in aliam partem oberrans, vt quod infenſum, inimicumq; eſt, fugiat; quod verò iucundum, ac blandum, ſequatur.* Paulòq; inferius. *At tametſi ſponte mouetur Vterus, non iccircò animal haberi debet: nam & Ventriculus,*

lib. 1. de morb. mul.

Fernelij opinio de Vteri erroribus.

triculus, pars etiam planè naturalis, ſine arbitrio, ſine iuſſu noſtro mouetur, cum rei alienæ iniuria laceſſitus, magno impetu hanc vomitione repellit; aut fame eximanitus, iocundo cibo, quaſi geſtiens, occurrit. Aſcenſu autem non, quæ ſtrangulatu ſymptomata fiunt, ſed dumtaxat præmitur mulier quodam præcordiorum dolore, ſpirandi difficultate, aut animi defectione; at ſine motu, ſine delirio, aut alio ſymptomate grauiore; ni ſcilicet tetros etiã humores & vapores conſociatos habeat, à quibus nobiles, & præcipuæ partes infeſtentur. Vterus §. aſcendat tãtummodò, nullis comitatus tetris vaporibꝰ, humoribusq; leuia parit ſymptomata.

Verùm Vterus præter naturalem hunc motum appetitus, alios etiã habere à morbifica ſolũmodò cauſa proueniẽtes, fatendũ eſt, vt dum eius ligamenta aut nimio ſuperueniente humore repleta, aut nimis exſiccata, ſurſum, aut in latera conuelluntur, aut nimio laxata madore, elongantur ità, vt deorſum vterum prolabi ſinant, vt explicauit Gal. loc. cit. 6. de loc. affec., vbi à morbifica hac tantummodò cauſa omnes vteri extorſiones prouenire affirmauit. Cumq; membrum hoc morborum omne genus pati natum ſit, & vt pars eſt ſimilaris, & vt inſtrumentalis, concipiendo non ſolùm, pariendoque dicata, ſed vniuerſo etiam muliebri corpori expurgando, quod ob craſim, quam obtinuit, calidam atque humidam, compluribus aſſiduè ſcatet humiditatibus (compluriũ enim venarum, arteriarumque particeps eſt Vterus, per quas meſtruæ deferuntur euacuationes, quibus nimijs prodeuntibus, morbi fiunt ex aph. 57. ſec. 5.; & non prodeuntibus, ab Vtero morbi contingunt) perpaucos tamen hìc attingit Hippocrates, vt qui ad oſtendendum potius vt nam ex hac etiam parte peculiares excitentur morbi, (quod ad Compendij rationem ſatis erat) quàm vt de doc argumento ex profeſſo ageret, quòd luculentiſſimè fecit in ijs, qui extant, libris, ſexui huic dicatis, hanc materiam modò aſſumit: quare & nos ad textum breuiter explicandum properemus. Vteri vſus.

Vterus morborum omnium cauſa. morborũ videlicet muliebrium

per ſe, cæterorũ verò per accidẽs, cauſa exiſtit Vterus, quatenus omnibus morbificam materiam ſubminiſtrare aptus eſt: Quocunque autem modò à naturali ſitu dimotus fuerit; & ad quamcumq; allabatur partem, morbos parit, dolorem mo-

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 421 sur 478

©BIUM

leſto contactu excitando, aut partium, quas premit, operationes impediendo.

Et cum quidem Vteri oſculum ſuum non demittentes, &c. Dum ità deſcendit Vterus, vt interius ipſius os immotum maneat, neq. ipſum inuertatur ad pudendum perueniens, leuiſſimus tunc morbus eſt. Vteri quippè fundus tantummodò in hoc caſu inuertitur, quod etiam naturaliter in feminis receptione fieri ſolet; neq. maiora inde eueniunt ſymptomata. Prolabitur autem ijs præcipuè Muleribus, quæ ex partu progreſſæ, atq. in ipſomet adhuc puerperio cum viris condormierint, vti patet lib. de nat. mul., & 2. de morb. mul.; etſi lotrices, & omnes, quæ pedes in frigente aqua ſæpè immerſos habent, morbo huic præcipuè obnoxiæ ſint: refrigeratis etenim inferioribus partibus, nutritiolæ ditur, multæq; aggregantur humiditates.

Vteri prolapſu Puerperæ ac Lotrices præcipuè laborãt.

num. 4. nu. 37.

Cum verò in anteriorem partem promoti fuerint, & oſculum in pudendi eminentias & labra immiſerint; &c. nimirum, cum ità deuoluitur Vterus, proprijs ligamentis à nimio madore laxatis violatiſque, vt non modò eius cauitas, vt iam explicatum eſt, ſed ceruix etiam inuertatur & deſcendat, ità vt interius vteri os intra pudendi labra ſe ſe conſpicuum efferat & intrudat; tunc non modò dolorem ibi parit, ſed pudendi os, atq. meatum obſtruens, menſtruas impedit purgationes: vnde coaceruatus ſanguis partes diſtendens, doloris cauſa exiſtit & tumoris.

Et ſiquidem infrà deſcendens, & auerſus, &c. Si Vterus deſcendens, non rectà feratur ad pudendum, ſed declinet, flectaturq; ad inguen alterutrum, aut coxam; ibi premendo dolorem procreat.

Si verò ſurſùm aſcendat auerſus, &c. ſi ad ſuperiora retrahatur Vterus, non rectus quidem, ſed obliquus in partem aliquam; proindeque obſtructus ſit: (nam quoties fundus è directo non correſpondet interiori orificio, tunc oſculum illud

illud de neceſsitate obſtruitur, neque amplius menſtrua expeditè procedunt,) tunc itaq; & propter raritatem, & propter coarctationem, dolorem parit. Propter coarctationem quidem, quia collectus, & coarctatus ſanguis, qui extra procedere nequit, tumorem excitat, incandeſcitque; propter raritatem verò, quia rarefacto ob nimium ſanguinem vtero, à quo diſtenditur, plurimi, prauique eleuantur vapores, qui ſupernas impetunt partes, atq; lædunt: ex quo fit, vt qui huiuſmodi vterorum aſcenſu cum pudendi obſtructione laborant, coxendicum, capitiſque doloribus vexentur: Coxendices namq; à coarctati ſanguinis tumore, caloreq; premuntur, & incaleſcunt; Capitis autem membranæ à vaporibus diſtenduntur. Quinimmò multo prauiora inde proueniunt accidentia, prout deterior ſanguinis conditio fuerit, à quo vapores eleuantur; aut nobilior eſt pars, quæ coafficitur, vt docet Galen. 6. de loc. aff. cap. 5., apparetque manifeſtius in hyſtericis affectionibus.

Afcendens Vterus quomodo ob coarctationē, & raritatē dolorē pariat.

Vbi vero vteri impleti intumuerint, &c; Vterivbi copioſum adeo ſanguinem exceperint, vt intumeſcant; & auctis proindè in latitudinem venis, extenſiſque, earum oſcula anguſtiora reddantur, ſeu ipſamet ſanguinis multitudo obſtruat; tunc nihil profectò ex ipſis effluere poteſt, ſed in dies à nouo ſanguine magis replentur; repleti verò, quaſcunq; attingerint partes, ſiue coxendices hæ ſint, ſiue inguina, moleſto dolorem contactu ijs inducunt, ac veluti pilæ, multo infarcti ſanguine cum ſint, in varijs partibus abdominis, quaſi oberrantes percipiuntur, dum hàc illàc proprio pondere decidũt.

lib. 7. *Quando conturbatus, & ſecretus ſanguis*, inquit lib. de nat. puer., *foras non procedit, ſed in Vteras. Vteri autem non hiauerint: tunc ſanè à ſanguine diutius immorante vteri caleſcentes, reliquo corpori calorem tranſmittunt; quandoque etiam ſanguinem in venas corporis diſtribuunt, vt & venæ repletæ doleant, & tumores laxos producunt. Quandoque etiam periculum eſt nè claudicatio ex hac inducatur.* Sed caput etiam Vteri hi dolore infeſtant; nam, vt dictum eſt, infarctus ſanguis partes extendendo rarefacit, vaporibusque, quos incandeſcens emittit, exitum ſurſum parat.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 423 sur 478

©BIUM

Caput qua-parte ab vtero lædatur.

parat. Dolet autem caput, aut totum, aut altera tantummodò parte, prout Vteri vasa aut omnia repleta fuerint, aut aliqua tantùm à lateribus: inferiores etenim partes ita superioribus respondent, vt rectitudine seruata, dexteræ dextris, sinistræ sinistris compatiantur.

LVII.

Descendẽtis Vteri curatio.

Hæc itaque sic curanda sunt. Siquidem descenderit solum, & illini possit, vtere quocunque libet ex graueolentium genere aut Cedro, aut Allii intrito, Myttoto Græcis appellato, aut aliquo alio ex grauiter, & male olentium numero, coque suffitum facito, & fomenta ne adhibeto, neque cibo, neque potu vrinam ciente hoc tempore vtitor, neque calida lauato.

Humida fomenta in Vteri descẽsu non adhibenda sunt neq; diuretica exhibẽda.

PRoposito Vteri descensu, ascensuque, ad curationem iam accedit, quam perpaucis absoluit; eò quòd de horum morborum differentijs, causis, atq; curatione in muliebribus libris absolutissimè egerit; ex quibus repetendum est quicquid hìc deerit. In descensione igitur pręcipua intentio est Vterũ sursum ad naturalem situm reducere; mòx ligamenta, quæ à nimio laxata sunt madore, priori eucrasiæ restituere; quod vtique præstat graue fœdeque olentibus infrà appositis, quæ vterum sursum fugare nata sunt; interdicit verò quæ laxant, vt sunt humidi fotus, calidæque lotiones, & quæ deorsum ciunt, vt diuretica. Verùm cùm possit Matrix modò descendere tantùm, inque inferas deuolui partes, absque eo, quod extrà appareat, quod vteri descensus simpliciter appellatur; modò auersa foras procidere, grauiori profecto casu, qui prolapsus dicitur: in hoc vtique frustrà grauolentitum suffitibus, illitionibusq; Vterum ad suam sedem propellere studeremus, ni manibus prius, alijsque machinamentis intrà coxendicum cauitatem repositus fuerit: Vnde Hipp. lib. de nat. mul., & alibi, Vteros, qui ex pudendis penitùs exciderint, ita vt velut scrotum dependeant; vbi prius ab omni sorde expurgauit; vel si ab externo aere nimis obriguerint, tepentibus, emol-

Quid descẽsus quid prolapsus sit.

De morb. mul. lib. 2. nu. 38.

De steril. nu. 28.

Prolapsus Vterus vt nõ curetur.

nu. 5.

lien-

lientibuſque emolliuit; mox adſtringentibus ablutionibus ex nigro auſteroque vino cum malis punicis, nimium vteri madorem, laxitatemque correxit, iubet mulierem ſupinam, pedibus ſurſum extentis decumbere: ſique id non ſatis ſit, vt vteri ingrediantur; tunc pedibus ad ſcalam alligatis, ità vt caput deorſum pendeat, ſcalam iuxtà caput pulſari iubet, manibuſque vterum intrudi; quo peracto, fœdis demum ſuffitibus agit. Hinc patet cur Hippocrates in præſenti textu dixerit. *Si deſcenderit ſolum, ità vt illini poſſit, vtere graueolentibus.* Si videlicet vterùs deorſum deuolutus tantummodo ſit, nec foràs exciderit, ità vt alijs inſtrumentis non indigeat ad hoc, vt intùs reponatur, ſed ſtatim illini, ſuffirique poſſit, eò quòd ſoli ſuffitus ſatis futuri ſint vt in ſuam ſedem aſcendant; tunc à grauè olentibus infrà appoſitis exordiendum; à quibus Vterus aborrens, aufugienſque, retrocedit. Inter grauelentia primò enumerat Cedrum, Aſiaticam arborem, etſi Creticam probauerit Hippoc. lib. de nat. mul. Huius duæ ſunt ſpecies; altera fruticoſa Iunipero adſimilis; cuius ſimilitudine baccas etiam parit rotundas baccarum Myrthi magnitudine; Altera arbor magna eſt in Syria, in monte Lybano potiſſimùm luxurians: Ex hac picem colligitur, quæ Cedria nuncupatur, grauis vtique odoris, caliditate ſiccitateque quartum attingens gradum. Fit & oleum à Cedria ſeparatum dum coquitur, velleribus ſupra eius alitum expanſis, qui Piſſeleon dicitur, ideſt, Picis oleum. Cupreſſi modo nuces producit hæc arbor, quas Cetrides appellant, ſemen intrà ſe habentes. Horum omnium vires & vſum proſequitur Dioſcorides, Galenus, & Plinius; plurimùmque vſurpata reperiuntur Hippocrati pro vterinis affectibus; nam & Cedri ramenta, & Baccas, & Cedriam, & Cedri oleum, ſæpè, & diuerſimodè adhibuit, quæ tamen hac tempeſtate exoleuare. Inter graueolentia pariter adnumerat Myrrotum, quod Galen. in Exegeſi, Erotianus itidem, alijque interpretantur intritum ex allio: cenſendum itaque eſt vulgare quoddam compoſitum fuiſſe ex allio, rebuſque alijs ingrati odoris, vtque colligitur ex Ananij verſiculis apud Athenæum lib. 7. Deipnoſoph.

Cedrum, quid ſit.

Piſſeleon, quid ſit Cedridis.

Dioſc. lib. 1. cap. 89. Gal. 7. ſimpl. med. fac. & 1. de comp. med. 5. lib. cap. 3. Pl. nat. hiſt. lib. 24. cap. 5

Myrrotum, quid ſit.

. . . . . *Omnibus quidem piſcibus*

Myrrotes

©BIUM

Myttotos conuenit . . . . . .

Vbi inferius alij etiam citantur ex Iamborum ſcriptoribus,

Hic enim ex ipſis vnus tacitè & affatim
Thymnum, ac Myttoton totos dies
Abliguriens &c.

Edulij, aut condimenti genus eſt, vt ibi notat Scholiaſtes, intritum eſſe condimentum ex Allio, Porro, Aceto, caſeo, Cæpa, & Ouo afferens. Allium verò, non modo quod graue oleat, proficuum eſſe poteſt in vteri deſcenſu; verum etiam quòd flatulentum ſit, ex 2. de diæt., & lib. acut., ſi videlicet humorem inuenerit craſſum, inque flatulentum ſpiritum verti paratum: nam aliàs calidum eſt, & diſcuſſiuum, flatibuſque Vterum explere, & ſurſùm propellere valet: vnde Hipp. 2. de morb. Mul., de vteri verſione verba faciens, hæc habet. *A fomento verò ſi conſiderare hoc poteſt, oſculum contingere iubeto, num fomentum ipſum vteros flatu implet: ſi enim flatu implentur, oſculum ex valida auerſione, & ad coxam allapſu magis dirigunt, ac aperiuntur. Tamquam igitur tale ſit fomentum, & hæc facere poſſit, ſic fouere oportet. Cum autem fomentum adhibebis, allium inijcere oportet, & Phocæ adipem ſuperfundere; atque hoc faciendum eſt, donec vteri videbuntur inflati, & oſculum fortiter ſurſum tractum, nam ad hoc fomentum talia contingent &c.* Et lib. de nat. mul., vbi Vteri ad medium lumborum proceſſerint, fiſtula ad veſicam alligata illos ſufflat, & fomentum adhibet. Atqui, præſtat fortaſsè quadatenus inquirere cur Matrix fœtida ægre ferat, fugiatque, ſuaue autem olentia appetat & ſequatur: odores ſiquidem vt ſic, non niſi ab olfactu percipi poſſunt; olfactum verò in mammillaribus tantummodò proceſſibus vigere aliàs probatum fuit. Neque vterus verum eſt animal à muliere diſtinctum, ità vt ſenſus odoratus ei tribui debeat: Sthephanus Athenienſis in lib. 1. ad Glauc. partic. 197, huius rei afferens rationem, aſſerit Cerebrum graueolentia ſenſiedo, ab illis moleſtari atque contrahi, ſimulque cum ipſo odoratorium ſpiritum, ac per continuum ex hac moleſtia reliquas etiam particulas contrahi; atque hac contractione trudere, ac veluti exprimere, propellereque ac deorſum prouocare matricem. Addunt alij, animales ſpiritus, qui multi ſunt pro ſenſorij

Alliũ quomodo proſit in vteri prolapſu. nu. 14. nu. 59.

Flatuoſa, Vterum ſurſum propellunt ſi prolapſerit. nu. 14.

Vterus cur fœtida ægre ferat, appetat ſuaueolentia. nu. 14.

Hor. Eugen. lib. 12. epiſt. 6.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 426 sur 478

ſerij muneribus deſtinati, à fœtidis oblæſos, retrahi adſuum principium ſimul cum vitalibus ſpiritibus & ſanguine, quæ res violento fit quodam impetu. Hinc Vtero obuiam facti vim habent ipſum propellendi ad inferas partes. Verùmhi probabilia vtique loquuntur; difficultatem attamen omninò non tolluat: Matrix namque non modò à ſuperioribus ad inferiora excurrit, grauiolentibus nari admotis, ſed etiam ab inferioribus ad ſuperiora, ſi infrà eadem apponantur; quemadmodum contraria efficiunt odorata: Quinimmò Hipp. lib. de nat. mul., ſi in lumbis, aut in lateris mollitudine fuerint vteri, & tranſmouere velis, iubet Sulphur & Bitumen teri, Melleque cocto affuſo, craſſam glandem fieri, indique in ſedem, vt percepto fœtido odore in poſticis partibus, vbi tunc Vteri hærent, ad anteriora confeſtim conuertantur: velut ſi in puerpera ad coxam incumbuerint, vt eodem libro legitur, ad lanam coxam oleum Ægyptium album, aut Baccarim vnguentum apponere ſuadet, vt ab odoratis ijs alliciantur vteri, & à morboſo ſitu diſcedant; ita vt certum ſit Matricem non modo narium olfactu, ſed etiam per ſe ad benè olentia moueri, auſugere verò ab ijs, quæ fœtent: vnde ſi hiſterico in paroxiſmo, dum Vterus ad ſuperiora conuerſus, Ventriculum, atque Diaphragma premit, tetroſque emittens vapores, prauа parit ſymptomata; ſi fœtida, quæ tunc naribus admoueri conſueuere, Ventriculi, aut Cordis regioni admouerentur, prodeſſent vtique, nullatenùs affecto odoratu; nam Vterus ea perſenſiens, illicò diſcederet, licet naribus applicita magis excitent, animalibus ſpiritibus vnà cum Cerebro irritatis. Verùm quo euidentior eſt effectus iſte, eo inuolutior apparet ratio. Nihilominus, donec meliora adferantur, dicendum cenſemus, quod quemadmodum Ventriculus ad congruum ſibique cognatum cibum excipiendum, coquendumque à natura inſtitutus, abſque eo, quod guſtu præditus ſit, amara, aut ſummè acida, vel auſtera auerſatur, refugitque ab ijs; dulcia verò, vt naturæ noſtræ familiaria, alendoque aptiora, amplectitur, moueturque ad ea excipienda; ità pariter & Vterus, odoratu quidem nequaquam præditus, à natura ad ſemen excipiendum excitandumque formatus, cum illud corpus

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 427 sur 478

©BIUM

Auic. lib. 3. fol. 21. tr. 1.

sit spirituosum optimeque excoctum, atq. elaboratum, proindeq; olet, vt notat Auicenna, velut flores Palmarum, atque Sambuci; hinc est, quod omnia, quæcunque huiusmodi sunt, cocta nimirum, tenuibusque refercta partibus, vt sibi familiaria prosequitur & amplexatur; talia verò sunt suaueolentia omnia, quæ, vt docet Theophrastus lib. 1. de odor., cocta sunt, subtilia, minimè terrena; præsertim cum in halitu situs sit omnis odor; maleolentia verò contraria, vtque docuit Arist. problem. 4. sect. 10., *Mali odoris causa, cruditas quædam est.* Odorata igitur, non vt odorata sunt, sed quatenus fumosa corpora, optimè elaborata, ad instar seminis existunt, quærit, & amplectitur Vterus, refugitq; contraria. Ita & Cor ad vitales gignendos spiritus fabrefactum, tenuiorem sanguinem, aeremq; elaboratum amplectitur, fœtidum verò refugit, atque auersatur; ità vt dum talis ei offunditur, vix pulsare audeat. Localis tamen hic motus prosecutionis & fugæ, non adeò conspicuus est in his partibus, quemadmodum in Vtero, quod arctius circumsitis particulis obligatæ sint; Quòd si laxiores haberent habenas, euidentiorem vtique localem hunc motum ostenderent; quinimmò neque in ipsomet Vtero tanta euidentia conspicitur, nisi vbi morbosus quodammodò sit, laxioraque, quàm pro natura sua, habeat ligamenta, eò quòd aut in partu vim passa fuerint; vel à nimio madore, ob vitiatam coctionem, delatumve eò excrementum, laxata sint. Atque hæc de Vteri erroribus obiter dicta. Sed ad textum iam modò redeundum, in quo consulit Hippocrates, vt dictum fuit, graueolentibus Vterum suffiri; prohibet nihilominus fomenta, cùm tamen Galen. 6. epid. com. 3. tex. 31. θερμαν, hoc est, calidum fomentum, omnem extrinsecus nos inuadentem caliditatem significare asserat: fatendum proinde est aliam distinctionem secutum hic fuisse Hippocratem, ac quemadmodum suffitu fumum ex crematis rebus vi ignis consurgentem præcipuè intellexit, qui in Vteri cauitatem per infundibulum, aliaua instrumenta, recipitur, exiccandiq; semper vi pollet; quapropter in Matricis descensu ea etiam ratione proficuus est, quòd nimium absumat madorem; ità pro fomento (vt optimis ra-

Odorati mixti natura.

Cor fœtida auersatur.

Fomentum externam omnem caliditatem significat.

Suffitus à fomento differt.

tioni-

©BIUM

tionibus notat Martianus) humidas euaporationes intellexit, quæ ab ebullientibus eleuantur humoribus: hæ ſiquidem laxandi ſemper vi pollent, etſi in ijs adſtringentia decoquantur, niſi optimè macera, atque excocta ſint: aqueæ namq; partes primum aſcendunt; adſtringentia verò, vtpotè terreſtriora, remanent. Cauendæ itaq; euaporationes, ac quicquid laxandi vim obtinet, vt ex ſimplici calente aqua lotiones: vndè lib. 2. de morb. mul. pinguia omnia, aut pinguedinem habentia interdixit eadem hac ratione, poſtquàm in ſuam ſedem Vterus repoſitus eſt: non prohibetur tamen lotio, quæ ex adſtringentium decoctione cum ſpongijs adminiſtratur, qualem adhibuit lib. de nat. mul., inquiens, *cum ſic habuerit, Myrthi baccas, & Loti ramenta in aqua coquito, & aquam per noctem ſub diu exponito & pudenda cum eo decocto quàm friggidiſſimo perfundito, & eadè mitra pro cataplaſmate adhibeto.* Et 2. de morb. mul. *Si vteri extrà prominuerint, & dependent velut ſcrotum, Myrthi baccas, Loti ramenta, Rubi, & Oleæ folia ſimul coquito, & leuiter tepida foueto.* Decoctione etenim, macerationeq; terrea etiam adſtringendi vis extrahitur, & aquę ſubſtantiæ communicatur, quæ ab actuali etiam augetur frigore. Prohibet demum diuretica, ſeu omnia vrinam prouocantia, ſiue in cibo, ſiue in potu ſumantur; tum quia multas hæc humiditates ad Vteri partes deducunt, quæ laxitatem augent; tum etiam quod pleraq; ex his menſes etiam mouere conſueuerint: vndè dum vberiore Vterum ſanguine replent, illum aggrauant, coguntque deorsùm iterum delabi, vt docetur lib. de nat. puer., *Aliquando pleni ſanguinis exiſtentes Vteri, procidunt aut adcoxendices, aut lumbos, & dolorem exhibent.* Iurè itaq. tenuiſſimum conſulit victum in hoc affect. lib. de nat. mul., vt inedia nimijs abſumptis, humiditatibus, cuncta exſiccentur, roborenturque.

Diuretica, pleraq; menſes mouent.

LVIII Si autem ſurſum aſcenderit, & non auerſa fuerit, medicamentis ſuppoſititijs benè olentibus, & quæ ſimùl calfaciunt, vtere, velut ſunt Myrrha, aut vnguentum, aut aliud quoddam odoratum, ſimulq; calefactorium: Et his quidem ſubdititiis vteris; Fomen-

Vteri ſurſum aſcendentis ſigna & curatio.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 429 sur 478

©BIUM

tum autem ex infernis ex vino adhibebis, & calida aqua lauabis, & vrinam cientibus vteris: Ex hoc autem manifestum fit auersa sit, nec ne: Si enim sursùm progressa, auersa non fuerit, fluxus procedit: Si verò auersa sit, fluxus, menstrua appellata, non contingit. Hunc morbum fomento primùm tali curare oportet. In vino grossos immittito, ipsumque vinum calfacito, & cucurbitam circùm osculum vasis, in quo calefit, addito hoc modo. Cucurbitam per medium dissectam euacuato, & summitate ipsius modice resciſſa, velut in vtriculis fieri solet, hanc ipsam vasi, velut operculum circundato, quo odor per angustiam means, ad Vterum perferatur. Insuper autem & calida aqua fouere, & calefacientibus medicamentis subditiis vti oportet. Calefacientia autem sunt ea, quæ ducunt ex supernis relatis; itemque hæc. Stercus bubulum; Fel bubulum; Myrrha, Alumen, Galbanum, & si quod aliud huiusmodi est; Plurimis etiam ipsarum per purgantia infernè medicamenta aluus subducenda est, & per debilia, quæ vomitum faciunt, ne euacuatio ex supereuacuatione fiat.

Vterus sursum ascendens, si obliquus fit, menstrua impediuntur.

QVemadmodum variæ esse possunt causæ cur Vterus ad superiora, vt dictum est, conuertatur; sic profectò & variæ ei debentur curationes; cum vnaquæq; causa peculiarem prouidentiam requirat. Ascendit præterea Vterus aut ità, vt nullam in partem flectatur, distorqueaturq;, sed recto sursùm tramite trahatur, vel ascendit; aut in alterutrum flectitur latus, & auersus, atq. obliquus fit. Quod inde cognosci asseritur, quod vbi deflexerit, interius vteri orificium obstruitur; quapropter menstruæ fluxiones, aut penitùs, aut magna ex parte supprimuntur. Secus accidit si rectus sit, & fundus ipsi orificio è directo respondeat. Idem docuit lib.

nu. 34. lib. de nat. mul., *Si vteri obliqui fiant*, inquit, *etiam os ipſorum obliquum fit, & menſes ipſi nunc occultantur, nunc prius apparentes euaneſcunt, & non ſimiles fiunt, ſed deteriores, & pauciores, quam anteà & genitura non fit hoc tempore*. Atq. id etiam peculiariter ſibi proſpici quærit, quemadmodum proſpexit lib. 2. de morb. mul., & alibi, hunc ità affectum Vterum odoratis primò fouere iubens; digitos deinde reuellere à parte, cui adhæſit; demùm tedulis, plumbeiſque fiſtulis immiſſis dirigere. In præſenti tamen textu vniuerſalia quædam tantummodo pro curatione proponuntur, quæ in quouis ad ſupernas partes, & ex quacunque cauſa, recurſu, tutò præſtari poſſunt; indiuidua verò, ac peculiaris cuiuſque curatio, vt ſæpiùs diximus, in lib. de nat., & de morb. Mul. quærenda eſt, vbi exactiſſima reperitur. Dum itaque ſurſùm aſcenderit Matrix, neque obliqua ſit, vt de eius reductione ſolliciti iam eſſe debeamus, ſuauiter olentia, quæ calefaciunt ſimul, infrà confeſtim adhiberi præcipit; ſuo hæc namque odore Vterum deorſum alliciunt; caliditate verò dilatant, prauoſque concoquunt humores, extenuant, digerunt: Huiuſmodi eſt Myrrha, arabicæ arboris lacryma, calida atque odorata, quæ, teſte Dioſcoride lib. 1. cap. 67., vuluam emollit, & præcluſam aperit, menſes & partus celeriter extrahit. Eàdm vſus eſt Hipp. nu. 81. lib. de nat. mul., vbi ſic loquitur. *Si vteri aſcendentes ſuffocarint, funiculum lucernarium accenſum extinguito, & naribus admoueto, quò fumum attrahat; poſteà Myrrham vnguento dilutam, & lana exceptam apponito*. Sed quod magis mirum eſt, etiam Galbanum, quod ſuccus eſt naſcentis in Syria ferulæ, inter odorata recenſet, quæ appoſita, deorſum ducunt matricem; cum tamen ex Dioſcoride grauis omnino ſit odoris, interque ea recenſetur à Galeno, quæ ſtrangulatas olfactu excitant. Eadem ſubit admiratio de Caſtoreo, quod & ipſum grauiter oleat, eaſdemque hyſtericas olfactu excitare natum eſt, ex nu. 22. eodem Gal., eodemq; pacto vtitur Hipp. lib. de nat. mul. ijs verbis. *Cum ſuffocarint vteri, grauiolentia omnia ſuffire oportet, Bitumen videlicet, ſulphur, Cornu, lucernarium funiculum, Phocæ adipem, Caſtoreum, odorata verò ſubter pudenda*. Contrarium nu. 81. tamen adſtruitur lib. 2. de morb. mul.; vbi ſic legitur. *Cum aſſi-*

Odorata cur Vtero proficua.

Myrrhæ natura.

Galbani natura.

Gal. lib. 9. de compoſ. pharm. ſecundo, cap. 10.

©BIUM

assistentes strangularint, funiculum lucernarium accendito, & præ naribus exstinguito, quo fuligo & nidor ipsas ingrediatur, & Picem & Castoreum, & Peucedanum, & Myrrham vnguento irino dilaito, subacta apponat. Apponit igitur, inq; subditijs vtitur Castoreo, & Peucedano, quod etiam maximè fœtidum est; vnde eius olfactu vuluæ strangulatus respirate asserit Dioscor. lib. 3. c. 74. sed, ne longius progrediamur, notandum est Hippocratem, vt liquidò constabit cuicunque Ginæciorum libros attentius percurrenti, graueolentia ad fugandos vteros in hystericis affectibus, non aliter ferè vnquam adhibuisse, quàm in suffitu, præterquam dum per os exhibuit, quasi nidor ille, quem, dum graueolentia cremantur, sibi adsciscunt, fœtidum acuat odorem, Vteroque infestum reddat: alioqui multa, quæ Olfactus grauioris iudicat odoris, idem, quod suaueolentia præstant, eò quòd calida sint, & sicca, prauosque valeant coquere, digerere, ac dissipare humores, vaporesque. Cæterùm odorata vnguenta Hippocrati familiaria in vteri strangulatu, referuntur lib. 2. de morb. mul. Vnguentum Al- num. 18.
bum, Ægyptium, Baccarium, Amaricinum, aliaque huius census, quæ magna ex parte hodiè exoleuere: Quemadmodum fœtida sunt Pharmacum nigrum, Capræ cornu nigrum, aut Ceruinum, Phocæ adeps, aliaque complura, quæ iam recensere operæ pretium minimè est. Iubet præterea ex Vino fomentum adhiberi, quòd calefaciendi, coquendi, discutiendique vim habeat: præsertim si grossi in eo ebullierint, σφίκα namque Græcis, Caprificus Latinis est, ficus nimirum agrestis, qui numquam ad maturitatem deuenit, valenter calefacit, exsiccat, discutit, atque resoluit; vndè ad colluendos vteros, fluxumque exsiccandum frequenter ijs vsus est Hippocrates. Calente itidem aqua lauat ad laxandum; vrinamque crientia offert, eò quòd hæc deorsum moueant. Cum autem fomenta adhiberi mandasset, docet proindè vt nam administrari ea oporteat, ex cucurbita parato infundibulo; quemadmodùm aliàs arundinis vsum docuit diligenter pro suffumigandis Vteris, vt lib. 2. de morb. mul. Recenset demum in- num. 24.
ter calefacientia, quæ deorsum trahunt, præter ea, quæ superius recoluit, Stercus bubulum, quod exsiccandi vim obtinet, atque

Graueolentibus ad vteri fugandum non nisi in suffitu vtitur Hippocrates & cur.

Graueolētia idem, quod suaue olētia præstant in Vtero nisi crementur.

Grossi quinā sint. Ex Gal. 8. de simpl. med. fec. ap. de Syco, seu ficu.

Fomenti administratio in vterino affectu.

atque attrahendi, ſæpius Hippocrati vſitatum, vt qui acetabulum arido hoc ſtercore conficiebat, cui varia imponebat aromata, ſuppoſitoque igne, fumum excitabat, vt patet ex
num.29. lib. de nat mul., & alibi; ità vt mirari liceat doctiſſimum Mercurialem, qui graui Medico indignũ iudicat adeò turpi vti medicamento, cum alia nobiliora præſto ſint; proindeq; pro bubulo, bulbum cenſet eſſe apponendum. Sed cum pluribus in locis huius meminerit Hippocrates, impoſſibile videtur toties erratum fuiſſe, dicendumq; proinde, cum medicamentum hoc rationabile ſit, duris agreſtium mulierum corporibus aptari poſſe; frugique eſſe Medici omnibus cuiuſcunque ſortis conſulere. Bubulum itidem fel eaſdem obtinet facultates, eoq; ſæpiſſimè vſus eſt Hippocrates in Mulieribus. Alumen, quod ægyptium cæteris præponitur, exſiccat & digerit, adſtringentique, qua pollet craſſioribus ſui partibus facultate, etiam roborat. De Caſtoreo autem, & Galbano iam dictum ſuperius. Conſuetum deniq; Hippocrati eſt quocunque in vteri aſcenſu, aluum deorſum purgare; ſic enim vnà cum humoribus, vterus etiã ad inferiora cietur; quemadmodum in eiuſdem prolapſu vomitum perpetuò probauit; contrariorũ namque contrariæ ſunt curationes, vomituque dum ſurſùm partes omnes coguntur, Vterus vnà retrahitur. Verùm quia accidere poteſt, vt à validiori cathartico nimia excitetur euacuatio, à qua & Vterum pluſquam ſatis exſiccari periculum eſt; exſiccatio autem vna eſt ex cauſis ipſum ad ſuperiora deducentibus; ideò in tali caſu vomitum etiam leuiter commouere fas eſſe inſinuat, ad commotam aluum aliquantiſper ſupprimendam, facta reuulſione, vt ſuperpurgationi occurramus. Omitto quòd Hippocrates id ipſum agere conſueuit, vbi vterus lumbis, alijſue partibus tenaciter adhæſit; infernam etenim aluum mouet, leuemque vomitum ſimul excitat, vt contrario hoc motu quaſi concutiatur vterus, diuellaturque à parte, cui adhæret, vt patet ex pluribus locis, ſed præſertim ex
num.35. 2. de morb: mul., vbi ſic habetur. *Si circumuerſi fuerint Vteri ex partu ad dexterà partem, & puerperij purgamenta non fiant &c. cum ſic habuerit, pharmacum bibendum dato, à quo ſurſum & deorſum purgetur; magis verò deorſum, & totum corpus foueto &c.*

Mercurialis notatur aſſerens pro ſtercore Bubulo Bulbum eſſe ſcribẽdum.

Vomitus in prolapſu vteri probatur.

Vomitus in Vteri aſcẽſu quo pacto ꝓfit.

Cur vomitus ſimul, atque egeſtionem moueat Hippocrat. in Vterino affectu.

Cæ-

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 433 sur 478

©BIUM

LIX.

Glandium subditiarum ratio.

Cæterum ſubditicias glandulas ſic facere oportet, ſi fortes facere velis. Mel ſemicoctum facito, & ex præſcriptis ſubditicijs pharmacis, quæ valde efficacia ſunt, immittito, & vbi immiſeris, glandulas formato inſtar earum, quæ in ſedem induntur; verùm longas facite has, & tenues. Mulierem verò ſupinam reclinato, locis à pedibus lecti altius inſtratis; deindè apponito, & panniculo intecto, aut alia quadam re conſimili, calfacito, donec colliqueſcat. Si verò debiliorem glandulam ſubdere velis, in linteolum illigato.

Glans ſi debilior requiratur, linteo involuenda.

Peſſus græcũ nomen.

SVbditicias gladulas, quas peſſos communiter græco nomine appellamus, hic formare edocet, quòd hoc fortaſsè medicamenti genus, præ cæteris omnibus proficuum, atque vſitatum ſit in vteriuis quibuſcunque affectibus, non tantum in ſtrangulatione, quæ iam curatur. *Eſt autem peſſus*, inquit Ægineta, *lana pectita, & quodcunque aliud teres, digiti ſpeciem præferens, quo medicamenta ſuſtinentur*, indituruque in pudoris ſinum. Horum differentias tres generatim enumerat idem Author ex Antyllo: alii namque emolliendi, alii adſtringendi, alij denique vaſa meatuſque aperiendi vim obtinent. Et paulò inferius. *Oportet autem peſſi craſſitudinẽ ſtrigmentoſam eſſe, paulòque craſſiorem efficere; deinde lana gracili penicillo tortili, ex linteolis concerptis ſimili duplicata, medicamentum excipere, locellorumque muliebrium ori apponere ſic, vt ſtuppam oblongam propendentem habeat, quo facile, dum videtur, liceat peſſulum extrahere.* Conficiendi modum & vſum apertis verbis explicat Hippocrates præſenti textu; vbi notandum ad medicamenti vim retundendam, cum ita expedire videtur, linteo aliquo tenuiſſimo, aut ſerico, aut bombycino peſſulum inuoluere, ac contegere. De hoc eodem ſatis luculenter locutus eſt lib. de Sterilib. his verbis. *Subditicijs vtere. Croci quantum voles, & Myrrhæ magnitudinem fabbarum duarum, & ſalem ſufficientem permiſce illorum reſpectu, & fellis taurini fabbarum duarum magnitu-*

Peſſus quid ſit, eiuſque differentiæ.

Aeg. li. 3. c. 62.

Lib. 7. c. 24.

au. 17.

gnitudinem. Si verò mitiore vti voles, minus fellis admisce; si fortiore, plus. Hæc trita melle instillato tere, donec id, quod teritur, fiat tale, vt digito efformare possis. Quanto autem magis trieueris, tanto siccius, & viscosius, & melius erit. Vbi autem efformaris crassius quam glandem, & summam partem acutam, & medium crassius, & deinde consequenter, quo ad Vterum apponatur, in hoc ipsum surculos Origani duos leuigatos infigito; sint autem longitudinis sex digitorum; deinde lana mollissima surculos inuoluito, & filo tenui superne deligato & præemineat filum quatuor digitorum longitudine præ surculis infixis: postquam autem perfudit, & puram se ipsam fecit ipsum ad vteri os apponat, linteum sub coxas subijciens, & per noctem appositum sinat. Porrò pessulorum formulæ complures apud ipsum Hippocratem registratæ reperiuntur: Varium autem hodie conficiendi modum, atq; vsum apud plerosque legere cuique facile est.

LX. Sed & si humore pleni vteri oſculum tumidum habuerint, & non fluxerint, fluxionem facere oportet, & subdititiis pharmacis sanare, itemque fomentis, velut scriptum est, ità faciendo, vt in superiore fluxione suppressa.

Vteri contenti curatio.

Dixerat Vterũ sursùm, vel deorsùm ferri modò rectà, modò obliquè, ac si obliquus feratur, menstruum supprimi fluxum; si rectus, neutiquàm. Cumque iam docuerit rectas commotiones curare; de obliquis modò agere instituit (etsi compendiosè nimis) videlicet dum interno vteri obserato oculo, eò quòd cauitas in partem aliquam deflexerit, fluxurus sanguis intùs retinetur, quo tempore vteri immodicè replentur: sique iuxtà orificium humores colligantur, intumescit. Porrò in casu hoc præcipua curationis intentio est fluxionem promouere & subditicijs pharmacis, pessis videlicet aperientibus, & eiusdem facultatis fomentis ea ratione adhibitis, vt suprà scriptum est. Verùm ea verba. *Ità faciendo, vt in superiore fluxione suppressa.* Non video quò referenda sint, cum suprà de suppressa fluxione nunquam egerit: quapropter ne mendosè sint addita, valdè suspicamur; eò magis, quod eadem

©BIUM

dem ferè verba immediatè post hic habeantur, vt sequenti contextu videbimus: ac proinde ne à scriptoribus bis annotata fuerint, maximè verendum est. Cæterùm hanc Vterorum auersionē vix vquam solo suffitu, fomentisue curari posse sperandum, vt suprà tex. 58. nobis dictū fuit, sed alijs eæ indigent instrumentis ad hoc vt prius dirigantur, vt centies indicauit Hippoc., præsertim 1. de morb. mul., vbi sic locutus est. *Quibus os distortum est, & ad coxam allapsum, odoratis fomentis* nu. 29. *fouere oportet. Post fomentum autem per digitum auulsum à coxa detrahito. Cum autem discesserit, tedis, & plumbeis fistulis immissis iuxtà priorem rationem in rectitudinem dirigito: vbi verò rectificati, atque aperti fuerint vteri, medicamentis subdititijs purgato, & alia facito iuxtà relatam rationem.* Et lib. 2. de morb. mul. *Quibuscunque oscubum aliò inclinatur, & ad coxam allabitur; con-* nu. 25. *tingunt enim & hæc, quæ vterum purgari prohibent, & genituram suscipere, & liberos gignere; hanc odoratis fouere oportet, & post fomentum digito reuellere, & à coxa disparare, & posteà tedulis, ac plumbeis fistulis immissis dirigere: non enim velociter cogi potest, velut dictum est. Cum autem ad naturalem situm redierint, & vteri aperti fuerint, subditilijs mollibus purgato, & alia conuenienter facito.* At numquam ad calcem deuenirētur, si consimilia omnia loca hùc adducere, atque annotare statutum esset. Illud potius operæ pretium erit scire, pluriès, quam quis fortasse arbitraretur, accidere, vt ab auerso vteró fluxiones desistant; quo profectò in casu nequicquam omnia adhibentur, nisi ad naturalem situm aliquo prius instrumento Vterus reductus sit.

Mēstrua sæpè ab auerso Vtero detinentur, quod tamen parū obseruatur.

LXI. Quin & si in anteriorem partem procedens Vterus, auersus fuerit, fluxionem facere oportet, velut in superiore fluxione suppressa.

NOn modò si anteriorem in partem inflexus Vterus, à recto, naturalique situ distorqueatur; verùm quocunque deflexerit, siue in lumbos, siue in leuam, aut dexteram partem, ità vt interius eius orificium, auersum, occlusumque supersit, & menstrua sistatur purgatio; eodem pacto, quo dictum

dictum fuit, fluxio quàm primum procuranda est, directis vijs, naturalemque in situm deductis; mox suffitu, fotuque medicamentis ijs adhibitis, quæ aperiendi vim obtinent, attenuandi, atque trahendi.

LXII Cum verò fluxus nimius fuerit, neque calida aqua, neque alio quopiam calefacere oportet, neque vrinam cientibus vti, neque cibis aluum subducentibus: lecti autem partes à pedibus altiores esse oportet, vt ne declinatio fluxui facilitatem præbeat; Vtere autem simùl etiam subdititijs adstringentibus.

Mensiũ profluuiũ post eosdem suppressos plerumque aduenit.

Sæpè fit, vt sanguis à suppressis mensibus copiosè coacernatus, confertim, atque concitatius erumpat; eaque tunc exoritur affectio, quę mensium profluuium communiter nuncupatur. Docuit id Hipp. lib. de nat. mul., *Si vteri præter naturam hient, & menses plus quàm oportet prodeant, viscosioresque, & frequentiores &c. fit autem cum menses suppressi derepentè eruperint*. Quod pariter repetit per eadem verba lib. 2. de morb. mul. Iurè igitur post muliebrium suppressionem ob auersum vteri orificium, de quo iam modò egit, ad menstruorum nimium fluxum curandum accedit. Cæterum menstruæ purgationes, cum optimum ob finem fuerint à natura institutæ, nimirùm ad congruam conceptui subministrandam alimoniam, & ad corpus vniuersum à superuacaneis humoribus expiandum; certas etiam, atque definitas habet leges, in qualitate, quantitate, excernendi modo, & tempore, quas nunquam ferè transgrediuntur, nisi morbosę euaserint; vndè aph. 36. sec. 5. *Mulieri menses decolores, nec per idem tempus vementes, purgationem indicant esse necessariam*. Et aph. 57. eiusdem sectionis. *Si menstrua plura fiant, accidunt morbi; & si non fiant, ex vtero morbi contingunt*. Quas profectò morbosas transgressiones amplissimè prosecutus est Hipp. in muliebrium libris, ità vt minimè opus sit hic eas recensere; vbi quantum ad compendij institutum attinet, perpauca, eaque concisè admodum delibantur. Vt verò immoderatus hic mensium

Menstruorũ ratio.

Mensium leges.

©BIUM

fluxus cognosci queat, non ab re erit, quod iuxtà naturæ normam fieri assolet, ex Dictatoris sententia recensere; qui 1. de morb. mulier. sic loquitur. *Moderati sunt menses prodeuntes in omni muliere, si sana sit, vt duarum heminarum octicarum mensura, hoc est, viginti vncijs secedant, aut paulò plures, aut pauciores; atque hoc ad duos, aut tres dies. Longius autem tempus, aut breuius, morbosum & sterile est. Coniectari porrò oportet Mulieris corpus inspiciendo, & interrogare collatione ad priora facta, an semper morbosa viuat, aut non. Si enim pauciores, aut plures dies, quàm solent, prodeant; aut ipsi pauciores, aut plures fuerint, morbosi sunt; nisi natura ipsa morbosa, & sterilis fuerit. Si verò hoc fuerit & ad salubriorem statum transmutatur, melius est. Procedit autem sanguis velut à victima, & citò congelatur, si sana fuerit mulier. Quibus verò in natura est, vt plures, quàm quatuor dies purgentur, & menses valdè multi prodeant, hæ tenues sunt, & fœtus ipsarum tenues, & emarcescunt. Quibus autem purgatio infrà tres dies fit, aut pauci menses secedunt, hæ crassæ sunt, & benè colorataæ virilesque, ac partus immemores, & neque concipiunt.* Hæc Hippocrates. Ex quibus palàm fit non vnum omnibus esse menstruorum modum atque mensuram; sed ex varia mulierum corporum habitudine; ad quod & varius vitæ institutus, & regio varia non minimum profectò conferunt; proindeq; ex salubri vniuscuiusq; consuetudine de morboso cuiusq; statu coniectandum esse. Atqui talibus notis menstruum hunc fluxum circumscripsit lib. 2. de morb. mulier. *Si fluxus in vteris abortus fuerit, sanguis multus fluit, & grumi compacti excidunt, & dolor occupat Lumbos, & laterum mollitudinem, ac imum ventrem, & durus est venter, & ad contactum dolet, & rigor & febris acuta corripit, & debilitas oboritur, & omnia præter humeros ac scapulas dolet, & calor inuadit & rubescit, & venæ duræ fiunt, ac renitentes. Morbus hic maximè fit ex abortu. Fit & cum menses multo tempore retenti, derepentè eruperint. Huic, &c.* Verùm symptomatis huius complures aliæ esse possunt causæ, quæ omnes in vitio consistunt, aut Facultatis, aut Sanguinis, aut Vasorum, vt optimè explicuit Gal. 3. de sympt. caus. cap. 2., earumq; vnaquæq; pecu-

Ex cõstitutione in vnaquaque muliere iudicãdi menses. num. 15.

Fluxus mẽsium causæ. num. 5.

peculiari prouidentia sibi consuli procul dubio postulat; Hippocrates nihilominus communem omnibus curationē proponit, planam adeò, vt nulla vlterius explicatione indigeat; omnia prohibens, quæ sanguinem deorsum ducendi facultatem habent, quemadmodum sunt infernarum partium ex calente aqua lotiones, aliique fotus; diuretica pariter, atque aluum exturbantia cibaria. Ad hæc aptum proponit decubitum, ne humores infrà facile delabantur, nimirum vt altioribus cubet pedibus; adstringentibus denique subditijs laxata vasorum orificia adstringere, attenuatumque sanguinem densare conatur. Multas autem prætermittit reuulsiones, vt illud sec. 5. aph. *Mulieri menses si cohibere velis, cucurbitulam quam* nu.6. *maximam ad mammas appone*. Et lib. 1 de morb. *Mulieri à fluxione infestatæ, ad nares aut os, fluxionem transire, bonum*: quas nu.2. omnes, vt dictum est, lib. 2. de morb. mul., & alibi diligenter proposuit: Illud iam dubitare contingit, cur in præsenti textu cibos prohibeat aluum subducentes, cum tamen lib. de nu.13. nat. mul., & vbicunque de menstruorum fluxione curanda egit, pharmacum infrà purgans potandum præbeat. Cui dubitationi ità satisfaciendum arbitramur, concedi nimirum purgans medicamentum, vt quod possit ab aliqua cacochymia sanguinis massam expurgare, vt ab acri & bilioso sero, vel pituitosa humiditate, quæ sanguinem vel dilutiorem, fluxibilioremque, vel crodendi vi præditum constituebant: At aluum subducentes cibi nil aliud possunt, quam infernas partes humectare, quæ potius essent exsiccandæ; cum nil interim vitiosi humoris è venis alliciant atque expurgent. Apnu.13. ponit etiam repefactoria, fouetque Vterum in ijsdem citatis libris; quod tamen hìc interdicitur, ad sedandum nempè dolorem, qui vteri partes male diuexans, maiorem excitare fluxionem aptus est, quo vtique sedato, frigefacientibus atq; adstringentibus vtitur.

In mensium fluxu à quibus abstinendum.

An deorsum purgātia cōueniant in mensium fluxu.

Flu-

©BIUM

LXIII. Mẽsium fluxus, si statim à menstruorũ suppressione aduenerit, uberiores esse si, verò serius, purulentus.

Fluxiones porrò, cum confestim venerit purgatio, statim subcruentæ fiunt: Cum verò tardius prodierit, purulentæ.

THeorematis huius rationem ità expressit Hippoc. lib. 1. de morb. mul. *Quibusdam suppurati fiunt menses, vbi per duos, aut tres menses moram traxerint. Hoc autem maximè fit si à febre fuerint combusti. Signa verò sunt si suppurati fuerint; dolores enim incident in pectinem, & pulsationes fortes, & contactum non sustinet; Et si melius habitura est, menses ipsi rumpunt in pudendum, & procedit pus ac sanguis, & procedit graueolens ad septem aut octo, aut nouem dies. In priore verò tempore dolet, vt dictum est antea. Postquam autem depurgata fuerit, optimum quidem est si non fiant vlcera, si verò relinquantur vlcera, ampliore curatione opus habent, quo vlcera non putrescant, & graueolentia fiant.* Hæc Hipp. Ex quibus palàm fit suppressos menses, si citò, & priusquam vitientur, erumpant, cruentos ac velut à iugulata victima fluere; At si diutius restiterint, præter cætera, quæ pro varia sanguinis, corporisque dispositione parere solent accidentia, quæ lib. de nat. puer. plenissimè recensentur, illud etiam interdum accidere, vt menstruus cruor in tenuioribus vteri venis pluspuam satis est coaceruatus, inculcatusque, præternaturaliter incalescat, & febrem accendat; à cuius praeuo calore, naturali adhuc accedente, in pus quoddam vertitur, quod sua acredine venularum oscula interdum referans, in vteri cauitatem descendit; indeque sanguini admixtum, pluribus diebus affatim extrà emittitur, penitusque sana euadit mulier. Quandoq; verò, venarũ non aperit oscula, sed magna, qua pollet, erodẽdi vi, excedendo viam sibi parat, modo inguina versus, aliasue externas partes; modo versus vteri cauicatem, ac tunc vlcera valdè contumacia excitantur. Quod respiciens Hipp. 2. de morb. mul. *Diuturna est*, inquit, *famosi fluxus curatio.* Cæterùm notandũ est, suppressum hunc sanguinẽ nullo excitato tuberculo, sed nimiùm tantummodo in venulis coarctatum, suppurari; nam, etsi dolor atque pulsatio circà pectinem in affectu hoc percipiatur; nullus tamen adest circumscriptus tumor, qui veram inflammationem, sanguine in porosita-

nu. 6.

Suppressorũ Mensium effectus.

nu. 6. & 7.

nu. 15.

num. 7. rositates diffuso, atteſtetur. Quinimmò apertis verbis Hippocrates loco hactenùs citato de morb. mul., menſes ſuppuratos factos, niſi in pudendum procedant, ad partes circà inguem erumpere citrà tuberculum aſſerit: neque profecto tacuiſſet, ſi vero oborto phlegmone pus illud genitum eſſe arbitraretur: quemadmodum non ſubticuit eodem loco, dum immediatè affectum alterum à ſuppreſſis menſibus oriundum ita deſcripſit. *Quibuſdam ubi aut bimeſtres, aut trimeſtres, aut diuturniores fuerint menſes, & ad lateris mollitudinem allapſi fuerint, cum non ſuppurati ſint menſes, velut tuberculum fit circà inguen ſine capite, magnum & rubrum: & vulgus medicorum ignarum quid hoc eſſet, iam ſæpè ſecuerunt, & ſic in periculum induxerunt. Cæterum id, quod velut tuberculum fit, tali modo fit. Fruitur ſanguine caro ipſa &c. & impletur caro ab ipſo, & inſurgit, ac eminet velut ſanguine repleta.* Verùm haud nouum eſt in Hippocratis Doctrina, pus nullo præuio phlegmone gigni, vt annotauimus text. 4. lib. 2.

Pus nullo præuio phlegmone interdum gignitur ſecùndum Hippocratem.

LXIV. Et iunioribus ſuberuenta magis prodeunt; ſeniores verò magis mucoſa menſtrua habent.

VArij ſunt fluxvs, qui muliebri è ſinu præter natutam crũpere conſueuerunt; ſingulique peculiari inſigniuntur nomine, peculiarem conſtituentes ſpeciem, pro affluentis mater ei diuerſitate: nam modo menſes pluſquam ſatis eſt euacuantur, fitque, vt diximus, menſium fluxus, ſiue hi in qualitate ſecundum naturæ leges conſtituti ſint, iugularæ victimæ ſanguinem referentes; ſiue in propria ſubſtantia, vel ex prauorum humorum admixtione vitiati; vndè purulenti, bilioſi, pituitoſi, vel melancholici egrediuntur: modò à corpore vniuerſo, vel à determinata aliqua parte ad vterum vitiati humores deriuantur, vel in ipſomet male affectò congeruntur, qui per pudoris ſinum diù, continenter, atque inordinatè diſtillantes, fluxum conſtituunt, quem muliebrem, vel album communiter appellant; modò ſemen inuoluntariè præterlabitur; & gonorrhœa, ſeu ſeminis fluxus efficitur; modò tumefactæ venulæ in oſculo, aut ceruice matricis, ſanguinem varijs periodis

Varij per Vterum fluxus varias morborum ſpecies conſtituunt.

Fluxus muliebris, vel albus.

Gonorrhœa.

©BIUM

vteri hæmorrhoides.

riodis fundunt, hæmorrhoidumq; fluxum formant: quas omnes fluxiones proprijs dignoſci ſignis certum eſt; quæ minimè eſt loci huius recenſere; vt menſtrua prætereamus, atq; puerperia, quæ ex naturæ lege effundi conſueuere; In propoſito autem textu illud tantùm annotatur, iuniores nimirum mulieres menſium fluxu, hoc eſt, ſynceri ſanguinis effuſioni; ſeniores verò fluxui muliebri, ſeu albis vteri purgamentis magis eſſe obnoxias. Quod vtique documentum initio lib. 2. de mor. mul. ſic regiſtratum inuenimus. *Fluxus albus in ſenioribus mulieribus magis fit, quàm in iunioribus; Fluxus fuluus in vtriſque; fluxus ruber in iunioribus. Et ruber quidem fluxus fit ex febre; magis autem ex abortu. Fit & ex menſium interceptione, cum concluſi derepente eruperint. fit etiam ex partu, & ex febribus, & ſanguis profluit valdè multus, & grumi excidunt, &c.* Cuius veritatis haud arduum erit rationem adducere, cum in Iunioribus vigeat calor, qui optimũ plerumq; gignit ſanguinẽ tum venoſum, tum arterialem; à quorum copia irritatà naturà, fluxiones haſce cruentas plerumq; excitat. Secus planè euenit ſenioribus mulieribus, quorum imbecillis calor eſt, excrementorum maximè ferax, quæ ab expultrice laceſſita ad vterum, cuius vias iam familiares habet, demandantur. Nihilominus neque id adeò perpetuum cenſendum eſt, quin contrarium accidere quandoque poſsit; eſt ſiquidem reperire iuuẽculas, quarum temperamentum, vel in vniuerſo corpore, vel præcipuis in partibus adeò vitiatũ exiſtit, vt cuiuſq; generis excrementa gignere aptæ ſint; quemadmodum è contrà in ſenioribus nonnullis diutiùs viget calor, optimoque fruuntur temperamento, ità vt optimum pariter ſanguinem gignere queant.

Iuniores Mulieres mẽliũ fluxu. Seniores verò muliebri fluxu facilius tentantur, & gur.

mul.

Verùm quod plerumque fit, Theorematis vim id habere rationabile fuerit.

Libri Tertij atque poſtremi Finis.

GLORIA DEO SIT, DEIPARÆQVE VIRGINI.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 442 sur 478

INDEX NOTABILIVM.

A

ABDOMEN cur morbis cõpluribus occasionẽ præbeat. pag. 7
Aceti vires. 221
Acetum biliosis prodest. 222
Acida quomodo repleant. 389
Acida pituitosum ventrem lubricant, purum adstringunt. 389
Actio vt sequatur, tria necessaria sunt, & quæ. 15
Actio ex contrarietate formali, facilis actio ex materiæ affinitate in Agente & Passo provenit. 16
Acria Tabidis inimica. tex. 53. lib. 2. pag. 334
Adeps humidissimus est inter humidas partes. 98
Aesculapius Apollinis filius experimenta rationibus exornare primò aggressus est. 392
Aegyptiorum mysteriosa religio. 29
Aegyptij Vomitu & clysteribus diù se præseruarunt. 324
Aegrorũ maxima varietas in morbis tollerandis. 192
Aegri cur propè mortem melius habere videantur. 220
Aër Auri implanẽtatus animatus est. 40. idem immobilis. 46
Aerumnæ intus re uocando obstructiones augent. 283
Aggẽs naturale nõ agit in distans. 14
Agricultura Medicinæ assimilatur, omnesq; coniecturatrices. 355
Alimenta plurimum nutrientia sistunt aluũ, excrementosa autem soluunt. 391
Alimenti, & Medicamenti differentia. 380
Alimento mederi, bonum est. 375
Alimentum Medicamento quando, & quot modis immisceatur. 382
Alimentum quando propinandum ab assumpto Cathartico. 383
Allium quomodo prosit in vteri prolapsu. 408
Aluum subducentia quot sint apud Hippocratem. 336
Aluum sistentia quæ sint. ibid.
Aluũ compactã Vomitus soluit. 371
Alui fluxus in morbis pectoris cur malus. 213. raro vtilis in ijsdẽ nisi ad præseruandum. 220
Aluus non irritanda assiduis medicamẽtis alimentosis in febricitantibus. 271
Aluus in morbis pectoris vt nam esse debeat. 221
Aluus turbata in suppurato malũ: tex. 32. lib. 2. pag. 233
Aluus commota in Vulneratis, si derepentè sistatur, lethale. 308

©BIUM

Aluus commota in Vulneratis & Vlceratis prodeſt. 309
Alcmæon Pythagoricus pleraque in Medicina, primuſque de natura ſcripſit. 45
Anaſarca ex fluxione quomodo fiat. pag. 149
Anaſarcæ facilis eſt tranſitus in Aſcitim & Tympanitim. 149
Anatomia in Brutis antiquitus plerumque exerceri conſueuit. 82
Angina à ſanguine in colli venis cõpacto, eiuſque curatio. 289
Angina ex ſolius ſpiritus vitio, 293
Angina apoplectica. 290
In Angina ſanguis ex vtroq; brachio hauriendus. 293
Anginæ nomen vnde. 289
Anginæ nomine Hippocrates omnes comprehendit tum faucium, tum adiacentium partium affectus. pag. 290
Anginæ curatio ex Hippocrat. 291
Anginarum triæ ſpecies. 290
Anginæ malignæ & peſtilentes, ſeù potius Aphthæ. 292
Anni diuiſio ex Hippocrate. 326
Anima ſui domicilij architecta eſt. pag. 5
Anodynæ glutinoſam habent humiditatem, qua continuã ſolutionẽ auertunt. 10
Antipathia inter humani corporis partes in bonum animantis facta eſt. 17
Aorta interdum ſignificat trachæam apud Hippocratem. 190
Aphoriſmus vnde dictus. text. 1. li. 3 pag. 233
Apollo primus Medicinæ excultor. pag. 392
Apoplexiæ quando febris ſit noxia. pag. 343
Applicatio Agentis ad paſſum in quo conſiſtat. 15
Aphthæ malignæ & peſtilentes. 292
Aqua vnde augeatur in corpore. pag. 291
Aqua tepens vlceribus quandoque proficua eſt. 289
Aqua quomodo bileſcat. 140
Aquam concipi quid ſit. 135
Aquæ calentis cõtrarij effectus. 374
Aquæ Lotio oculos præſeruat, & viſum acuit. 174
Aquilonia conſtitutio acuit humores. 167
Ardores ab extincta febre relicti vt nam ſint attemperandi. 277
Ariſtotelis opinio de venis à corde oriundis ab Hippocrate deſumpta eſt. 71
Ars quid ſit. 353. 395
Ars & Virtus circa difficillia verſatur. 352
Ars & fortuna quid differant. 395
Artis præcepta leges ſunt. 393
Artes omnes naſcentes rudes ſunt, quæ poſtmodum perficiuntur. pag. 393
Artium gubernator & inuentor honor eſt. 395
Arteriæ quomodo dicantur ſanguine non irrigari. 75

Arte-

Arteriæ cur pulsent. 75
Articulus modò Articulationem, modo Acetabulum, modo os, quod Acetabulo inseritur, significat apud Hipp. 117
Articuli tot sunt quot ossa. 120
Articulorum mucus. 123
Articulorum variæ læsiones ob mucivitium. 123
Articulorum calamitates ex nimia humiditate. 124
Articulorum humiditate Asiatica & Scytica gens invalidissima. 124
Articuli ostianibus roborantur. ibidem.
Articulorum tophi. ibidem.
Articuli quomodò infestentur à fluxionibus. 153
Articulorum naturalis opportunitas fluxibus excipiendis. 154
Articulorum affectiones diuturnæ. ibidem.
Articulorum affectiones cur breues aliquando dicantur. 154
Articulorum affectiones quatuor sunt. 155
Asiatica gens articulorum humiditate imbecillima efficitur 124. *ostionibus eos roborabat ibidem.*
Assa cur aluum sistant. 388
Atra bilis quomodo cumuletur in magnis doloribus. 341
Atra bilis quomodo generetur in vulneratis. 307
Atra bilis viscosissima est, & sedes diuturnissimas facit. 268
Atræ bilis vomitus lethalis. 306
Atra bilis salutariter per vomitum interdum ejecta est. 307
Auditus, eiusque organi descriptio. 38
Auditus est sensus disciplinæ. 39
Auditus vnde hebetior reddatur. 41
Auditus quid sit. 142
Auditus per vacuum fieri quomodo intelligatur. 45
Auditio per os interdum fit. 47
Audimus ex longiori distantia quam olfacimus, & cur. 54
Auditur tantummodò quod per membranam ingreditur. 47
Auris descriptio. 39
Aurium morbi periculosiores quam oculorum. 157
Aurium dolor intensus, & cur. ibidem.
Aures quomodo cerebrum lædant. pag. 158
Aurium morbi exitiosi. 158
Auris dolor vt nam curetur. 160
Auribus nullum applicandum medicamentum. ibidem.
Auribus cucurbitulæ prosunt. 165
Auribus frigido morbo laborantibus sanguinis missio obest. 165
Aurium morbifica materia per nares deriuanda. 165
Aurium morbis Vomitus quãdo conueniat, quando non. 165
Auris nullum fert medicamentorum excessum. 166
Aurium morbis senes minùs periculosè laborant, quam iuuenes pag. 157

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 445 sur 478

©BIUM

Ad Aures fluxio cur violenta. 158
Ex Auribus Vitæ Mortisque præsagia. 35
Auris infima pars memoriæ dicata. 39
Aurium murmura vnde proueniant. 40
Aurium dolor à fluxione. 157
Aurium affectiones numquam contemnendæ. 157
Auricula malè affecta vix vllum admittit medicamentum. 161.
Austera commoda sunt ad robur & siccitatem. tex. 32. libro 2. pag. 233.
Authores graues atque antiqui non temere sunt reprehendendi 10.
Cur obscuri sint. ibidem.

B

Bacchi nutrices Nymphæ sunt. pag. 317
Balnei consideratio. tex. 31. lib. 2. pag. 223
Balneo assueti tutius eo vti possunt in morbis. ibidem.
Balnei prerogatiuæ in morbis pectoris. ibidem.
Balnei nocumenta. ibidem.
Balnei vsus. 262
Ballatrix Medicinæ assimilatur. 355
Bilis tum flaua, tum atra quomodo generetur in Vulneratis. 307
Bilis nomine calidos omnes comprehendit humores Hippocrates. 317
Bilis deorsum euacuanda, & Pituita sursum & cur. 329
Bilis in cerebro pituitescit. 141.
Biliosis naturis animalia crusta intecta prosunt. 279
Bilis simpliciter prolata dupliciter sumitur, pro humore, & pro morbo. 140
Bilis morbus. ibidem.
Bilis à frigore magis quàm à calore deorsum commouetur. ibidem.
Bilis pallida, & eius vires. 216
Bilis vbi copiosè gignatur. 282
Bilis atra viscosissima est, & diuturnissimas sedes facit. 268
Bilis atra. Vide Atra bilis.
Biliosi quando vomere debeant. 328
Bracchij consideratio. 114

C

Cæsio quid sit. 297
Cæpe oculis prodest educendo lacrymas. 182
Calidis & biliosis naturis crustacea animalia prosunt. 279
Calor modò trahit, modò transmittit humores, & cur. 133
Calor pituitosas fluxiones, & ad extra magis commouet. 139
Calor quomodo trahat. 133
Calor naturalis imminuitur à calidis, & à Vino potentiore. 391
Calida intùs assumpta quomodo frigefaciunt. ibid.
Calor à frigore augetur. ibid.
Calida & ficca foris adhibita, extenuant, intùs replent. 389

Ca-

Calida & humida aluum lubricant. pag. 389
Calida intùs exhibita, num ad cutem expellant, aut è contra, detrahant. tex. 36. lib. 2. pag. 242
Cancri carnè habent friabilem, quæ facile digeritur, & Tabidis conuenit. tex. 33. lib. 2. pag. 235.
Caluæ excrementa quomodo curentur. 173
Callus quomodo curandus. 336
Calloſum vlcus quomodo curandum ſit. 335
Calloſum vlcus quomodo fiat. ibid.
Cammarus quid ſit apud Hippocr. pag. 278
Cammarus quot ſignificet. ib.d.
Cammarus quibus conueniat. ibid.
Capitis oſſa reliquarum oſſium norma ſunt. 102
Capitis dolor phlebotomia & oſtionibus curandus. 350
Capitis dolori, niſi vehemens ſit, phlebotomia non conuenit. 350
Capita hominum nihil inter ſe communiter habent. 104
Caput humanorum morborum cauſa & cur. 7
Capitis omnes paſſiones à ſtomaco proueniunt. 19
Capiti cur Ventriculus maximè conſentit. 18
Capite vulnerato cur biliоſus adueniat Vomitus. ibid.
Caput cur omnes ſuperfluitates attrahat. 19. & 24
Caput cur vna parte doleat altera omninò illæſa. 67
Capite caleſactio multæ vrinæ fiunt; & cur. 81
Caput à quibus incaleſcat. 132
Caput pauca carne contectus eſt; & cur. 129
Caput per quot, & quas vias expurgetur. 137
Capitis conterminatio & diuiſio. pag. 106
Capitis vlcera. 174
Caput qua parte ab vtero lædatur. pag. 406
Capitis fracturæ, earumq; curatio. pag. 297
Capitis fractio lata abſque periculo eſt. 298
Capitis quodlibet vulnus periculoſum eſt, niſi rectè curetur. ibid.
Capitis vulnus. Vide Fractio, Fiſſio, Vulnus.
Caput febricitanti non purgandum. 304
Caput purgare quid ſit apud Hippocratem. ibid.
Caput nimium caleſactio non eſt purgandum. 305
Caput expurgatur à Vomitu. 331
Capi purgia fortia à toto capite trahunt, leuia verò ab Oculis, proximisq; partibus. 172
In Capite dolente ab infernis partibus, purgatio capitis obeſt, & cur. pag. 351
Carnes, & Cutis omnium colligationem, & conſtructionem corpori tribuunt. 102

Car-

©BIUM

Carnoſæ partes facile patiuntur. 12.
Caro vlceribus *vnde ſuperoreſcat & quibus medicamentis dematur.* 324
Carotis arteria vnde dicta. 74
Carotis arteriæ deſcriptio. 75
Catharri nomen vna cum luxu innotuit. 128
Cauitates primum auditus inſtrumentum, & quomodo id intelligendum ſit. 46
Cedere quid ſit. 131
Cedmi quid ſit. 155
Cedrum quid ſit; quid Cedria & Cetrides. 407
Cerebrum quomodo ab auribus afficiatur. 158
Cholera difficile ſedatur, & cur. pag. 313
Cholera in quo differat ab Hypercatharſi. 314
Cholerici affectus à veteri vino gignuntur. 316
Chymica medicamenta valida nonniſi in magnis morbis vſurpanda. 385
Chymica medicamenta vtilia ſunt ſi Dogmaticorum præceptis obſeruatis vſurpentur. 394
Chymici Pharmaciam ditarunt. pag. 385
Chymicis non parum debet medica facultas. 385
Chymici nonnulli nonatores, & irrationales Medicos contumelioſi. pag. 394
Cibi, qui à calore non liquantur, non ſecedunt per aluum. 388
Cibi, ſi nimia quantitate aſſumantur, quid eueniat. 379
Cibus febricitanti non offerendus. pag. 270
Cibi, & potus, qui fortiſſimi ſint, & qui leuiſſimi. tex. 31. *lib.* 2. pag. 290
Cibi, qui non eſurientes ad edendũ inuitant, fugiendi. 21
Cibum capere antè tempus maximũ erratum. 22
Cibus ſi tardius ſumatur quæ aduehat mala. 23
Circulus quid ſit. 5
Circulus principio, & fine caret, æternitatis eſt ſymbolus, & in ipſo æternus cieri poteſt motus 5
Circuli exemplo vſus eſt Hippocrates ad declarandas venarum, aliorumque vaſorum diuaricationes pag. 6
Circulo deſcripto principium non reperitur. 1
Clauiculæ oſtendunt affectam Pulmonis partem. 189
Clauicularum ratio. 112
Clauiculæ cur ita dictæ. 113
Clyſteribus & Vomitu diù ſe Aegyptij & Chaldæi ſe præſeruarint. 324
Collyria plaruinque ſunt ineffacia. 175
Combuſtibile quid ſit. 310
Concretio tum à calore, tum à frigore fieri poteſt. 156
Confluxio vna, conſpiratio vna, conſentientia omnia. 3

Con-

Congelatio quid sit apud Hippocratem. 390
Congelantia aluum sistunt. ibid.
Coniecturalis artis instrumenta contra animum interdum producunt effectum. 355
Coniecturatrices artes. ibid.
Consentientia ex vicinitatis iure. pag. 17
Cōsensus in humano corpore ex partium artificiosa connexione præcipuè prouenit, 7
Consensus. Vide Sympathia.
Consentiat cur Venosum venoso, & Neruosum neruoso. 16. & 32
Consuetudo est maximè consideranda in vomentibus. 327
Coquenda clausa esse debent. 142
Contraria sunt idem genere, specie autem diuersa. 31
Contusiones occultæ in cranio quomodo deprehendantur. 300
Contusio quid sit. 297
Contusis partibus suppurantia applicanda sunt. 299
Conuulsionis curatio. 339
Conuulsis ignis proximus sit. ibidem.
Conuulsis quomodò Mandragora opituletur. 340
Conuulsis vnde febris adueniat, & prosit. 341
Conuulsis vt febris prodesse possit, quas conditiones habere debet pag. 342
Conuulsio interdum febrem sedat, pag. 342
Conuulsio in febre siens, & eadem die desinens, bona est. ibidem.
Conuulsio quot modis soluatur. 343
Conuulsio ab inflammatione exorta, sanatur coctione. ibidem.
Conuulsis an sit febris excitanda, & quomodo excitetur. 343
Coriza vt nam curanda. 155.
Cornelius Celsus potius Rhetor, quā Medicus, nullamque sectam secutus est. 36
Corporis humani imbecillitas vnde proueniat. 373
Corporis humani cognitio cuique valdè expedit. 38
Corporis omnis ratio eò comparata est, vt Animæ seruiat, regaturq; nutu illius. 5
Corpus humanum sibi ipsi idem ac simile est. 27
Corporis raritas ad sanitatem, densitas ad morbum conducit. 105
Corpus tribus constat, membris, humoribus, spiritibus. 3
Corpus totum fluxile & transpirabile est. 2
Corporis humani nullum absolutè est principium. 1
Costarum ratio 111
Costæ duodecim ab vtroque latere ibidem.
Costæ Spuriæ cur factæ. ibidem.
Coxendicis curatio. tex. 36. lib. 2. pag. 242
Coxendici repercutientia numquam conueniunt. ibidem.
Coxendix, seu Ischium quotupliciter accipiatur. 118

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 449 sur 478

©BIUM

Coxendix morbus quomodò fiat. 152
Cranij ossa sex propriè sunt. 107
Cranium finditur occultis aut manifestis fissuris, aut contusionibus. 301
Cranium si occultè fractum, fissum aut contusum sit, num cutis scindenda, atque os denudandum. 303
Crustacea animalia conueniunt Tabidis & Hecticis. tex. 33. lib. 2 pag. 235. & 279
Cubitus, seu Vlna. 114
Cucurbitulæ affectis Auribus, & capiti præsentaneum sunt auxilium pag. 165
Cucurbitularum genera tex. 36. lib. 2. parg. 242
Cucurbitulæ Ischiadicis prosunt. ibidem.
Cucurbitulæ quando scarificandæ tex. 36. lib. 2. pag. 241
Curatio nunc fit per contraria, nunc per similia, nunc per vtrumque. 369
Curare quid sit. 370
Curatio per similia ad contrarium reducitur. 371
Curationis anima est opportunitas. pag. 356
Curandum non est in morborum vigore. 334
Cutis tumefacta in capite vulnusculis curatur. 177
Cutis consideratio. 148
Cutis non potest expurgari per secessum. 284

D

Debiles quomodò fortiora medicamenta assumere debeant. 274
Debili existente ægro, morbo verò magno, quid agendum. 320
Deleteria congruè vsurpata magnam afferunt vtilitatem. 339
Densitas corporis ad robur, non ad sanitatem conducit. 105
Deus vbique splendet. 28
Diæta omnium tutissima est, & quo modo prosit. 297
Διαιτων *quid significet.* 308
Disciplinæ à fine distinguntur, & ex modo procedendi. 33
Diuretica in Vteri descensu non exhibenda. 406
Diuretica vt plurimum menses mouent. 411
Dogmatici scientias omnes Medicinæ subfamulari cogunt. 353
Dogmaticorum prærogatiuæ. 352
Dolor vnde fiat. 361
Dolor fit vbi natura alteratur & corrumpitur. 362
Dolori, quæ vnitatis solutio necessaria sit. 363
Doloribus magnis minus obnoxium est eucraton corpus. 366.
Dolor etiam in subito reditu ad naturalem statum excitatur, vbi Platonis & Galeni cõciliatio. 366
Doloris causa cur modo alteratio, modò continui solutio ex Galeno pag. 364

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 450 sur 478

Dolor excitatur in quolibet ſenſorio vbi à proprio obiecto nimium alteretur. 364
Dolor anthonomaſtice dicitur de ſenſu tactus. ibidem
Dolor quomodo trahat. 134
Dolor quid ſit. 158
Dolor pro cauſa doloris ſæpè accipitur ab Hippocrate. 159
Dolor quamcitius ſedandus eſt. 162
Dolor maxime attrahit. 163
Dolor pungens. 317
Dolor tenſiuus. ibid.
Dolor grauatiuus doloris nomine nõ dignatur ab Hippocrate. 317
Dolor dolorem ſedat. 371
Dolor vt fiat neceſſaria eſt attentiua facultas. 365
Dolor cum ex naturæ inſtituto ſit, cur ſymptomaticum quid dicatur. pag. 365
Dolor num ab humiditate fiat. 367
Doloris natura. Epilogus. 368
Dolor capitis phlebotomia & vſtione curandus eſt. 350
Doloribus magnis exiſtentibus atrabilis cumulatur, & cur. 341
Dolor capitis niſi vehemens ſit, ſanguis non extrahendus. 350
In Dolore capitis ab infernis partibus proueniente, capitis purgatio obeſt, & cur. 351
Dolores magni quomodo fiant à pituita. 318
Dolor Auris vt nam curetur. 160
Dolores varij varium atteſtantur tum humorem, tum partem affectam. 317
Dolent partes ſi diſiungantur cum gaudeant mutuo contactu, & cur. 366
Dolorificæ cauſæ conditio ex Platone. 363
Dolorificæ cauſæ quouſque intendi debeant. 363
Dolorificæ cauſæ ratio in ſubita mutatione conſiſtit. 366
Dolorificus eſt ſanguis. 318
Ducciarum cautio. 148

E

Ebrietas eſt voluntaria inſania. pag. 316
Ebriorum curatio. 315
Ebrij præſentium malorum obliuioſi fiunt, & futurorum bonorum ſpe beantur. 315
Ebriorum vomitus non eſt ſedandus, 316
Ebriorum curatio tota in Vomitu & ſomno conſiſtit. ibid.
Ecclegmatum dotes. tex. 31. lib. 2. pag. 329
Effectus per accidens reducitur ad cauſam per ſe. 371
Effectuum contrariorum, qui à cibo producuntur, corporis imbecillitas in cauſa eſt. 372
Empyema in Thorace fieri poteſt confluxionibus nulla præcedente inflammatione, & cur. 142
Empyema. Vide. ſuppuratio.
Empirica vnde dicta, & eius ratio. pag. 352
Epiglottidis conſideratio. 139

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 451 sur 478

©BIUM

Epigeneſis, ſeu ſuperuenientia ſemper mala. 196
Errhina in morbis oculorum non niſi leuia eſſe debent. 171
Errhina Fortia à toto capite ducũt, leuia verò ab oculis & à vicinis naſo partibus. 172
Euacuatio ad præſeruandum fit à longinquioribus partibus, à proximioribus verò ad curandum. tex. 35. lib. 2. pag. 239.
Euacuandis humoribus locus quàm proximior eligendus eſt: ibid.
Euacuanda febris eſt per proximam partem. 274
Excrementa exitioſa minus malum eſt euacuari à pharmaco, quàm à Natura. 315
Exercitatio ſanorum propria eſt. pag. 322
Exercitatio. Vide Gymnaſtica.
Experientiam relinquere eò quòd eius nos lateat ratio, ſtultè ſapere eſt. 92

F

Facies & frons cur facilè ſudent. 215
Facies abſque neruis eſt ſecundum Hippocratem, & quomodo ſit id intelligendum. 101
Facies cur palleſcat in poſtica fluxione. 147
Faciei oſſa. 107
Fauces quæ dicantur. 290
Febrium ratio. 263
Febrium periodi mirabiles. 163
Febrium innumenta. 164
Febrium tractatus ab Hippocrate compoſitus, anniſus eſt. 265
Febris generatio. ibid.
Febris à laboribus, & eius curatio. pag. 267
Febris ardentis generatio. 166
Febris omnis refrigeranda præter quartanam. 267
Febris gracilium vt curanda. 273
Febris per proximiorem partẽ euacuanda. 275
Febris partium. 306
Febris & rigor per caput quid ſit. pag. 305
Febris Apoplexiæ quando noxia. pag. 343
Febris an, & quomodo excitanda in conuulſis. 343
Febris vt conuulſis profit quas conditiones habere debeat. 342
Febris quandoque à conuulſione ſedatur. 342
Febris cur non ſedanda in Pleuriticis. 221
Febrilis caloris cauſa ex Hippocrate & ex Galeno. 163
Febricitantibus friggidus potus non propinandus. 270
Febricitantibus cibus non offerendus. 270
Fernelius notatur in fluxionibus externis. 138
Fernelij opinio de vteri erroribus. pag. 402
Febricitantibus alius non iugiter irritãda medicamentoſis alimentis. pag. 271

Febrien-

Febrientibus iuſcula probantur authoritate Hippocratis. 271.
Febrientes, ſi graciles ſint, liberalius reficiendi. 273
Febricitanti caput non purgandum pag. 304
Felicitas quid ſit. 398
Fœmur. 117
Fiſtula aliorum medela. 287
Fiſtula quid ſit. 158
Fiſtuloſum vlcus tunc, dolet cum ſit. pag. 159
Fiſſio in oſſibus quid ſit. 298
Fiſſurarum diſcrimina in capite, pag. 300
Fiſſuræ occultæ in Cranio quomodo cognoſcendæ. 300
Flatum faciunt humida reſiccata. pag. 386
Flatulenta aluum ſiſtunt. 388
Flatulenta vterum ſurſum propellunt. 408
Fluxio latiſſimè accepta quid ſignificet. 127
Fluxio cuilibet morbo aut originem, aut incrementum dare poteſt. pag. 127
Fluxionibus homo cur maximè obnoxius. 127
Fluxiones à quibus commoueantur. pag. 123
Fluxionis cauſa in parte mandante, excipiente, & in vijs. 128
Fluxionis materia. ibid.
Fluxionis cauſæ tres in parte tranſmittente, Frigus, Calor, Repletio. pag. 129
Fluxio an concitetur à frigore. pag. 130
Fluxionis cauſæ in parte recipiente. pag. 133
Fluxiones capitis ſeptem, & quæ. pag. 137
Fluxio ad Thoracem. 138
Fluxio ad guttur facilis eſt, quia non contectum 139
Fluxiones ad extra facilius à calore, ad intra vero facilius à frigore concitantur. 139
Fluxionis remedia. 296
Fluxio diuerſa in qualitate & quantitate diuerſos parit affectus. pag. 207
Fluxionis à pericranio curatio. 175
Fluxio ſalſuginoſa à capite incalescente. 175
Fluxio niſi ab internis capitis partibus proueniat, acris plerumq; non eſt. 175
Fluxio ad oculos ab externa capitis parte. 178
Fluxio ad aures cur violenta. 158
Fluxio bilioſa à frigore, pituitoſa à calore facilius concitatur. 139
Fluxio ad medullam ſpinalem. 134
Fluxionum poſticarum pathognomonica ſigna. 147
Fluxione poſtica exiſtente cur oculi hebeſcant; & facies pallorem contrahat. 147
Fluxiones cur facilius per internas, quàm per externas partes. 148
Fluxio ad nares non valdè periculoſa. 155

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 453 sur 478

©BIUM

Fluxio ad nares non auertenda. 156
Fluxionũ generalis curatio. tex. 32 *lib.* 2. *pag.* 230
Fluxio ad Ventriculum. tex. 34 *lib.* 2. *pag.* 236
Fluxio ad Ventriculum vtilis interdum. ibidem. pag. 237
Fluxus ad vertebras vt nam curandus. tex. 33. *lib.* 2. *pag.* 238
Fœtidis ad vterum fugandum non nisi in suffitu vtitur Hipp. 414
Fœtida idem quod suaueolentia præstant in vtero nisi cremẽtur. 414
Fœtida cor auersatur. 410
Fœtida Vterus cum auersatur. ibid.
Fœtus partes omnes simul discriminantur & augentur, sed maiores prius minoribus apparent. 4
Fœtus dum formatur neque Hepate indiget, neque Corde 4
Fomenti administratio in vterino affectu. 414
Fomentũ a suffitu quid differat. 410
Fomentum externam omnem caliditatem significat. 410
Fomenta humida in Vteri descensu non adhibenda. 406
Fomenta num applicanda Pleuriticis. 222
Fotus cõtrarij effectus prout diuturnior aut breuior extiterit. 374
Fortissimum quid sit. tex. 31. *lib.* 2. *pag.* 230
Fortuna quid sit. 395
Fortuna & ars quid differant. ibid.
Fortuna varios habet significatus apud Hippocratem. 397
Fortuna quid præstet Medicinæ. pag. 398
Fortuna haud necessaria Medicinæ pag. 396
Fortuna minima est vbi Mens plurima. 398
Fortuna ab artibus non excludenda. 398
Fortunatè agere quid sit apud Hippocratem. 397
Fractura lata in capite absque periculo est si rectè curetur. 398
Fracta ossa citius sanantur si cutis integra sit. 303
Fractura quid sit, & quot eius species. 297
Fracturæ circa cranij suturas difficile cognoscuntur. 301
Friabile quid sit. 388
Friabilia aluum sistunt. ibid.
Friggida exterius aluum durant, intùs verò subducunt. 389
Frigꝰ quæ mala inuehat pectori. 221
Frigus biliosas fluxiones intùs versus facilius commouet. 139
Friggidus potus febrienti non propinandus. 270
Frigefactoriæ potiones. 279
Friggida in excessu quomodo congelando aluum sistant. 390
Friggidus potus imbecillum à caliditate Ventriculum roborat. 390

G

Galenus Medicinam illustrauit. 393
Galbani natura. 413

Ge-

Generetur quomodo mas, quomodo fœmina. 81
Genu articulatio. 118
Genu cur imposita sit mola. 119
Glandium subdititiarum ratio. 416
Glans si debilior requiratur linteo involuenda. 416
Glans vide Pessus. ibid.
Gracilitas vnde contrahatur. 273
Gracilium febris vt curanda. 273 & 326.
Graciles in febre liberalius reficiendi. ibid.
Gracilis habitus ineptus ad vomitum. 326
Graciles quo vomere debeant. 328
Graciles facile vomentes ob consuetudinem sursum purgare oportet, & quando. 329
Græci vitiorum omnium genitores. 164
Grossi quid nam sint. 414
Gymnastica quid significet. 322
Gymnasticæ inuentores qui fuerint ibidem.
Gymnastica Medicinæ contraria est pag. 321
Gymnasium quid sit, Quid Gymnasta. 322

H

Hippocratis ingenuitas. 161
Hippocratis enchomium. 186
Hippocrates defenditur à Plinij calumnia in ictero. 281
Hippocrates Cous inexhaustum doctrinæ thesaurum reliquit. 393
Hippocrates Pictores imitatur in corpore humano describendo 1.
Hippocratis explicatio. 3
Hippocrati plurima obijciuntur à Galeno. 10
Hippocrates omnem Medicinæ partem diligenter excoluit. 70
Hippocrates anatomica omnia, quæ necessaria sunt, perfectè calluit pag. 70
In Hippocrate non est attendendus exactus ordo. 66
Homo fluxionibus est maximè obnoxius. 127
Homo cur solus ex animantibus erectus factus est. 120
Homines intemperantes lacunarum instar aqua flatuque exuberant pag. 128
Homines aut natura, aut intemperantia morbosi non sunt curandi. 128
Homo habet ciuilis societatis imaginem. 2
Honor artium gubernator & inuentor. 394
Humani corporis regimen oligarchia est. 124
Humani corporis imbecillitas vnde proueniat. 373
Humidum non est sine corpore. 368
Humidum corpus facilè patitur. 8
Humidiores partes facile transmittunt, difficilè retinent. 8. 11.
Humidiorum partium morbi citò sedantur. 7. 11. 94
Humidiora minus ægrotant, & minùs dolent. 7

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 455 sur 478

©BIUM

Humiditas aduersatur dolori. 9
Humores præternaturales vbicunq; generari possunt. 140
Hydropis significatio multiplex. pag. 150
Hydrops ex fluxione ad vertebras. pag. 146
Hydropicorum vstio. 253
Hydropici vbi secandi. *ibid.*
Hydrops fieri potest nullatenus affecto hepate. 151
In Hydrope Aqua & flatus cur semper misceantur. 151
Hydropis ex dorso curatio. tex. 35. *lib.* 2. *pag.* 239
Hydropi pituitosa cibaria interdum prosunt. ibidem. pag. 241
Hydrops à colliquatione 249. *eius curatio.* 251
Hydrops post alios morbos lethalis pag. 250
Hydropicis medicamenta qua forma exhibenda. 252
Hydropi quando conueniant pituitosa alimenta. *ibid.*
In Hydrope an aqua prius educenda, an potius viscera attemperanda. 251
Hydropici ærumnis curantur. 254
Hydrops Puerorum. 255
Hydropicis dissectis fotus applicandi. 256
Ab Hydrope qui facilius, qui difficilius curantur. 256
Hydropicorum antiqua quæstio de loco, vbi sint secandi. 254
Hypercatharsis vnde fiat. 312
Hypercatharsis in quo differat à cholera. 314
Hypercatharsis curatio. 312
Hypersarcosis. 324

I

IAtrices Gymnasticæ opponitur. pag. 321
Icterus cur Pleuritidi superueniat. pag 113
Icteritia cur primò in oculis innotescat. *ibid.*
Icterus quid sit, & quomodo fiat. 280
Icteri curatio. 280
Icteritia quæ mala portendat in Peripneumonicis. 213
Icteri varia nomina. 281
Icterus modo primarius, modo secundarius est. *ibid.*
Icterus morbis superueniens quanto malus, vbi Hippocr. à Plinij calumnia defenditur. 281
Icterus primarius vnde fiat. 282
Icterus vel aureus, vel niger, vel albus. 282
Icteri curatio in tria tempora diuiditur. *ibid.*
Ictericis quando ærumnosus victus conueniat. 283
Ictericis quando cholagogum non exhibendum. 284
In Ictero melancholico curando cautio. 285
Ignis facultates. 347
Igne articulos roborabant Nomades. *ibid.*

illum

Ilium ossa. 117
Imbecillitas corporis causa est contrariorum effectuum, qui a cibo & a medicamento producuntur. pag. 372
Imbecillitas humani corporis unde proueniat. 373
Imbecillibus fortia medicamenta nō exhibenda. 384
Inflammationi ab initio purgatio non conuenit. 269
Insaniæ signum est manibus pedibusq; esse distentum. 345
Intemperantia laborantes non sunt curandi. 128
Intemperantes homines lacunarum instar Aqua, flatuq; exuberant. pag. 128
Intestinorum termina à cerebrali fluxione. tex. 34. *lib.* 2. *pag.* 237
Intestinorum dolore laborantium curatio. ibid.
*Intestinis laborantibus numquam fortia cathartica conueniunt. tex-*34. *lib.* 2. *pag.* 237
Ab intestinorum torminibus febris, aut alui fluxus superueniens, lethalis ibid. 238
Ischias. Vide Coxendix.
Ischiadicis clysteres maximè profi-cui. tex. 36. *lib.* 2. *pag.* 242
Iuscula in febricitantibus probantur ex authoritate Hippocratis. pag. 271

L

Labor varia significat ad Hippocratem. 124
Lacryma oculi sudor, ex triplici fermari potest materia. 182
Lacrymæ diuturnæ cæcitatem pariunt. ibid.
Lacrymari quando oculis conducat. pag. 182
Lacrymæ oculum extenuant. 182
Lacrymæ a quibus causis excitiantur. 183
Lacrymæ quomodo à pathematibus excitiantur. ibid.
Lacrymæ ex gaudio, & ex mœstitia pag. 183
Lacrymæ veræ sunt doloris indices. ibidem.
Lacrymæ voluntariæ quæ. ibid.
Lacrymis dolor lenitur. 184
Lacrymæ à quibus morbis fiant. ibidem.
Lacrymarum fluxus ab externa capitis cacochymia. 176
Lacrymis facilis transitus ab oculis ad nares. 171
Lacrymarum attributa, & unde dictæ. 183
Lassitudines in fluxione concitata à frigore. 141
Lassitudo cur peripneumoniæ superueniat. 191
Lassitudo quid sit. 267
Lassitudine ebortæ febris curatio. pag. 267
Liber de loc. in hom. est velut totius medicinæ compendium. 127
Liber de loc. in hom. citatur à Cælio Aureliano lib. 5 *Chron. cap.* 1.
Liber de loc. in hom. citatur à Galeno

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 457 sur 478

©BIUM

vt verè Hippocraticus. 248
Lien venosus dicitur ab Hippocrate. pag. 89
Lien expurgat Ventriculum. 249
Lien ematosim habet. ibid.
Lienis analogia cum sinistro brachio. 89
Lienosi cur leuamen sentiant à phlebotomia in summis manibus secundum Vallesium. 90
Lien, Vide Splen.
Limaces non conueniunt Phthysicis ex Petronio tex. 33. l. 2. pag. 239
Linguæ consideratio. 189
Lingua exulcerata vt Angina curanda. 293
Lingua concolor est adiacẽtium partium redundantijs, Pulmonum videlicet, Ventriculi & Capitis. pag. 189
Linguæ varij colores varios indicant humores, ac laborantem Pulmonis partem ostendunt. 189
Lippitudinis siccæ signa & curatio. pag. 170
Liuoris consideratio. 311
Liuor & nigrities vlceribus vnde. pag. 309
Liuor cur exitiosior nigritie. 311
Localia medicamenta vbi statim adhibere liceat. 163
Locutio quid sit. 44
Locutio quomodo fiat. 45
Locutio Auium. 44
Lotrices vteri prolapsu plerumque laborant. 404
Lumborum consensus ex Mesenterio. pag. 149
Luxuriæ supplicia morbi. 379
Luxus omnis ab Asia hùc delatus est. pag. 164

M

Mandragoræ vires. 339
Mandragora maniam curat. pag. 338
Mandragora quomodo cõuulsis opituletur. 340
Maniaci consideratio. 338
Manibus, Pedibusque distentum esse, insaniæ est signum. 345
Manus dupliciter accipitur. 88
Manus pro toto bracchio accipitur. pag. 91
Manuum dignitas & descriptio, pag. 115
Manus hominis prudentiam testantur. ibid.
Manuum ossa & articuli. 116
Martianus notatur circa vocem elatirion. tex. 37. lib. 2. pag. 243
Martianus refellitur in calloso vlceris curatione. 337
Martianus redarguitur asserens solam Ascitim vocari Hydropem ab Hippocrate. 150
Mas quomodo generetur. 81
Masticatoria a Capite & à Ventriculo trahunt. 172
Materiæ aptitudo vt patiatur vbi consistat. 31
Maxillarum descriptio. 107
Maxillæ superioris ossa. ibid.
Maxillæ ex ossibus venas intra se habent. 108

Ma-

Maxillas luxari fineſtum. 108
Medicamenti & Alimenti differentia. 380
Medicamenta ſunt quæ præſentem ſtatum tranſmouent. ibid.
Medicamenti ratio generaliſſima. pag. 381
Medicamentum quotuplex. 381
Medicamentorum tumefacientium atque attenuantium contrarij effectus. 361
Medicamenta ſani ægreferunt. 320
Medicamenta ſanis quando exhibenda. ibid.
Medicamenta attenuantia quomodo purgent. 337
Medicamenta abſterſiua quæ propriè ſint. 337
Medicamenta ſomnifera ſanguini quietem afferunt. 339
Medicamenta deleteria congruè vſurpata vtilia ſunt. ibid.
Medicamentum alimento quando, & quot modis admiſceatur. 382
Medicamenta fortia debilibus non exhibenda. Neque in exigua quãtitate. 384
Medicamenta valida, ſiue chymica, ſiue non, niſi in magnis morbis non ſunt vſurpanda. 385
Medicamenta complura per accidens operantur. 357
Medicamentum non exhibendum eſt corpore florido exhiſtente. 268
Medicamento purganti phlebotomia eſt præmittenda. ibid.
Medicamenta validiora quomodo aſſumenda ſint à debilioribus. pag. 274 & 320
Medicamentum debilius quomodo validiorem morbum expugnet. pag. 276 & 321
Medicina quid ſit. 393
Medicina à Mundi exordio extitit. pag. 392
Medicinę primus cultor Apollo. ibid.
Medicina tota inuenta eſt. 391
Medicinam Galenus maximè illuſtrauit. 393
Medicina in dies magis perfici poteſt. pag. 394
Medicinam nouã qui ſe inueniſſe gloriatur, fallitur & fallit. 394
Medicina exiguo nunc in honore habetur & cur. 194
Medicina non indiget fortuna. 395
Medicina tuto operatur quantum eſt ex ſe, neque à fortuna pendet. 396
Medicinæ Bellatrix, Nauigatoria, & Agricultura aſſimilatur. 355
Medicinæ finis non eſt ſanare, ſed bene curare. 355
Medicina niſi aſſequatur finem externum, non culpanda. ibid.
Medicina tranſmutatione æget. pag. 321
Medicina Gymnaſticæ opponitur. pag. 321
Medicina humanæ ſaluti præſidens quot modis ſumatur. ibid.
Medicina citò diſci nonpoteſt. 351
Medicina nunc & ſtatim non idem facit. ibid.

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 459 sur 478

©BIUM

Medicinam ſex menſibus Methodoci docebant. 352
Medinæ difficultas vnde proueniat pag. 353
Medicinæ ſubiecti mutabilitas. ibid.
Medicina Antiquorum audacior. tex. 37. *lib.* 2. *pag.* 243
Medicinæ occaſio breuis eſt, in eaque noſcenda tota Medici prudentia conſiſtit. 376
Medicina quondam Philoſophiæ pars habebatur. 35
Medicinæ ſoror & Contubernalis eſt ſapientia. 35
Medicinæ nulla pœna ſtatuta eſt alia quàm ignominiæ. 36
Medicus dogmaticus ſcientias omnes medicinæ ſubſimulari cogit. 353
Medicorum dogmaticorum prærogatiuæ. 352
Medicis neceſſaria praxis eſt. 356
Medici non ex libris fiunt. ibidem.
Medicorum indulgentia & addatio pag. 347
Medicus quæcunque conſiderat, in humani corporis valetudinem dirigit. 6
Medicus cur ſæpè ægrotos inuiſere debeat. 14
Medico an neceſſaria ſit Phyſica ſcientia. 34
Medicus quid mutuetur à Phyſico. pag. 33
Medicorum inſcitia de phyſicis danatur. 36
Medici arguuntur qui aliquid ſemper circa ægrotos agunt. 272
Medicaſtinum quid ſit. 188
Melancholicus humor cur multa ſuffundatur aqua. tex. 1. *lib.* 3. *pag.* 247
Membranæ oculorum quot, & quæ. pag. 59
Membrana ex friggido glutinoſoque humore exaſſato gignitur. 66
Membranarum cerebri deſcriptio. pag. 67
De earum numero diſcrepant Anatomici. ibid.
Membranæ cerebri non amplius eædem permanent ſi vulneratur. pag. 68
Mens videt, Mens audit. 365
Menſium ſuppreſſorum damna. 399
Menſtrua ſupprimuntur vbi vterus obliquus ſurſùm aſcenderit. pag. 412 & 418
Menſium profluuium poſt eoſdem ſuppreſſos plerumque ſit. 419
Menſtruorum ratio & leges. ibid.
Menſtrua pro vnius cuiuſque conſuetudine iudicanda an naturalia ſint. 420
Menſium fluxus cauſæ. ibid. A quibus tunc abſtinendum. ibid. An purgantia deorſum conueniant. ibidem.
Mercurialis redarguitur in vſitate oculorum. 168
Mercurialis notatur aſſerens præſtercore bubulo bulbum eſſe ſcribendum. 415
Menſium fluxus quando eruentus ſit, quando purulentus. 422

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 460 sur 478

Menſium ſuppreſsorum effectus. pag. 422
Metaptoſis conſideratio. 196
Metaſtaſis ex partium artificioſa connexione præcipuè prouenit. 7.
Metopium vnguentum quid ſit. 162
Methodici ſex menſibus medicinam docebant. 352
Morbi à quibus denominentur. 112
Morbi certa cognitio certum oſtendit remedium. 319
Morbi non attingendi prius quàm eorum eſſentia conſtiterit. 295
Morbi occulti qui nam ſint ex Hippocrate. ibid.
Morbus cum ignotus eſt, quid agendum. 320
Morbus occultus leui pharmaco explorandus. 319 & 161
Morbi natura à iuuantibus & lædentibus detegitur. 319
Morbi à fortiſſima cauſa prouenientes, fortiſſimi ſunt, & è contra. pag. 25
Morbus vbi magnus eſt, & vires debiles, quid ſit agendum. 320
Morbus validior quomodo à debiliori medicamento expugnetur. 278
Morbus deſperatus non attingendus. 255
Morbi omnes vlcera ſunt ſecundum aliquos. 323
Morbi antiqui nouandi ſunt vt curentur. 333
Morbus quo vetuſtior, eo curatu difficilior. ibid.
Morbi antiqui curatio. 334
Morbi ætates habent vt animalia. pag. 295
Morbos ſi quis ante tempus amputare ſtudeat, lædit plus quà proſit. 296
Morbi num à fortioribus, vel ab æqualibus, vel à debilioribus medicamentis curentur. 275
Morborum complicatorum curatio. pag. 288
Morbi ab initio curandi, eorumque cauſæ ſcindendæ quamprimum ſunt. 294
Morborum initia quot ſint. 295
Morborum omnium nulla corporis pars abſolutè principium dicenda eſt, aut finis. 6
Morbus idem non eâdem curatione ſanatur ſi diuerſa ſit cauſa. 362
Morbi per conſenſum quomodo ſint curandi. 26
Morbi ſecundarij quomodo curandi. 27
Morbum præter rationem miteſcere peximum eſt. 220
Morbus morbo dupliciter ſuccedit. pag. 196
Morbus cum alter alteri ſuccedit, occidit. 195
Morbi per proximiorem partem euacuandi. 386
Morbi cur ſæpius per internas partes, ſeceſſu, & vrina, quam per externas ſudore iudicentur. 149
Morbi à neruis ad alias partes interdum tranſmittuntur. 98
Moſci generatio. 52

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 461 sur 478

©BIUM

Moſes expreſſitas proprietatum nomenclaturas rebus omnibus impoſuit. 392
Muliebrium omnium morborũ cauſa eſt vterus. 7. & 399
Mutis prudentiores ſunt Cæci. 39
Muti vocem formant, ſed non articulant. 45
Myrrhæ natura. 413
Myttotum quid ſit. 407

N

NArium deſcriptio. 47
Narium vſus multiplex. 48
Naribus non eſt foramen, ſed quid ſpongioſum. 53
Naſo maieſtas, decus, ſagacitas, indoliſque indicium datum eſt. pag. 48
Naſi puritas ad odorandum maximè confert. 53
Naturæ ſignificatus multiplex. 37
Natura partium in quo conſiſtat. pag. 363
Natura in animalitu particulis varietate interdum ludit. 122
Natura dum generat imitatur Pictores. 1
Natura vna & non vna. 3
Natura corporis principium ſermonis in arte medica. 32
Naturæ cognitio an ſit Medico neceſſaria. 34
Nauigatoria Medicinæ aſſimilatur. 355
Neruorum genus triplex. 95
Nerui ſub venarum nomine comprehenduntur. 74
Nerui flexionem, contractionem, & diſtentionem tribuunt. 102
Nerui vnicuiq; parti pro dignitate & munere dati ſunt. 100
Neruos cur natura per totum corpus diſſeminauit. 100
Nerui quamuis ſicci, cur maximè doleant. 9
Neruoſum neruoſo generi cur maximè conſentiat. 16
Neruorum morbi difficiliores, quam venarum. 7. 8. 94. 98.
Nerui ſicci ſunt, & cauitatem non habent. 94. *Nutriuntur ab oſſibus & a carne.* 7. 9. 94. *Eorum conſtitutio.* 100
Neruorum morbi quando ad alias partes tranſmittuntur. 98
Nerui morbos cuiuſque generis perpeti poſſunt. 98
Nerui premunt articulos. 99
Neruorum tremor. 99
Nerui non ſunt in facie, ſed filamenta. 100
Nigritiei ratio. 310
Nigredo in cute quid denotet. 311
Nigredo in vlceribus vnde. 309
Nigredo cur minus exitialis quàm liuor. 311
Nix æſtuantis Ventriculi ſolatium. pag. 390

O

OCcaſio quid ſit. 356
Occaſio quid propriè ſit. 378

Occaſio

Occasio quot modis accipiatur ab Hippocrate. ibid.
Occasio significat causas primitivas. pag. 378
Occasio significat medicarum operationum opportunos usus. 378
Occasio medicarum omnium operationum momentanea est. 356
Occasio medicinæ brevis est, in eaque noscenda tota Medici prudentia consistit. 376
Occasio cur præceps sit. 14. 356
Oculorum præstantia. 55
Oculorum utilitas in scientijs comparandis. 55
Oculorum encomia. 56
Oculi sunt animi indices. ibid.
Oculorum usus. 55
Oculus alitur humore purissimo. pag. 58. 77.
Oculorũ mẽbranæ quot & quæ. 59
Oculorum humores. 61
Oculi temperamentũ num aqueum, vel igneum sit. 62
Oculorum splendor unde. 178
Oculorum splendor cæcitatem portendens. ibid.
Oculis omnia opaca nocent. 179
Oculorum glandulæ. 182
Oculorum morbi varij secundum partium varietatem. 63
Oculi perspicaciores ob aquæam fluxionem. 174
Oculi ab aquæ lotione purificantur. pag. ibid.
Oculus à nimijs lacrymis extenuatur. 182
Oculorum morbis peculiares Medicos prisci dicarunt. 63
Oculus extinguitur ubi venulæ fuerint resiccatæ; & cur exsiccentur. pag. 58
Oculorum fluxionibus purgantia fortia non conueniunt. 176
Oculi facile patiuntur à localibus, & cur. 176
Oculorum collyria inefficacia ut plurimum. ibid.
Ab Oculis ad aurium radices optima fit reuulsio. 180
Oculus si rumpatur quomodo sit curandus. ibid.
Oculorũ ulcera ut nã curentur. 181
Oculus cui compunctus fuit. ibid.
Oculis cæpe prodest. 182
Oculis cur variarum rerum simulacra interdum offerantur. 78. 179
Oculorum morbifica materia ad nares deriuanda. 175
Oculorum venæ comburuntur in fluxionibus, & cur. 179
Odor quid sit. 49
Odorum natura saporibus contraria. ibid.
Odor deletur à frigore. 50
Odorum duo sunt præcipua genera, nutritiuum, & ab esca independens. 51
Odores nutrimentorum per accidens odorata sunt. 51
Odoribus frui suauibus soli homini datum est, ut cerebrum tueretur. 51

Odo-

©BIUM

Odores omnes calidi sunt. 51
Cur aliqui frigidi dicantur. 52
Odor conseruatur ab oleosis & pinguibus, & cur. 52
Odoratiora quædam sunt, quo siccio-ra, & è contra, & cur. 52
Odoratiores sunt Rosæ dum virent, & matutinis horis, & cur. 52
Odoratiores Violæ in conuallibus, & cur. 52
Odoratiora sunt omnia æstuosis in locis & cur. 49
Odoraticra profert Orientalis plaga quam Septemtrionalis, Meridionalisque. 50
Oderata minus producuntur siccioribus in locis vt in Syria, Arabia deserta, & Lybia, & cur. 50
Odorata cur Vtero proficua. 413
Odorata plerumq. amara. 51
Odoratæ reddiuntur Arbores, supra quas Iris insederit, & cur: 50
Odorati minus flores in Aegypto, ob aërem à Nilo nebulosum. 50.
Odorati mixti natura. 410
Odorifera syluarum fertilitate exultant Sabæi Felicis Arabiæ Populi. pag. 50
Odoratus vbi fiat. 49
Odoratus proximus homini est, & cur. 54
Odoratus non nisi inspirando fit, & cur. 54
Odoramus in minori distatia quam audimus. 54
Omenti descriptio. 249
Omoplatarum enumeratio. 113
Omoplatis fortitudo, atque prudentia assignata. 114
Ophtalmiæ triplex differentia apud Hipposratem. 167
Opthalmiæ curatio. 167
Opthalmiæ perspicacior visus succedit. ibid.
Opticorum descriptio. 57
Ossium sceletum Apollini dicauit Hippocr. 102
Ossium doctrina Medicis perneccssaria. 102
Ossa corpori stabilitatem, rectitudinem, & speciem exhibent. 102
Ossa capitis reliquorum norma sunt. pag. ibid.
Ossa vnam continuant seriem modo venarum, ibid.
Os siccissimum est inter siccas partes. 97
Ossa ex humore pingui exusto gignitur. 66
Osticulum quod nã vocetur ab Hippocrate. 73
Os pubis. 117
Osticulorum trium visus in auribus, & quis ea repererit. 41
Ossa ilium. 117
Ossa manuum eadem sunt numero cum ossibus pedum. 121
Oximel quomodo fiat, & eius vires. pag. 221
Ozena quomodo fiat. 156

P

Pars nulla est propter se ipsam tantum. 2

Pars

©BIUM

Pars nulla absolutè finis est, aut principium omnium morborum. 6
Pars quælibet miro artificio constructa est. 29
Pars quælibet ad suam gentilitatem transfert. 30
Partes aliæ albæ, aliæ rubræ. 97
Partium diuersitas atque societas in corpore humano. 2
Partes gaudent mutuo contactu, & cur; sique disiungantur, dolent & ægrè ferunt. 364
Partes omnes perpetuo in animalis bonum conspirant. 2
Partes omnes in famulatum vnius operationis conspirant. 3
Partes omnes quomodo circulum inter se constituant. 3
Partes omnes simul discriminantur & augẽtur; verùm maiores prius apparent minoribus. 4
Partes quæ Hyeme, & quæ Vere euacuandæ. 330
Partes congeneres cur simul coefficiantur. 31
Partes cur inuicem læduntur. 153
Partium monstruosa interdum varietas. 122
Parte qualibet minima malè affecta, totum corpus malè afficitur, & cur. 2. & 30
Pathemata cur dicantur animi ægritudines. 383
Pedis cum manibus similitudo. 120
Pes apprehendendi instrumentum quodammodo est, eiusque cum manibus comparatio. 120
Pes in Crurem, Tibiam, & extremum pedem diuiditur. 116
Pedum ossa sunt 120., *atque eadem numero sunt cum ossibus manuum.* 121
Pedum multi sunt articuli. 120
Periculoso in morbo periclitari oportet vt cures. 254
Melius est iuuare cum periculo quam absque vllo remedio sinere mori. pag. 255
Peripneumonia periculosior, quam Pleuritis, 191
Peripneumoniæ cur lassitudines adueniant. ibid.
Peripneumoniæ exitiosa signa. 212
Peripneumonia sine sputo. 258.
Petrus Salius notatur in Hydrope pag. 152
Pessus græcum nomen est. 416
Pessus quid sit, eiusq; differẽtiæ. ibid.
Pessus vide Glans.
Phlebotomia purgationi præmittenda. 268
Phlebotomandi qui sint, Qui purgandi. 269
Phlebotomia auribus frigido morbo laborantibus exitiosa. 165
Philosophia maximum est Deorum munus. 55
φλεγμα *apud Hippocratem quot significet. tex.* 35. *lib.* 2. *pag.* 240
Phthysis ad plures annos interdum extẽditur tex. 33. *lib.* 2. *pag.* 244
Phthysicis an crustacea animalia conueniant. ibidem. 239
Phthysi curatio præscribitur etsi incura-

©BIUM

incurabilis sit, & cur. tex. 33. *lib.* 2. *pag.* 236
Phthysis Vide Tabes.
Physica an sit necessaria Medico. 34
Physiologia quomodo inter Medicinæ partes connumeretur. 33
Pinguia leniunt, & meabilem reddun. tex. 32. *lib.* 2. *pag.* 233
Pinguia Tabidis inimica. tex. 33 *lib.* 2. *pag.* 234
Pituita sursum purganda, Bilis deorsum & cur. 329
Pituita alba quid sit. 151
Pituita quomodo magnos inuehat dolores. 318
Pituitæ nomine Hippocrates frigidos omnes intelligit humores. pag. 317
Pituitosi quando vomere debeant. pag. 328
Pituitosi cibi quomodo conueniant in fluxione ad posticas partes. tex. 35. *lib.* 2. *pag.* 240
Pituitosi cibi Hydropi interdum prosunt. *ibid.*
Pleuritidis nomen cuicunque lateris dolori aptauit Hippocrates. 187
Pleuritis in pulmone facta. 187
Pleuriticorum cadauera cur pulmonibus affecta Romæ reperiantur. 185
Pleuritis vera ab Hippocrate cognita fuit. 185
Pleuritis vera quomodò generetur. ibid. & 223
Pleuriticorum febris non sedanda. pag. 221
Pleuritidis exitio sæ signa. 212
Pleuritidis curatio. 220
Pleuritidi an statim fomenta conueniant. 222
Pleuritis rarò per alui fluxum iudicatur. 220
Pleuritis sudore iudicata. 215
Pleuritis sicca, & eius idea. 256. 257.
Pleuritis ex Pulmone lateri agglutinato. *ibid.*
Pleuritis sine sputo. 258
Pleuritidis siccæ curatio. 260
Pleuriticorum dolor expectoratione sedatur. 262
Pleuriticos cur non sola potione, sed sorbitione reficiat Hippocrates. tex. 31. *lib.* 2. *pag.* 223
Pleuriticis acidior potio prodest. pag. 221
Pleuriticis potiones copiosæ, & per plures vices offerendæ. 222
Plinius Hippocrati & Medicis omnibus infensus. 281
Polipus Hippocratis discipulus à Præceptoris dogmatibus numquam discessit. 325
Polypus. 156
Potus sensim assumptus ad Pulmones delabitur. 261
Potus, qui non sitientes ad potandum inuitant, cauendi. 21
Potiones cur asserendæ Pleuriticis iunioribus si euacuatio oboriatur. tex. 31. *lib.* 2. *pag.* 131
Potionum mutatio sputum promouet. 262

Pro-

Praxis necessaria omnino est Medicis. 356
Prolapsus Vteri quid sit. 406
Principium corporis nullum est absolutè, sed omnia similiter principium & omnia finis. 1
Principium magnum ad quamuis minimam partem peruenit, & è contra. 3
Principium quid sit, & quot modis dicatur. 4
Principia in essendo congenita sunt homini. 4
Principia Medicinæ tria sunt. 37
Priscorum dogmata nunquam spernenda, etsi inrationabilia nobis appareant. 164
Pruritus in fluxione ad Pulmones. pag. 207
Pruritus vnde dicatur. ibid.
Pubis ossa. 117
Puerperæ vteri prolapsu præcipuè laborant. 404
Pulmonis consideratio. 188
Pulmonis vsus & necessitas. 190. 259
Pulmo cur facilè exsiccetur. 136
Pulmo plerumque in vtroque latere afficitur & cur. 185
Pulmo quando lateri agglutinetur. pag. 187. 256
Pulmonis ad latera prolapsi signa. pag. 259
Pulmonis Flaccidi, Laterique adhærentis curatio. 261
pulmo cacochymia tumescens latus lædit. ibid.
Pulmo cum Pleura, Diaphragmate, Mediastino & Clauiculis societatem habet. 188
Pulmo suppurationis capax præcipuè est. 203
Pulmo est vas phlegmatis. 260
Pulmonum naturalis sitis, vel siccitas. 258
Pulmo an sui natura siccus sit. 259
Pulmones vomitu iuuantur. 332
Pulsus arteriarum vnde. 75
Pulsus eccœmia. 76
Purgantia non nisi in magna necessitate exhibenda. 297
Purgantia quælibet noxam inducit. pag. 305
Purgantia cur interdum frustrentur suo fine. 358
Purgantium medicamentorum contrarij effectus. 357
Purgante assumpto quando alimentorum aliquod assumendum. 383
Purgentur cur aliqui melius à prandio, quàm antè prandium. 383
Purgatio inflammationi ab initio non conuenit. 269
Purgationi phlebotomia præmittenda. 268
Purgandi qui sint, qui Phlebotomandi. 269
Purganda febris per proximiorem partem. 274
Purgandum non est capite nimium calefacto. 305
Pustulæ corpori vniuerso superuenientes mortiferæ. 312
Pus dum conficitur cur febres &

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 467 sur 478

©BIUM

dolores fiant. 194
Pus nullo præuio phlegmone fieri poteſt. 197. 423
Puris magna copia fluctuationem inhibet in Purulentis. 205
Pus quomodo eſſe debeat in Suppurationis. 205
Puris fluctuatio in Purulentis. 210
Purulenti. Vide Suppurati.
Putredo humidorum eſt. 8
Putredini aduerſatur ſiccitas. ibid.

Q

Quartana non refrigeranda. pag. 267
Quartanæ ignis interſerendus. 268
Quartanarij cur ex Phlebotomia in ſummis manibus plurimum inuentur. 90

R

Raritas corporis ad ſanitatem conducit. 105
Raucedo tam ex humiditate, quam ex ſiccitate prouenire poteſt. 44
Rectum eſt index ſui, & obliqui. pag. 36
Rectitudo venarum in quo conſiſtat. 72. 83. 93. 94
Rectitudines venarum vbi deſcribat Hippocrates. 71
Rigor per caput quid ſit. 305
Roſæ cur fragrantiores ſint dum virent, & matutinis horis. 52
Ruffus Epheſius quando floruerit. pag. 38
Ruptura, ſeu Tractus in carnibus quid ſit. 344
Ruptura à quibus fiat. ibid.
Rupturæ vnde dolor & febris adueniat, & à quo die. 345

S

Salſa eſculenta, non potulenta aluum lubricant. 337
Salſa irritant, abſtergunt, & attenuant. tex. 32. lib. 2. pag. 233
Saluatellæ ſectio pernetus præſidium. 91
Saluatellæ ſectio ratione quodammodò caret. 92
Saluatella cephalicæ propago eſt. pag. 92
Saluatellæ analogia cum viſceribus. pag. 92
Saluatella alia in dextra, alia in ſiniſtra eſt. 92. 93
Saluatellæ ſectio num cognita Hippocrati. 90
Sanguis dolorificus eſt. 318
Salubris ars circa quæ verſetur. pag. 322
Salubris ars tranſmutatione non æget. 323
Sanguis extrà vaſa cur grumeſcat. pag. 201
Sanguinis miſſio vnde. 81
Sanguis proprio calore temperatus eſt, ſed ab influenti calidiſſimus. pag. 318

San-

©BIUM

Sanguinis euacuatio auribus frigido morbo laborantibus exitiosa. 165
Sani medicamenta moleste ferunt. pag. 320
Sanis quandoque vtilia sunt medicamenta. ibid.
Sanitas consideratur à Philosopho, & à Medico, sed diuersimodè. pag. 33
Sanare non est finis medicinæ, sed benè curare. 355
Satietas. 379
Scytha steriles ob sanguinis missionem in venis post aures. 85
Satiari etiam vtilibus malum est. pag. 380
Semen est animatum secundum Senuertum. 5
Semen ab omnibus partibus procedere impugnatur ab Aristotile. pag. 86
Seminalis materia à cerebro magna ex parte deciditur. 87
Siccitas aduersatur putredini. 8
Siccitas quomodo attrahat humiditatem. 134
Sicca facilè continui solutionem patiuntur & cur. 10
Siccitates salubriores sunt. 8
Sicciora magis se tuentur à morbis. pag. 8
Sicciora facilè recipiunt, & difficilè transmittunt, & cur. 8. 11
Sicciorum morbus contumax est. pag. 7. 11
Sicciora magis ægrotant & dolent, quam humida. 7
Sicciora magis consentiunt alijs, & coafficiuntur. 11
Siccorum morborum nota est nihil excernere. 255
Signa humoris existentis in Pulmobus. 217
Similitudo inter quæ sit, 28
Singultus in morbis pectoris. 217
Singultus quid sit. ibid.
Singultus cur strepitum faciat. ibid.
Singultus per cõsensum quomodo fiat pag. ibid.
Sinistra pars cur debilior ex Macrobio. tex. 1. lib. 3. pag. 247
Sonus quid sit. 42
Soni efficiendo quæ necessariò requirantur. ibid.
Sonus quotuplex sit. 43
Sonus quomodo augeatur à concauis. pag. 46
Soni Insectorum. 43
Somnifera sanguini quietem afferunt. 339
Somnus ebriorum medela. 316
Spermaticæ partes non coalescunt si diuidantur, & cur. 68
Spinæ descriptio & dignitas. 109. 143
Spina cur pluribus ossibus constructa. 109
Spina diuiditur in Cernicem, Dorsum, & Lumbos. ibid.
Spina sumitur interdùm ab Hippocrate pro ea tantum parte, quæ est in Dorso, & Lumbis. 109
Spinalis medullæ fluxio vt in termino. 143

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 469 sur 478

©BIUM

Spinalis medullæ cum vniuerſo corpore ſympathia. 143
Spinalis medullæ Tabes quomodo fiat. ibidem.
Spinalis medullæ morbi varij. 144
Spinalis medulla cur facile lædatur. pag. 144
Spinali medulla læſa tota humana œconomia læditur. ibid.
Spinalis medulla quibus cauſis reſiccetur. tex. 37. lib. 2. pag. 243
Spiritus ſimpliciter prolatus ſpirandi difficultatem ſignificat apud Hippocratem. 191
Splenis conſideratio. tex. 1. lib. 3. pag. 246
Splenis vſus. ibid.
Splen eſt aquæ promptuarium. ibid. 247
Splen eſt frigidi domicilium. ibid.
Splen floreſcit quibus corpus contabeſcit. tex. 1. lib. 3. pag. 245
Splen ex aqueis & melancholicis augetur. ibid. pag. 248
Splen. Vide Lien.
Sputa omnia mala quæ dolorem non ſedant, & cur. 216
Sputorum vacuitas vnde. ibid.
Sterilitas cur adueniat venis poſt aures diſſectis. 85. 88
Sternutamentum in morbis pectoris malum. tex. 32. lib. 2. pag. 332
Stranguria ab eodemmet curatur & ſit. 370
Strepitus quid ſit. 43
Sudat facile frons & facies & cur. pag. 215
Sudor quid ſit. 214
Sudor vnde proueniat. ibid.
Sudor omnibus morbis communis eſt. 215
Sudores partiales. ibid.
Sudores praui varij. 215
Sudore Pleuritis iudicata. ibid.
Suffuſionis ratio. 179
Suffuſionis initium. 78
Suffuſionis curatio. 180
Suffitus a fomento quid differat. pag. 410
Superpurgationis curatio. 312
Vide Hypercathaſis.
Suppurationis natura. 197
Suppuratio interdum primigenia, interdum aliorum morborū conſectanea eſt. ibid.
Suppuratio ſalutaris plerumque niſi negligatur. 196
Suppurationis varia tempora. 197
Suppuratio ex vlceribus Pulmonum. pag. 200
Suppuratio ex vulneribus. 203
cur lenior ſit. 202
Suppurationis cauſæ ad tria genera reuocantur. 201
Suppurationis & Tabis affinitas. pag. 206. *eorundem reciproca generatio. pag.* 208. 198
Suppuratorum ex Peripneumonia Senes magis moriuntur; Iuuenes verò magis ex alijs. 195
Suppurati qui dicantur. 194. 198
Suppuratorum varia ſigna. 209
Suppurationis temporum ſigna. pag. 198

Sup-

©BIUM

Suppurati ex Pleuritide & Peripneumonia non moriuntur. 195
Suppuratis in Thorace vstio commoda est. 202
Suppuratorum Vstio. Vide Vstio.
Suppurati ex Tabidis. 206
Suppurati vt nam sint explorandi. pag. 208
Suppuratorum dolor vnde. 209
Suppuratorum tussis vnde, ibid.
Suppuratorum raucedo vnde. 210
Suppuratis cur pedes & genua intumescunt. 210
Suppuratorum extenuatio. 211. *eorundem sudor.* ibid.
Suppuratorum curatio. tex. 32. *lib.* 2. *pag.* 230.
Suppurati caloris & frigoris vicissitudines patiuntur. 211
Suppuratorum vngues cur incurue-tur. ibid.
Suppuratis cur alvus incalescat, adueniatq; diarrhœa. 211
Suppuratorum liuor in vnguibus. pag. 214
Suppuratorum vlcera in corpore. ibidem.
Suppuratis caput purgandum est. tex. 32. *lib.* 2. *pag.* 231.
Suppuratis cur vinum Austerum præbeat Hippocrates. ibidem. pag. 233
Suppurati iuuenes cur minus periclitentur. 196
Suppurari melius est, etsi dolorificum. 197
Suppuratio ex cerebrali fluxione 199
cur frequentior sit. ibidem. Eius aliquæ species. 199
Suturæ quid sint. 102. *Vnde dictæ. ibidem.*
Suturarum variarum descriptio. pag. 104
Suturarum nulla differentia ex sexus varietate. 104
Suturarum numerus varius. 101. *Varia eius genera.* ibid.
Suturæ veræ tres. 102
Suturæ spuriæ. 183. *Communes tres. ibidem.*
Suturarum vsus. 103
Suturarum nec certus locus, nec numerus. 104
Suturarum maior numerus confert ad sanitatem. 105
Sympathiæ cuiuscunque in humano corpore præcipua causa est partium artificiosa connexio. 7
Sympathiæ ratio in humano corpore. 14
Sympathia & consensus triplici ratione accidit. 15
Sympathiæ & Antipathiæ rerum in vniuerso. 17
Sympathicorum morborum curatio. pag. 26
Sympathica affectio tota est in fieri. pag. 27
Sympathici affectus si diutius perseuerent, in idiopathiam transmutantur. 27

Hippocratis Coi Medicorum principis Liber de Locis in Homine commentariis ... - page 471 sur 478

©BIUM

T

Tabes quid significet, 206
Tabis & Suppurationis affinitas. 206. Eorundem reciproca generatio. 208
Tabes à fluxione ad Pulmones. pag. 206
Tabes à spinali medulla. 144
Tabis dorsalis variæ differentiæ. pag. 145
Tabes dorsalis ob seminis effusionem ibidem.
Tabes dorsalis cur dicatur occulta. pag. 146.
Tabes ex fluxione retrorsum quomodo curanda. text. 37. lib. 2. pag. 242
Tabidos vomitu purgat Hippocrates & cur interdicatur in Aphorismis. 332
Tabidis atque exsiccatis corporibus crustacea animàlia conueniunt. pag. 279
Tabidis Vinum subausterum offerendum. tex. 32. lib. 2. pag. 233
Tabidorum curatio. text. 33. lib. 2. In quo differat à cura Purulentorum. 233
Tabidis pinguia & acria inimica. ibidem.
Tabidorum victus plenior sit. text. 33. lib. 2. pag. 233. Aquosum vinum ijs offerend. ibid.
Tabes. Vide Phthysis.
Tactus cur datus Animantibus. pag. 366
Tactus præcipuè dolor est. ibid.
Tactus cur per totum corpus diffusus sit. 159
Temporum Venæ, seu Arteriæ cur perpetuò pulsent secundum Hippocratem. 75
Temulentus. Vide Ebrius.
Thorax Vomitu inuatur. 342
Thoracicarum partium morbi ex fluxione. Vide Fluxio.
Tibiæ consideratio. 119
Tophorum generatio in articulis. pag. 124
Tractiori quæ partes sint eptæ. tex. 1. lib. 3. pag. 247
Tractus in carnibus quid sit. Vide Ruptura.
Tumefactio, & noui alimenti attractio idem est apud Hippocratem. pag. 338
Tussis ab eodem excitari, & curari potest. 370

V

Vacuum quomodo sit primum auditus instrumentum. 46
Venarum natura quomodo consistat in humido. 95
Venarum societates in quo consistat secundum Hippocratem. 94
Venæ quomodo inter se communicent. 93
Venarum rectitudo in quo consistat. pag. 83
Venarum commentaria ab Hippocrate conscripta vsque à Galeni tem-

©BIUM

tempore amissa erant. 69
Venosum genus cur venoso maxime consensuat. 16
De Venis triplici ordine egit Hippocrates. 70
Venarum simplex & vera historia vbi describatur. ibid.
Venarum rectitudines & consensus vbi describat Hippocr. 71. *huius descriptio præ omnibus vtilissima est.* 72
Venæ particulares vbi describantur ab Hippocrate. 72
Venas à Corde proficisci ab Hippocrate didicerat Aristoteles. 71
Venarum nomine Arterias etiam & Neruos designarunt vetustissimi Medici. 74
Venæ cauæ ascendentis descriptio. pag. 73. 79
Vena frontis. 73
Venæ plures sunt supra, quàm infrà. pag. 136
Venæ Spiritum, Fluxum, & Motum corpori tribuunt. 102
Venæ temporum cur oculos præmãt. pag. 74
Venæ secundum aures sectæ sterilitatem inducunt. 82
Venarum rectitudo & analogia Medicis præcipuè noscenda. 83
Vena eligenda in vstionibus. 348. *Cur vrantur.* 347. *Earum vrèdi ratio.* 346
Venæ oculorum si exsiccentur, oculus extinguitur, & cur exsiccentur. 58
Vena splenitis. 88
Venæ axillaris descriptio. 88
Venarum morbi leniores quàm qui à Neruis. 7. 8. 94
Venter naturalis œconomiæ princeps. 20
Venter capiti, Caput ventri & carnibus suas affectiones impertitur pag. 18
Ventris importunitas. 22
Venter cum egestionem moderatam non fecerit, quid contingat. 19. 22.
Ventriculus plurifariam accipitur ab Hippocrate. 18
Ventriculus Capiti cur maximè consensuat. 18
A Ventriculo omnes capitis affectiones. 19
Ventriculus non omninò exhauriendus priusquam nouus ingeratur cibus. 23
Ventriculi varij affectus ex intemperantia. 22
Ventriculus vitæ Charybdis, datorq; omnis incunditatis, & iniocunditatis. 20
Ventriculus suo latratu cæterarum partium indigentiam indicat. 21
Artis & Ingenij largitor est. ibidem.
Ventriculus magnum sicco & humido promptuarium, quod ad maris instar dat omnibus & recipit ab omnibus. 20
Ventriculi fluxio à cerebro. tex. 34. *lib.* 2. *pag.* 236

Ven-

©BIUM

Ventriculus calidior frigido potu roboratur. 390
Ventriculi æstuantis solatium Nix. ibidem.
Vertebra magna quid sit apud Hippocratem. 110
Verticula alij plura, alij pauciora habent. 109
Vertebrarum processus. 110
Victus ratio in quo præcipuè consistat. 20
Victus acutorum triplex. 324
Victus ratio Aetati, Tempori & Temperamento conueniens sit, quod non nisi à sensu indicatur. pag. 373
Violæ cur odoratiores umbrosis in conuallibus oriantur. 52
Vini dotes. 313
Vini mala. 315
Vinum tornium quod nam sit. tex. 32. *lib.* 2. *pag.* 233
Vinum subauſterum Suppuratis & Tabidis conuenit. ibid.
Vinum cholericos gignit affectus. pag. 316
Vinum potentius calorem imminuit. pag. 391
Vinosi curatio. 315
Virium ratio & dignitas. 276
Vires quomodo ad auxilij inuentionem concurrant. 276
Viriditas in humoribus vnde comparetur. 285
Visio quomodo fiat secundum Hippocratem. 56
Visio non minus obstructis oculorum nervis, quàm eorumdem venulis exsiccatis. 59
Visibilia obiecta quando colorata appareant. 179
Visi Cæpe confert. 173
Visus acuitur ab aquæ lotione. pag. 174
Visus perspicacior post ophthalmiã. 174. *perspicacior ab aquea fluxione. ibid.*
Vitæ tranquillitas corporis habitum humectat, laxat, humoresque ad extima fundit. 283
Vnguium consideratio. 214
Vnguium liuor in Empyicis. ibid.
Vlcera sunt omnes morbi secundum aliquos. 323
Vlceribus caro vnde supercrescat. pag. 324. 336
Vlceribus nimia carne luxuriantibus fames medetur, & quæ alia medicamenta. 324
Vlceris color peccantem humorem denotat. 309
Vlceribus liuor & nigrities vnde. pag. 309
Vlcus vt curetur, subiecta caro sana esse debet. 286
Vlcera imparibus diebus non sunt tractanda. 287
Vlcus quatuor habet vias, per quas expurgatur. ibid.
Vlceribus intercepta sanies maximè noxia. ibid.
Vlceribus tumor prodest. 287
Vlcus ferinum quod nam sit; & vnde fiat. 286

Vlceris

Vlceris ferini curatio. 287
Vlcerum tenuius excrementum sanies, Græcis Ichor, quod autem crassium, est sordes. 288
Vlcera humectantibus quandoque curanda. ibid.
Vlceribus aqua tepens proficua. 289
Vlcus callosum unde fiat, & quomodo curandum. 335
Vlceribus idem est adstrictio, & carnis regeneratio. 337
Vlcera cur liuescunt. 214
Vlcera in Empyicorum corpore. pag. 214
Vlcuscula supernenientia latentem Cacochymiam semper significant. pag. 309
Vlcus apud Hippocratem etiam vulnus significat. 201
Volucrum locutio. 44
Voluptas esca malorum est. 21
Voluptate capiuntur homines vt hamo pisces. ibid.
Voluptuosi victus vires, & vt nam Ictericis conueniat. 283
Vomitus cerebralibus fluxionibus prodest, & cur. 324. 331
Vomitus vtilitates & Damna. ibid.
Vomitu Aegyptij & Chaldæi diu se præseruarunt. 324
Vomitum improbauit Asclepiades & cur. 325
Vomitu non vtatur qui senescere cupit. 325
Vomitui quæ natura vel habitus aptior sit. ibid.
Vomendum quo tempore sit. 325
Vomitu læduntur oculi, & cohibetur aluus. ibid.
Vomitui ineptus est gracilis habitus. pag. 326
Vomitui quod nam tempus sit opportunius. 327
Vementium consuetudo maximè considerauda. ibid.
Vomendum Vere & Autumno. 328
Vomitui qui humor opportunior. pag. 330
Vomitus quibus morbis succurrat. ibidem.
Vomitus reuellit à partibus inferioribus. ibid.
Vomitus commodus est doloribus supra septum transuersum. 330
Vomitus caput expurgat. 331
Vomitus non tentandus vbi externa sensoria non bene disposita sunt. pag. 332
Vomitu Pulmones & Thorax iuuantur. ibid.
Vomitu Tabidos expurgat Hippocrates. ibid.
Vomitus ijsdem commouetur & sedatur. 371
Vomitus Vomitum soluit. ibid.
Vomitus Ventrem compactum soluit solutum sistit. 371
Vomitus laborantibus auribus quando conueniat, & quando non. 165
Vomitus in opthalmia improbatur. pag. 169
Vomitus atræ bilis lethalis. 306
Vomere quando debeant bilioſi & graciles, quando pituitoſi. 328

Vomen-

©BIUM

Vomentes facile ex cõsuetudine graciles, sursùm purgare oportet; Moderatè autem carnosos difficulter vomentes, quia in assueti deorsum. 229
Vox quid sit. 44
Vrendi venarum ratio. 346
Vstionis vsus multiplex. 346
Vstio propria est Suppuratorium, velut sectio Hydropicorum. 204
Vstio dupliciter administratur in Purulentis. 204. *Eius ratio in ijsdem.* 205. 203. *citò ijs adhibenda.* 204
Vstio in dextera parte periculosior. ibidem.
Vstio in oculorum morbis antiquitùs vsitata. 169
Vstione roborantur articuli. 124
Vstorium instrumentum. 349
Vteri situs. 400
Vterus gignendæ proli, corporique expiando dicatus. 7
Vterus muliebrium omnium morborum causa, & cur. 7. 398. *& deinceps.*
Vteri distorsiones. 398
Vterus vt pila per ventrem decurrens. 399
Vterus quibus mulieribus facilius oberret. ibid.
Vterus animal generandi auidũ per ventrem oberrat. vbi Plato à Galeni nota defenditur. 401
Vterus tanquàm Belua ad Præsepe alligatus detinetur. ibid.
Vteri Prolapsu Puerperæ, & Lotrices præcipuè laborant. 404
Vterus ascendens quomodo raritate dolorem capitis pariat. 405
Vteri descendentis curatio. 406
In Vteri descensu neque humida fomenta, neq; diuretica conueniũt. pag. 406
Vteri descensus & prolapsus quid sit. ibid.
Vteri prolapsi curatio. 406
Vterus à Flatuosis sursùm propellitur. 408
Vterus cur odorata appetat, fugiat graueolentia. 408
Vteri sursùm ascendentis signa & curatio. 411
Vterus ascendens si obliquus sit, menstrua non fluunt. 412
Vtero odorata cur sint proficua. pag. 413
Vterus etiam fœtida sequitur nisi ea in suffitu adhibeantur. 414
Vterorum prolapsui Vomitus conuenit. 415
In Vteri affectu Vomitum & aluũ cur simul moueat Hippocrates. ibidem.
Vteri contorti curatio. 417
Vteri fluxus varij. 423
Vteri Hæmorrhoides. 424
In Vulneratis Vomitus malus est & vt signum & vt causa. 308
In Vulneratis quomodo generetur Bilis tum flaua, tum atra. 307
Vulneratis atram Bilem ejicere semper malum. ibid.
Vulneratis commota aluus si de repente

INDEX.

pentè sistatur, lethale. 308
Vulneratis & Vlceratis alvus commota prodest. 309
Vulnus quodlibet in capite periculosum nisi rectè curetur. 298
Vulnerum penetrantium cautio ne ex ijs suppuratio sequatur. 202
Vulnerum capitis cautio. 299
Vulnus capitis quomodo humectantibus curandum sit. *ibid.*
Vulnerum lethalia accidentia. *pag.* 306

Z

Zibeth generatio. 52

FINIS.

Benevolo Lectori.

Typographia errorum mater est, ita vt dum vnum abscindis, sæpè plures germinet. Hinc & nos pauca aliquot errata elapsa aduertimus, quæ, si lubet, sic corrigas. Plura fortasse non aduertimus, quæ benignè excules. Vale.

Pag. 6. lin. 23. imbecillitate lege imbecillitatem & lin. 26. transmictere, lege transmittere. pag. 11. lin. 10. contumaliter lege contumaciter. pag. 22. lin. 4. creditur, lege creditor. pag. 22. lin. 30. Cur venter. lege. Cum venter: pag. 23. lin. 2. cesse est. lege necesse est, & lin. 3. Vacus, lege vacuus. pag. 24. lin. 26. imbecillitatem. lege, imbecillitatem. pag. 31. lin. 16. Omoctinis, lege Omoetnis, pag. 38. lin. 1. autem lege artem. pag. 44. lin. 19. nox, lege mox. & lin. 8. iocundi leg. iucundi pag. 46. lin. 7. Aristotelis, lege Aristoteles. pag. 50 lin 13. nimium lege nimirum, pag. 78. lin. 25. Vingit lege mingit. pag. 80. lin. 20. quæ lege, quas. pag. 89. lin 11. singularis, lege, iugularis, & lin. 13. quæ, lege quas, pag. 80. lin. 19. Quæ quidem lege. Duæ quidem. pag. 91. lin. 6. Veas. lege Venas. pag. 100. lin. 26. musculi lege musculis. pag. 132. lin. 11. valdè fluit. lege fuerit. pag. 136. lin. 18. abundaret. lege, abundare, & lin. 26. drueniunt, lege, drueniant. pag. 147. lin. 2. aduentum, lege, ad ventrem. pag. 178. lin. 33. nicidissimum, lege nitidissimus. & pag. 183. lin. 28. locuntur, lege loquuntur. pag. 197. pag. 10. exestimemus, lege existimemus, pag. 206. lin. 2. trepida, lege tepida. pag. 246. tex. 1. lib. 2. lin. 8. & indicat. lege vt indicat. pag. 238. lin. 15, vt euacuare. lege & euacuare. pag. 246. lin, 8. & iudicat, lege vt indicat. pag. 266. lin. 1. humididis, lege humidis. pag. 313. lin. 31. non raro. lege interdum. pag. 407. lin. 21. picem colliguur, lege colligunt.

©BIUM

REGISTRVM.

† †† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm
Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll.

Omnes ſunt Duerniones, excepto Lll, quæ eſt Ternio.

ROMÆ,
Typis Bernardini Tani.
M. DC. XXXVIII.

SVPERIORVM PERMISSV.